aere extremo tangēte ſpeculū. Qđ ꝓbabant ꝑ rōnes in oppoſitū obiectas. Sꝫ hec opinio falſa ē ſm mentē Ari. et alioꝝ peripateticoꝝ. Qđ ꝓbaf duabꝫ rōnibꝫ. Prima eſt. qꝛ cū viſus ſicut cetere potētie apprehēſiue ſenſitiue ſit virtus paſſiua. nō p̄t eē ꝑncipiū vidēdi, niſi fuerit paſſibiliter ꝑfectus. necē eſt ꝙ vt a viſibili. paſſione q̄dā ꝑfectiua patiaf. ſuſcipiēdo mutatōe quadā ſpūali formā ſeu idolū rei viſibilis. q̄ cū loco ⁊ ſubiecto ab ipo oculo non ſepaf in oculo eſſe đr. Scđa rō. Sicut em̄ lumē hꝫ eſſe in perſpicuo ꝑuio ita ⁊ termiato. ⁊ ꝑ ꝯñs cū in vtroqꝫ ꝑſpicuo habeat intētionale eſſe. Ideo intētionalizādo colorē dat coloꝝ intētionibꝫ eſſe in medio ꝑuio. ⁊ etiā in termiato perſpicuo maxie polito et terſo. Et ꝓpterea imago eſſe p̄t in ſpeculo ⁊ in oculo. nō ſm eſſe reale ⁊ materiale. ſed intentionale ⁊ ſpūale. q̄le ꝑmo accipit in medio ſm ꝙ actu lucidū eſt. Hec aūt forma ſeu potius forme intētio nō facit mediū q̄le. qꝛ tūc nō poſſꝫ ab eodē pūcto aeris videri albū et nigrū. qđ falſum eſſe pꝫ de duobꝫ diametraliter ſibi oppoſitis ꝯtra ſe aſpiciētibꝫ. quoꝝ vnus videt albū. ⁊ alius nigrū. In eodē em̄ pūcto medij eſt intētio albi ⁊ nigri ſine ſui deſtructōe. Si em̄ ſe deſtruerēt ⁊ ꝯfunderēt. ad viſum diſtincte nō ꝑuenirēt. Quapropter imago rei viſibilis eſt in oculo ſicut idolū in ſpeculo. non ſicut in ſubiecto ꝓprio. qꝛ cū nō ſit q̄litas ſed q̄litatis intētio nō eget ſubiecto ſicut q̄litas ſm eſſe reale accepta. In ſignū cuiꝰ imago rei viſibilis eſt in oculo. nō ſm ſup̄ficiē ſed punctū. q̄a qđ ineſt alicui ſm ſup̄ficiē certā toti. nō p̄t ineſſe eidem ſm illius ſup̄ficiei partē. Sed imago rei viſibilis p̄t apparere in oculo paruo ſicut in magno. ſicut etiā đr de idolo in ſpeculo. Et ꝓpterea ſi frangaf ſpeculū in ꝑtes diuerſas varianf ⁊ multiplicanf imagines ſm multitudinē ꝑtium ſpeculi. Vñ imago ꝓprie in ſpeculo vel in oculo non habet longitudinē vł latitudinē ſm eſſe reale. ſed intētionē lōgitudinis ⁊ latitudinis hꝫ. ſicut intentōem figure et coloris. He intentōnes đt Albertus varianf ſm diuerſitatem ſuſcipientiū diaphanoꝝ. Nam in corꝑibus in ſuis dimenſionibꝫ figuraliter intermiatis et ꝑſpicuis ꝑſpicuitate ꝑuia ſcꝫ in aere ⁊ aqua nō habēt figurā determinatā. Sed in corꝑibus terminataꝝ dimenſionū ⁊ in figuratis et in ꝑſpicuis ꝑſpicuitate termiata opaco terreſtri habēt figurā ſicut in oculo ⁊ in corꝑe ſpeculari. Eſſe aūt figuratum nō accipit intētio a medio ꝑuio. ꝑ qđ diffundif. cū in eo tale eē nō habeat. niſi accipiamus mediū ꝑuiū inq̄ntum ſtat ſub poteſtate ꝑmi mouētis ſcꝫ coloris. ꝑ actum ſue forme ſe diffundētis. Sed potius hꝫ ꝓportionis ſimilitudinē in colore ⁊ figura ex ꝑte ſuſcipientis ꝑſpicui terminati. Forma em̄ agētis nō ſuſcipif in patiente ſm ꝙ eſt in agente. ſed ſm congruentiā patientis. ¶ Per hoc ad obiecta. Ad primū đdm ꝙ idolū vel imago nō mouef ꝓprie ad motū rei obiecte. ſed noua alia ⁊ alia in diuerſis ſitibꝫ ſup̄ficiei vel oculi generaf. Cum em̄ oia viſibilia agente lumie fiant. non habēt generatōnem niſi lumis. Et iō ſicut ſola oppoſitio luminaris ad rectā diametrū ſufficit ad luminis generatōnem ꝑ om̄es ꝑtes ꝑſpicui que recte luminari opponunf Ita etiā ad omnē figuraꝝ ⁊ coloꝝ generatōem nō exigif aliud niſi recta oppoſitio rerū viſibiliū ad ꝑſpicua terminata ⁊ intermiata vt dcm̄ eſt Et in hac parte auctoritas Gilberti inſufficiēs eſt dicētis imaginē in oculo nō eſſe. neqꝫ in ſpeculo ſicut in ſubiecto niſi dicamus ꝙ nō ſint in eis ꝓprie vt in ſubiecto more qualitatū materialiū ⁊ realiū. Vel ſecūdo dici p̄t ꝙ duplicia ſunt accidētia. q̄dam ſunt abſoluta. ⁊ q̄dam reſpectiua. Abſoluta ſunt duplicia. q̄dā dependēt a ſubiecto materialiter et cauſalif. q̄dam materialiter ſeu ſubiectiue tm̄. ⁊ cauſaliter aliūde dependēt ſicut lumen Per hoc ergo dicendū ꝙ licet accidētia abſoluta materialiter ⁊ cauſalif a ſubiecto dependentia nō moueanf q̄ſcente ſubiecto. tamē accidētia reſpectiua mutanf alio mutato. vt pꝫ de paternitate. Et ſiłr accñtia que dependēt a ſubiecto. ſubiectiue et materialiter tm̄. ⁊ non cauſaliter ſicut lumen vel color ſm eſſe formale. ⁊ maxime coloris intentio. ¶ Ad ſecundū dicif ꝙ neganda eſt ꝯñtia. qꝛ imago in oculo non eſt id quod videf ab habēte imaginē. ſed id quo. Ab eo ergo q̄ hꝫ imaginē in oculo nō videtur imago ſed res imaginata ab alio aūt videri p̄t in oculo eam habētis ſicut videtur imago rei viſibilis obiecte in ſpeculo.

## Vndecimū dubiū eſt

Vnde eſt ꝙ reſplēdentia lumīs. color tegif terſi ⁊ politi corporis. ¶ Solo. hoc eſt ex eo ꝙ corꝑa terſa et polita q̄lia ſunt ſpecularia reflectūt ſimul et diuaricāt ſuꝑ ea incidens lumen. ⁊ ideo in oppoſitū multiplicant ipſum. Hoc aūt ideo eſt. qꝛ ſunt ſup̄ficiei polite. Politū aūt hmōi nature eſt propter cōuenientiā quā habet ad lumē ꝙ multiplicatur lumen ſuꝑ ipm. ⁊ ꝓpter hmōi lumis multiplicationē et exuberantiā tegif color coꝝ. nō q̄dem ſp. ſed quādo ſunt in lumie. ⁊ ſic videnf ſplendida ⁊ radiantia.

## Duodecimū dubiū eſt

Quare non fit viſio niſi ad rectam oppoſitōem rei viſibilis. ¶ Solutio Alberti. Licet nō cōcedamus viſionē fieri extramittēdo ꝑ emiſſionē radioꝝ viſibiliū ꝓrenſoꝝ diametraliter ad res viſas. tamē viſio nō fit niſi ad rectā oppoſitōem viſus ad rem viſam. Cuius ratō eſt. qꝛ colores ſeu colorum ſimilitudinē nō recipit niſi diaphanū illuminatum. Ideo oportet lucē eſſe actu in diaphano ad hoc ꝙ fiat viſio. Et nō ſolum in diaphano terminato in quo eſt viſibilis color. ſed in medio ꝑ quod intētio coloris diffundif. ⁊ in ipſo humido cryſtallino. Lumē autem eſt illius nature ꝙ formas quas abſtrahit nō reddit niſi ei in quod ſm rectā oppoſitōem procedit. Si autē lux talis eſſet ꝙ afficeret diffundendo vndiqꝫ ad omnē differentiā poſitionis. tunc viſus eſſet om̄is rei que quocūqꝫ modo per mediū deferēs viſui cōiungeref. Sicut auditus ē omnis ſoni. quia aer violēter motus vndiqꝫ inundat. et ſiłiter tactus eſt om̄is calidi qualitercūqꝫ tactui coniuncti.

Sed contra. luminis diffuſio orbicularis eſt. ergo ad omnē differentiā debet fieri viſio. ¶ Solutio. licet lumen orbiculariter diffundatur. ſolum tamē fit viſio ſub figura pyramidali radioſa a baſi rei viſibilis oppoſite ſuꝑ viſum perpendiculariter orientem.

## Decimūtertiū dubiū eſt

An organū auditus ſit de natura aeris. ¶ Pro ſolutiōe notandū ꝙ organū auditus eſt auris cum vniuerſis ipm integrantibꝫ. Ad eius autē integritatē req̄ritur. Primo quoddā mixtū aereum ſeu aer. nō tamē pure elemētaris. ſed cōplexionatus Secūdo req̄ritur tympanū auris qđ eſt neruus tactiuꝰ qui expāditur in exteriori auris. Tercio req̄ritur materia cartilaginoſa que ſunt latera auris verſus extra extenſa. ⁊ hec ſunt dura vt percuſſa bene ꝑcutiant. ⁊ verſus exterius ſunt lata vt bene hauriāt ſonū et ſunt verſus interius foramina tortuoſa vt ꝓlibeatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aer exire. Natura etiam fecit aurem tanꝗ̃ purgatoꝛium cholere. vt virtute defluētis cholere tympanū auris ⁊ latera aurꝭ ſicca ⁊ dura maneāt. ⁊ tāto meli⁹ ad ſonoꝝ perceptōez ſeruiāt Pellis eīm tympani ſicca bn̄ ſonat. ⁊ choꝛde ſicce in inſtrumētis muſicalibus. emollite autem ſonū perdunt. ⁊ due aures ſic diſpoſite cōtinuantur per duos neruos ſe interſecantes pꝛimo ſenſitiuo. ſicut pꝰs dictuʒ eſt de oꝛgano viſus. Per hoc ergo ad queſitū dicendum ꝙ totum oꝛganuʒ non eſt de natura aeris a dominio. ſed vna partiū pꝛincipaliū. ſcʒ aer ille immobilis. Nō tamen vt videtur ſentire Albertus. aer eſt pars pꝛincipaliſſima imo neruus auditiuus ſeu tympanū inuoluens videtur pꝛincipaliſſima quoniam pulſatur ab aere intrinſeco moto et pulſo ab extrinſeco. qui eſt intrinſeco connaturalis. tunc fit auditus

# Decimūquartū dubiuʒ.

Utrum aer ſit immobilis. ¶ Et videt̄ ꝙ non. quia aer in meringa auris incluſus pꝛopꝛio motu ſemp mouetur tremēdo pꝛopter caloꝛeʒ auris ¶ Solutio Alberti. ſic. vt ſentire poſſit ſonoꝝ differētias quaſlibet. Si eīm moueret̄. exterioꝛes motus nō reciperet niſi cōfuſe. hinc obſurdeſcūt illi qͥbus aer in auribꝫ incipit vehementer moueri Et hec eſt cauſa ſm Albertū ꝙ quando aliquis mergit caput ſub aqua adhuc audit ſonos qui fiūt ſuper aquam ꝗ̃diu manet meringa plena aere hmōi. qꝛ ſoni intentio p aquā vt per mediū tm̄ diffuſa veniēdo ad aerem qui eſt in aure percutit tympanū auris ⁊ facit audituʒ. quod dīt ſe Albertus expertū eſſe. Uerū aqua percutiēs aerē qui eſt in aure multū cōfundit ſonū ſub aqua auditū Ad rōem in oppoſitū dicendū. ꝙ aer ille eſt immobilis motu violento et motu alieno quo extrinſecus mouetur. eſt tamen mobilis ⁊ mouet̄ motu naturali ꝓpꝛio. Ueruʒ ſi per ſpūm inaturalē intꝰ innaturalit̄ moueat̄ ſurditatē iducit

# Decimūquintū dubiuʒ

Utrū oꝛganuʒ olfactus ſit de natura ignis. ¶ Et videt̄ ꝙ non. quia dicit̄ ſecūdo de anima. ꝙ oꝛganuʒ olfactus ſit de natura aeris ⁊ aque. ⁊ ꝙ nullius potentie oꝛganuʒ ſit de natura ignis pꝛopter nimiā actiuitatē. ¶ Solutio. ſic ſm potentiā. ſm actum aūt eſt de natura aeris et aque. Pꝛimū patet. quia eſt medietas ignitoꝝ odoꝛum. Omnis aūt odoꝛ eſt calidus ⁊ ſiccus effectualiter ratione fumalis euapoꝛationis cū qua diffundit̄. ergo cū oꝛganum olfactus ſit tale in potētia qualis eſt odoꝛ in actu. ſm ꝙ fumali euapoꝛatione diffundit̄. neceſſe eſt ꝙ oꝛganū olfactus ſit calidum in potētia. Secōm ꝓbat ratio in oppoſitū facta. Unde oꝛganū olfactus ſm eſſe pꝛimū quod eſt velut ſomnus eſt frigidū ⁊ humidū ſicut cerebꝛuʒ ſub quo ꝓxime collocat̄. Sed quantuʒ ad eſſe ſecundū (quod eſt velut vigilia ⁊ ab obiecto ſibi cōueniēs) eſt calidū ⁊ ſiccū et in hoc habet ſymboluʒ cum igne. Et pꝛopter hoc animalia quoꝝ cōplexio magis accedit ad calidum ⁊ ſiccuʒ ſunt melioꝛis olfactus alijs aīalibus. Arguit̄. ex hoc videt̄ plato bene dixiſſe oꝛganum viſus eſſe de natura ignis. quia licet ſm actum ſit de natura aque. tm̄ ſm potentiam eſt de natura ignis ſicut olfactus oꝛganū. Solutō non eſt ſimile. quia oꝛganuʒ olfactus eſt actualiter de natura aque ſm ꝙ eſt in potentia ad calidū ignis. Oꝛganū aūt viſus eſt de natura aque inquantū ꝑſpicuū quoddā et vt in potentia eſt ad lumen quod non eſt qualitas ignis vt hmōi ſed pⁱmi alterātis Sed contra Ignis eſt lucidus actu. ſaltem in materia aliena ſicut ⁊ calidus eſt Ideo videt̄ ꝙ adhuc eadem rōne deberet oꝛganū viſus dici de natura ignis ſicut oꝛganū olfactus Solutio. nihil pꝛohibet oꝛganū viſus dici de natura ignis inquantū ignis lucidus eſt eodē modo quo olfactus oꝛganū attribuitur igni inquantū eſt calidus ⁊ ſiccus. Sed Ariſtoteles impꝛobat opinionē antiquoꝝ pꝛo quāto ponebant oꝛganū eſſe actu lucidū vt viſus haberet virtutē actiue lumē emittēdi ⁊ agendi in viſibilia. Ponebant eīm viſionē fieri extramittēdo. Uel dīr ſm Alb. ꝙ ignis p lucē nō pt actuare oculū igniēdo ⁊ calefaciēdo ſicut ignis calido ⁊ ſicco actuat olfactuʒ. quia per hoc deſtrueret̄ oculus nec ignis per ſuam lucem actuat oculum ꝯuertibiliter. ſed lux in cōmuni cōuertibiliter oculum actuat.

# Xvj. dubiū

Quare inſpirātes foꝛtes odoꝛes ⁊ ad ſolē reſpiciētes freqnter ſternutāt ¶ Pꝛo ſolutōe notandū ſm Alb. ꝙ ſicꝫ natura oꝛdinauit refrigerās p reſpiratiōem ingredi ad coꝛ et ad pectꝰ p coꝛdis refrigeratōne. ita oꝛdinauit ꝙ actu calidū ingreſſuʒ habeat ad frigidiſſimū. ad mitigatiōem frigiditatis eiꝰ qḋ inter mēbꝛa pͥncipalia frigidiſſimū ē. cuiuſmōi eſt cerebꝛū. Scḋo notandū. ꝙ ſternutatio nihil aliud ē niſi qͥdā motꝰ expulſionis aliꝰ repugnātis a cerebꝛo Per h̄ ḡ dōʒ ꝙ foꝛtes odoꝛes inſpirati nimis cerebꝛū calefaciūt. ⁊ ſilr̄ lumē ſolis ingrediēs p oculos ⁊ neruos vſq; ad pꝛimū ſenſitiuū. ⁊ p ꝯn̄s cerebꝝ. ⁊ iō ꝓpellendo repugnās cerebꝛo. motū faciūt expulſionis qui eſt ſternutatio. Un̄ quicqͥd inſpirādo vel alr̄ cerebꝛo repugnans qualitercūq; applicatur ſternutationem inducit

# Xvij. dubiū

Quare rheumatici male audiūt. videt. ⁊ odoꝛāt ¶ Soꝰ ꝓpt̄ abūdantiā rheumatū deſcēdētiū a cerebꝛo p neruos ſenſitiuos illoꝝ ſenſuū. qꝛ rheumata plꝰ indiſponūt oppilādo oꝛganū olfactꝰ qḋ ē cerebꝛo viciniſſimū. ideo plus impediūt olfactū Et qꝛ rheumata rōe qͥlitatis plus repugnāt oꝛgano auditus qḋ hūido ⁊ calido qūolibet ꝑficit̄. vt dictū eſt. Ideo licet ꝓpter vicinitatē plus impediāt viſuʒ ꝓpter ꝓpinquitatē oculoꝝ ad cerebꝛū. tm̄ ꝓpter repugnantiam qͥlitatis rheumatis plus impediūt auditū

# Xviij. dubiū

An oꝛgana tactꝰ et guſtꝰ ſint de natura terre. ¶ Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ tūc mēbꝛa magꝭ terrea eēnt plꝰ ceteris tactu ⁊ guſtu vigētia. qḋ falſuʒ ē Scḋo. guſtꝰ ⁊ tactꝰ ſūt diſtincti ſenſus. ḡ nō pn̄t hr̄e oꝛganū eiuſdē ꝯplexiōis Soꝰ ſic. Qḋ pͦ pʒ de tactu. qꝛ ad h̄ ꝙ oꝛganū tactꝰ ſit i potēa ad qͥlitates tāgibiles ꝯrias oʒ ipm eē redactū ad tēperamētū mediū qͥlitatū hmōi. Et qꝛ t̄ra minꝰ hʒ de ꝟtute actiua ꝗ̃ alia elemēta. qꝛ fex oīm elemētoꝝ ē. necce ē in oꝛgano tactꝰ eē plꝰ de t̄ra ſm ꝗ̃titatē. Scḋo idē pʒ de guſtu. Qꝛ guſtꝰ eſt qͥdā tactꝰ. iō elemēto terre attribuit̄. Uerū tm̄ ſicut oꝛganū olfactꝰ eſt actu frigidū ⁊ hūidū. ⁊ potētia calidū ⁊ ſiccū. Ita oꝛganū guſtꝰ ē actu frigidū et ſiccū. tm̄ potēa hūidū. ſ. hūiditate ſaliuali. ⁊ hoc qͥ ad bn̄ eē. ¶ Ad obiecta in oppoſitū Ad pͥmū dōm ꝙ oꝛganū tactꝰ nō eſt ſimplr̄ terreū. qꝛ capill̄. oſſibꝫ. vnguibꝫ. ⁊ dentibꝫ nō ſentimus. niſi inqͥntū aliqͥbꝫ taliū neruī ꝓmixti ſūt in extremitate ſicut accidit dentibꝫ. ſʒ dīr terreū ꝓpter cāmiā dictaʒ. ¶ Ad ſcḋʒ dōm ꝙ guſtꝰ nō ē tactꝰ foꝛalit̄. qꝛ tūc nō eēnt qͥnq; ſenſus exterioꝛes. ſʒ dīr qͥdaʒ tactꝰ qͥdāmō. quia ſcʒ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

id qđ eſt materiale in guſtu eſt tãgibile. Et ꝓpter hoc.qꝛ vterqʒ coꝝ ſentit ꝑ mediũ intriſecũ Et ita formalit̃ orga nice diſtinguunt̃ nõ ſolũ q̃ ad bñ eẽ.ſʒ etiã q̃ ad eẽ ſimplr̃.

## Decimũnonũ dubiũ eſt

Utrũ tactus ⁊ guſtus inſtrumẽta ſua habeant circa coꝛ. ¶ Et videt̃ ꝙ nõ.qꝛ organũ tactus videt̃ neruus tacti uus expãſus lõgitudinalit̃ latitudinalit̃ ⁊ ꝓfundialiter ꝑ totũ corp⁹ ⁊ a cerebro oriri cũ ſpũ tactiuo. Silr̃ neru⁹ in lingua a cerebro ꝓtenſus mediãte ſpũ aialis guſtatio videt̃ eẽ organũ guſt⁹. Uñ in lingua ſapores ſentimus et nõ circa coꝛ vt manifeſtũ eſt ¶ Solũ ſic. vt đ textus Et hoc ꝑmo pʒ de tactu duplici rõe. Prima qꝛ cerebꝝ ⁊ coꝛ in ꝯplexione opponunt̃. ⁊ iõ optet coꝛ eẽ calidiſſimuʒ int̃ ꝑncipalia mẽbra.ſicut cerebꝝ inter ꝑncipalia mẽbra fri gidiſſimũ. Et hinc eſt ꝙ hñtes ꝑuũ caput ꝑ ꝯparationem ad alia mẽbra ſũt impetuoſi ⁊ vehemẽter actiui. qꝛ calorẽ cordis ꝑuitate cerebri tꝑare nõ pñt. Quo ꝯtra exceden tes capitis magnitudine ſũt nimis tardi ⁊ pigri. qꝛ caloꝛ cordis in talib⁹ cerebri magnitudine impedit̃. Dʒ g̃ or ganuʒ tact⁹ qđ eſt terreũ eſſe in calidiori loco corꝑis.ſ.in corde. vt ꝑ caliditatẽ cordis frigiditas reducat̃ ad tẽpe riẽ. Scđa ratõ eſt.qꝛ lʒ tactus vbiqʒ ꝑ totũ corpus ſen tiat tãgibilia.tñ coꝛ excellẽtius ſentit oĩb⁹ menbris.et eſt fons tactiue virtutis. ⁊ vt ab ipõ ṽtus illa ad oĩa alia me bra ꝓcedat. Scđo pʒ de guſtu.qꝛ guſt⁹ eſt q̃dã tactus ⁊ ſꝫm hoc ad coꝛ tanq̃ʒ ad fontẽ cũ ſenſu tact⁹ refert̃ ¶ Ad obiecta. Ad primũ dđm ſꝫm Alb. in li° de hoĩe. ꝙ tactus duplr̃ ꝯſiderat̃.ſ.in rõe forme ⁊ in rõe potẽtie iudicatiue. In rõe forme ſic hʒ totũ corpus ꝓ organo et nõ vtit̃ aliq̃ medio ſed magis ſentit in ꝑtib⁹ illis q̃ magis ad eq̃litatẽ accedũt ⁊ magis ꝑticipãt ſpũm ſenſibilẽ. ⁊ ꝓpterea.oſſa. cerebrũ.capilli.⁊ cornua ⁊ vngues.nõ ſentiũt niſi ſꝫm quẽ dã modũ.ſcʒ inq̃ntũ ꝯpoſita ſũt talia pãniculis neruoſis. in q̃ꝝ diſſolutõe ſentit̃ doloꝛ. Cuʒ eñ tactus ſit ſicut for ma corꝑis aĩati.ꝯplet totã materiã ſuã. ⁊ ꝓpter hoc per cipit q̃cq̃d immutat cutẽ vel neruũ. ⁊ hoc mõ ꝑncipaliter ẽ in corde qđ eſt ꝑncipiũ toti⁹ corꝑis. ⁊ ꝑ fila neruoꝝ ꝯti net totũ corpus. Scđo ꝯſideratur inq̃ntũ eſt potẽtia iudi ciaria tangibiliũ.ſic fluit a cerebro ⁊ nõ eſt in ipõ niſi q̃ ad pãniculos neruoſos q̃bus cingit̃ ⁊ diſtinguit̃ cerebrum. Fluit aũt a cerebro ꝓxime. ⁊ originaliter a corde. ⁊ eſt in neruo. ⁊ ꝑ neruũ vadit ad carnẽ.cui etiã nerui tactiui cõ mixti ſũt vſqʒ ad cutẽ tanq̃ʒ ad mediũ tactus.et ita tact⁹ eſt ſubiectiue in neruo. Et iõ vbi maioꝛ eſt neruoꝝ vnio ibi eſt fortioꝛ tactus. Hinc ſub planta pedis fit titillatio et ſub aſcellis ⁊ in locis vbi nerui ꝯcurrunt. ¶ Ad ſcđm dđm ꝙ guſt⁹ inq̃ntũ eſt ſenſus alimẽti eſt ꝯmixtus ex ca lido.frigido.humido.⁊ ſicco. ⁊ q̃ ad hoc hʒ inſtrumentũ ſuũ circa coꝛ. Alimentũ etiã hʒ dñas tangibiliũ ⁊ digeri tur a calore cordis. ⁊ ꝓ tanto đr guſtus hr̃e ſuũ inſtrumẽ tũ circa coꝛ ſicut tactus. Si aũt accipiat̃ guſtus vt poten tia diiudicatiua ſapoꝝ ſic hʒ ꝓ ſuo inſtrumẽto linguã. ma xime ſꝫm ꝑtem poſteriorẽ. In ſignũ cuius epicuri deſide rabãt lõga colla.nõ lõgas ſeu latas linguas vt diu ꝑſen tia boni alimẽti delectarent̃. Sed cõtra.đr Galienus ꝙ digeſtio fiat a calore epatis.in q̃ etiã viget maxime vir tus digeſtiua.g̃ ſꝫm ꝙ guſtus et tactus ſũt ſenſus alimẽti habebũt magis inſtrumẽta ſua circa epar q̃ʒ circa coꝛ.

¶ Solũ ſꝫm Auicennã in libro de animalib⁹. ⁊ ſꝫm Auer roim in caplõ de corde qui determinãt ꝯtrarietatẽ Are ſtotelis ⁊ Galieni.ꝙ in veritate eſt q̃dam preparatio ali menti in epate. vt đ Galienus. cui non cõtradicit Are ſtoteles. Sed illa ꝑparatio non ſufficit niſi in virtute ca loris cordis. Quia ſicut coꝛ eſt effectiuũ principiũ ⁊ fon tale ipſius vite in omnib⁹ menbris. Ita etiam eſt fonta le principiũ nutrimenti. Sed in ſtomacho eſt quedã pre paratio.et vlterioꝛ fit in epate.cõpletiuã aũt formã nutri mentũ nõ accipit niſi a calore cordis. ⁊ quo ad hoc guſt⁹ et tactus dicunt̃ habere inſtrumenta ſua circa coꝛ.

## Vigeſimũ dubium eſt.

Quomodo tactus poteſt ſentire q̃litates tangibiles. cũ tamẽ ſint oẽs de cõpoſitione organi. ¶ Solutio. tac tus qualitates tangibiles non ſentit. eo modo quo ſunt de eius ꝯpoſitione ſꝫm illam medietatẽ tẽperamenti. Sʒ vt priuatus excellentia qualitatũ tangibiliũ vt ſcilʒ eſt in potentia ad illas. Unde tactus ſimile ſibi calidũ.molle. durum. ⁊ hmõi non ſentit. Cuius ſignũ eſt ꝙ febricitan tes ſentiunt calorem innaturalẽ.eo ꝙ excedit calorẽ com plexionis eorum. Sed ethici maiorẽ habentes caloreʒ fe bricitantib⁹ non ſentiunt eum.quia caloꝛ in eis mẽbra in format et factus eſt eis quaſi naturalis

De ſenſibilibus auteʒ his que ſꝫm vnũ quodqʒ ſenſitiuũ puta dico colore. ⁊ ſo no.et odore.guſtu.et tactu. vniuerſali ter dictum eſt que actio ipſorum in his que de anima et quid operari ſꝫm vnũquodqʒ ſenſitiuo rum. Quid autem oporteat dicere quodlibʒ eo rum ſcʒ quid coloꝛ.quid ſonus.quid odoꝛ.quid ſapoꝛ. et ſimiliter quid de tactu conſideranduʒ eſt.et primo de colore. Eſt q̃dem igitur vnum quodqʒ dupliciter dictum. hoc quidẽ actu. hoc vero potentia. Quoniã quidẽ igitur actu coloꝛ et ſonus quomõ eſt idem vel alterũ. his qui ſꝫm actum ſenſibus. puta viſioni et auditioni dic tum eſt in his que de anima. Quid autem vnũ quodqʒ eorum exiſtens faciat ſenſum et actum nunc dicamus. Quemadmodũ igitur dictum eſt de lumine in alijs ꝙ ſit coloꝛ ꝑſpicui ſꝫm ac tum. quãdo enim vtiqʒ ineſt ignitum in perſpi cuo preſentia lumen eſt. priuatio vero tenebre Quod autem dicimus. quod eſt perſpicuũ nõ eſt ꝓprium aeris vel alicuius ſic dictoꝝ corpoꝝ ſed eſt q̃dam cõmunis natura ⁊ motus q̃ ſeꝑa ta q̃dem nõ eſt. In his vero eſt ⁊ in alijs corpo rib⁹. In his quidẽ magis. in alijs aũt minus

¶ Iſte eſt ſecundus tractatus huius libri. In quo poſtq̃ʒ in precedenti tractatu viſum eſt de ſenſu. In hoc ſecũdo tractatu proſequitur de ſenſibili ſeu ſenſato trium ſen ſuum.ſcʒ de colore.ſapore.et odore.que agunt in ſenſum Et ſꝫm hoc ꝑmo diuiditur tractatus in tria capitula In primo agitur de colore. In ſecundo de ſapore. In tercio vero de odore. Secundũ ibi( De odore autẽ ⁊ ſapore) Terciũ ibi( Eodẽ mõ voluit intelligi) Primũ caplm di uidit̃ in duas ꝑtes ꝑncipales In ꝑma ſcrutat̃ definitõeʒ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De quidditate coloris et ſpeciebus eiuſdem

et quidditatẽ coloris In ſcd̄a tractat etiã de eſſe poteſtatiuo ſeu de ſpeb⁹ in q̄s diuidit᷑. Scd̄a ibi (Eſt ḡ ineē.) Prima ſubdiuidit᷑ in duas ꝑticulas. In ꝑma ponit intẽtionẽ. In ſcd̄a eandẽ exeq̄tur. ibi (Quemadmodũ igit᷑) Quantũ igit᷑ ad ꝑmã ꝑticulã ⁊ ꝓemialẽ d̄r. Qꝫ de ſenſibilib⁹ vniuſcuiuſqꝫ ſenſus ſcꝫ de colore. ſono. odore. de guſtu ⁊ tactu. Hoc eſt de guſtato ſiue ſaporib⁹ ⁊ tactis ſiue q̄litatib⁹ tangibilib⁹ vl̄r ⁊ in cōi nō deſcendendo ad ſpēs eoꝝ dictũ eſt in libro de aīa ⁊ etiã ibi dictũ eſt de eis ſm̄ eſſe formale q̄ agũt in ſuũ ſenſum Hic ꝯñter ꝯſiderandũ reſtat de ipis nō vl̄r. ſed ꝑticularit᷑ magis ſm̄ eoꝝ eſſe abſolutũ ⁊ q̄ddicatiuũ. oſtẽdendo q̄d vnũq̄dꝫ eoꝝ ſit. Et ꝑmo de colore. Dictũ eſt etiã in libro de aīa q̄ñ vnũq̄dqꝫ hoꝝ ſenſibiliũ dupl'r d̄r. ſcꝫ actu vt immutat ſenſum et in potẽtia imutãdi ſenſum. ⁊ q̄ñ ſenſibile in actu ſit idẽ ſenſui in actu. Nũc reſtat d̄cm̄ de vnoq̄qꝫ ſenſibiliũ in actu. q̄d facit opationẽ in ſenſum q̄d ſit ꝑ ſeipm̄ definitiue Dictũ eſt etiã de lumie in libro de aīa q̄ lumẽ ſit color ꝑſpicui ſm̄ q̄ ꝑſpicuũ eſt in actu. In ſignũ cui⁹ q̄ñ ignitũ corp⁹ vel lucēs eſt p̄ñs. tũc p̄ñtia illi⁹ eſt lumẽ in ꝑſpicuo. et eius ꝑuatio tenebre. Et ſubdit ph̄s. q̄ h̄ ꝑſpicuũ cui⁹ lumẽ eſt actus nō eſt ꝓpriũ aeri vel aq̄ vel alicui corporũ Sed eſt q̄dã cōis natura ⁊ virt⁹ paſſiua ⁊ receptiua nō ſeꝑata vt platonici voluerũt. Sꝫ eſt oīb⁹ corꝑib⁹ ſm̄ q̄ndã analogiã cōis. vt in his magis inuenit᷑ vt in celeſtib⁹. et in his ſcꝫ inferioribus minus

Queãdmodũ igit᷑ ⁊ corpoꝝ neceſſe eſt vltimũ eē ⁊ huius vtriuſqꝫ. Lumis igit᷑ natura in determiato ꝑſpicuo ē. Ipſius ãt q̄d in corꝑib⁹ ꝑſpicui vltimũ. q̄d q̄dẽ erit vtiqꝫ aliq̄d. palam. Q̄ aũt hoc ſit color ex accñtib⁹ manifeſtũ. Nãqꝫ color in extremitate aut extremitas eſt. vñ et pythagorici epiphaniã vocabant. Eſt q̄dẽ em̄ in corꝑis extremitate ſed nō extremitas corꝑis Sed eandẽ naturã manifeſtũ opꝫtet exiſtimare q̄ exterius colorant᷑. hãc ⁊ interius. Vident᷑ ãt aer ⁊ aqua colorata. et em̄ aurora tale. ſed ibi q̄dem. q̄m̄ indetermiato accidit. nō eundẽ colorẽ hꝫ accedentib⁹ ꝓpe. ⁊ lõge. nec aer nec in aere. In corꝑibus vero niſi ꝯtinēs faciat trãſmutationẽ determinata eſt ⁊ phãtaſia coloꝝ. Manifeſtũ eſt igit᷑ q̄ idẽ ⁊ ibi ⁊ hic ſuſceptiuũ colorũ eſt. ꝑſpicuũ ergo ſm̄ q̄ exiſtit in corꝑibus. colores facit ꝑmutari. ineſt aũt aut plus aut minus in oībus. Q̄m̄ autẽ in extremitate color lumis vtiqꝫ extremitas aliqua hmōi erit. Quare color vtiqꝫ erit ꝑſpicui extremitas in determiato corꝑe. Et ipſoꝝ ꝑſpicuoꝝ puta aque. et ſi q̄dem aliud tale q̄runcunqꝫ videt᷑ aliq̄s color ꝓprius eſſe ſm̄ extremitatẽ ſimiliter omnibus ineſt

¶ Hic ꝯſequenter exeq̄tur intentionẽ ſuam oſtendẽdo quid ſit color. Et in effectu ponit hanc definitōem coloris. ſcꝫ Color eſt extremitas ꝑſpicui in corꝑe terminato quã ſm̄ tres ꝑticulas eius ſm̄ ordinẽ probat vt ex textu colligi poteſt. Et ꝑmo primã qua dicit color eſt extremitas. ⁊ hoc ſic Quia cũ cuiuſlibet corporis ſit aliq̄d vltimũ quod eſt ſuꝑficies. hoc aũt vltimũ in quolibet corpore cõtinet naturã ꝑſpicui ſm̄ quã natum eſt affici lumine ſeu natura lucis. Cum igit᷑ neceſſe ſit in omnibus corporibus vltimũ ſm̄ q̄ ꝑſpicuũ eſt in actu fieri per lumẽ, color erit extremitas ꝑſpicui ſm̄ q̄ ē in vltimo ſcꝫ in ſuperficie Unde dicit Areſtoteles q̄ neceſſe eſt colorẽ eſſe extremitatem vel in extremitate. Quod probat auctoritate pythagoricoꝝ qui dicebant colorem epiphaniã. id eſt ſuꝑ apparitionẽ. Uerum tamẽ eſt q̄ licet color ſit extremitas perſpicui. tamẽ non eſt extremitas corporis que eſt ſuperficies. ſicut natura perſpicui que eſt in perſpicuis corporibus nō eſt ipſa corpora ꝑſpicua ſed eſt in ipa extremitate que eſt ſuꝑficies Et hoc gratia diaphaneitatis ſicut dicit ſecũda pars definitionis. Quã ſic probat. quia color ineſt corpori ſm̄ q̄ eſt ſuſceptiuũ luminis. ſed corpus eſt ſuſceptiuũ luminis ratione ꝑſpicui. ergo color non eſt extremitas cuiuſcũqꝫ ſed perſpicui. Maior patꝫ. quia ſm̄ q̄ corpora diuerſimode lumen recipiunt diuerſimode colorãtur. Sed minorẽ probat phus. Nam eandẽ oportet exiſtimare naturam qua q̄dam exterius et ſuperficietenus colorant᷑. ⁊ aliqua interius. vt aer et aqua ⁊ hec natura ē perſpicuitas. quia ſm̄ q̄ diuerſimode ineſt corporib⁹ his plus. ⁊ his minus. diuerſimode facit lumen participari, ⁊ corpora colorari Vident᷑ em̄ aer et aqua colorari. Aer q̄dem in aurora videt᷑ habere colorem aureũ ratione ꝑſpicui eius aliqualiter condẽſati per frigiditatẽ noctis. ita q̄ lumen omino libere non penetrat. ſed afficit᷑ ſm̄ naturam perſpicui. Simili᷑ fit in aqua Sed tamẽ differũt ſic colorata interius ab alijs ſuꝑficietenus coloratis. Quia interius colorata non eũdem habent colorem accedentibus prope. ⁊ longe ſtantibus. Alia aũt eundem ſeruant colorem ſiue prope ſiue longe ſtantib⁹ in certa ſaltem diſtancia. ⁊ ita de illis eſt determinata phantaſia et eſtimatio de eorum colore. Quod verum eſt niſi locus cõtinens corpora aliquãdo facit trãſmutationẽ ad aliũ colorẽ q̄ ſit ille quẽ habet ex participatione luminis liberi in ꝓprio ſuo perſpicuo. Nam aliquãdo ſolis lumen ſplendēs per vitrum rubeum. cõtrahens naturam illius diaphani cõſtituit colorem illum in corpore cui incidit. mutando eius ꝓpriũ colorem. Eſt igitur color extremitas perſpicui vt dicit ſecũda pars definitionis. quia in extremitate eſt ſuperficiei. ſcꝫ ratione diaphani. Tercia autem pars ſic oñditur. Quia eſt ſolũ in illo corpore quod terminat viſionem. ſed viſio non terminat᷑ omino ad corpus ꝑſpicuum perſpicuitate peruia. ſed ad corpus ꝑſpicuũ perſpicuitate terminata. ſcꝫ opacitate terreſtri. ⁊ quanto plus fuerit terminata tanto eſt ꝑfectior phantaſia coloris. vt dictũ eſt. Unde ſi aqua ⁊ hmōi videant᷑ colorata proprio colore ſolum eis cõuenit ratione illa qua perſpicua terminata ſunt. vnde ſi nō fuerit ꝑſpicuũ in eis vere terminatum nō habẽt verum colorem ⁊ determinatũ ⁊ proprium.

Eſt ergo ineſſe in perſpicuo hoc quod quidem et in aere facit lumen. Eſt autem non ſed priuatum eſſe. Quemadmodũ igitur ibi hoc quidem lumẽ. hoc vero tenebre. Ita ⁊ in corporibus album et nigrum inſit.

¶ Hic ꝯñter in ſcd̄a ꝑte ꝑncipali capl'i tractat de ſpeb⁹ coloꝝ. ⁊ ꝑmo de extremis. ſecũdo de medijs. Et ſm̄ hoc diuidit᷑ in duas ꝑtes. Scd̄a ibi (De alijs ãt) In ꝑma d̄r

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ ſicut ſe habent lumen ⁊ tenebre in aere ſeu in ꝑſpicuo
paruioꝛ. ita ſe habēt albū ⁊ nigrū in alijs coꝛporibꝫ ſcilicet
perſpicuis ꝑſpicuitate terminata

De alijs aūt coloꝛibꝫ iam diuidētes q̄t mo-
dis cōtingit fieri dicenduꝫ. Contingit eīn ſecꝰ
inuiceꝫ eſſe poſitis albo et nigro ita ꝙ vnūqđ-
qꝫ eoꝝ ſit inuiſibile ꝓpter paruitatē Quod aūt
ab amboboꝫ viſibile ſit fieri. hoc eīn neqꝫ album
p̄t videri neqꝫ nigrū. Qm̄ aūt neceſſe quidē eſt
quendā coloꝛē habere. neutrū aūt hoꝝ poſſibi-
le eſt neceſſe eſt cōmixtū eſſe ⁊ ſpēm quandā co
loris aliā Eſt quidē ergo ſic accipe plures colo
res eſſe q̄ꝫ albū et nigrū. Multos aūt ꝓportio
ne. Tria eīn ad duo ⁊ tria ad quattuoꝛ. ⁊ ſm̄ ali
os numeros eſt ſecus inuicem iacere. Hi autē
oīno ſm̄ nullā ꝓportionē ſunt ſed ſm̄ abundan
tiā et defectū quoddā incōmenſurabile. Eodē
itaqꝫ modo hoc opoꝛtet habere ſicut in conſo-
nantijs qui quideꝫ in numeris ꝓpoꝛtionatiſſi-
mis coloꝛes. quemadmodū ibi in cōcoꝛdātijs
Hi aūt delectabiliſſimi coloꝝ eſſe videnꝰ velu
ti coccineus ⁊ puniceus. Pauci aūt tales prop
ter cauſam ꝓpter quā quidē ⁊ ſymphonie pau-
ce. Qui aūt nō in numeris alij coloꝛes. vel etiaꝫ
coloꝛes oēs in numeris eſſe inoꝛdinatos aut
et hos ipos qn̄ nō puri ſtꝫ. qꝛ nō ſunt de nume-
ro tales fieri. vnus ſiqđē modus generationis
coloꝝ hic eſt. Unus autē apparere ꝑ alternos
quēadmodū aīaliū pictoꝛes faciūt alterū colo-
rem ſuꝑ alterū. manifeſtioꝛē ſupponētes. quem
admodū qn̄ in aere vel in aq̄ volūt aliquid face
re apparēs. Et quēadmodū ſol ſm̄ ſe quidē al-
bus videꝰ. per caliginē vero ⁊ fumū puniceus.
Multi ei ⁊ ſic erūt coloꝛes eodē mō ꝑus dicto
ꝓpoꝛtio eīn erit vtiqꝫ q̄dā eoꝝ q̄ in ſuꝑficie ad
eos q̄ i ꝓfundū Quidā āt ⁊ oīo nō ſtꝫ in ꝓpoꝛtōe

¶ Hic in ſcđa p̄te tractat de coloꝛibꝫ medijs Et pº ſm̄
opinionē antiquoꝝ. Scđo ſm̄ veritatē ⁊ opinionē ꝓpꝛiaꝫ
Et ſm̄ hoc diuidiꝰ in duas p̄tes. In quaꝝ p̄ma facit p̄i
mū. In ſcđa ſcđm. Scđa ibi (Si aūt mixtio) Prima p̄s
rurſus ſubdiuidiꝰ in duas In p̄ma recitat opiniones an
tiquoꝝ. In ſecūda reprobat eas. Secūda ibi (Niſi q̄s.)
Quantū igiꝰ ad primā p̄tem ponit intentōem ſuā dicēs
ꝙ de alijs coloꝛibꝫ medijs. eos diuidēdo et diſtinguendo
nūc ꝯnter dōm eſt. Recitat aūt duas opiniones. Qua-
rū prima fuit Democriti ⁊ Leucippi. Alia vero Anaxa
goꝛe. Democritus ⁊ Leucippus dicūt coloꝛes medios
fieri ꝑ iuxtapōem extremoꝝ coloꝝ albi ⁊ nigri ſic ſe habē-
tiū ꝙ qđlibet extremoꝝ ꝓpter paruitatē ſit inuiſibile. Ex
talibꝫ eīn iuxta ſe poſitis vt dicūt reſultās eſt viſibile ne-
qꝫ tn̄ albū neqꝫ nigrū ⁊ cū ſit tale viſibile nec vt albū nec
vt nigrū neceſſe eſt videri mediū coloꝛē cōmixtū ex vtro-
qꝫ q̄ eſt alius ſpēi ab extremis. Et ſic iuxta diuerſum mo
dū cōmixtionis ⁊ iuxtapōnis minimoꝝ extremoꝝ colo-
rū ſm̄ diuerſum ꝓpoꝛtōis modū ꝯcludūt ſpēs coloꝝ me-
dioꝝ variari et multiplicari. Et qꝛ hec cōmixtio fieri p̄t
ſeruata debita ꝓpoꝛtōe q̄lis eſt triū ad duo vt ſint tres p̄
tes vnius ⁊ due alterius. vel triū ad q̄ttuoꝛ vt ſint tres
vniꝰ. ⁊ q̄ttuoꝛ alteriꝰ. Poteſt etiā fieri nō ſeruata debi-
ta ꝓpoꝛtōe ſed tm̄ ſm̄ abūdantiā ⁊ defectuꝫ. ita ꝙ de alio
ſit plus. de alio minꝰ abſqꝫ ꝓpoꝛtōe ſicut fit ſm̄ eos in nu-
meris quos dicūt nō cōmenſuratos quēadmodū accidit
in cōſonātijs muſicalibꝫ. ideo contingit fieri medios colo
res delectabiliſſimos. ſicut ſunt coccineus ⁊ puniceus. q̄-
les pauci reperiunꝰ ꝓpter eandē cām ꝓpter quā pauciſſi-
me reperiūtur ſymphonie muſicales. Illi aūt medij colo
res qui cauſanꝰ ab extremis ſine debita ꝓpoꝛtiōe. Alij ſtꝫ
a delectabilibꝫ ⁊ ſunt indelectabiles. Si autē quis dicat
oēs coloꝛes eſſe in numeris. eo ꝙ abūdantia ⁊ defectꝰ
eſt quidā numerus nō ꝓpoꝛtionatus. tunc opoꝛtet quoſ-
dam eſſe medios coloꝛes oꝛdinatos ſeu in debita ꝓpoꝛti
tione cauſatos qui ſunt delectabiles. Alios vero inoꝛdi-
natos. quia nō fiunt ex debita ⁊ ꝓpoꝛtionata cōpoſitio-
ne extremoꝝ. qui etiā dicunꝰ nō puri. quia non conſtant
in numero ꝓpoꝛtionato. Hoc ergo modo quidā dixerūt
medios coloꝛes fieri. Sed alius eſt modus Anaxagoꝛe
dicētis ꝙ coloꝛes medij generenꝰ ꝑ ſuꝑpoſitionē alternaꝫ
vnius coloris extremi ſuꝑ alium ſiue albus ſuꝑponaꝰ ſiue
niger. ſemꝑ eīn reſultat coloꝛ medius ꝑ hoc ꝙ alter extre
moꝝ alteri ſuꝑponiꝰ. Quod ꝓbabat duobus exemplis.
Primū eſt in artificialibꝫ. Nam pictoꝛes illo mō faciunt
coloꝛē vnū ponētes ſcꝫ manifeſtioꝛē. ⁊ alterum ſuperpo-
nentes. Ita tamē ꝙ nō oīno tegat ſuꝑpoſitū coloꝛē. ⁊ hoc
quidē faciunt qn̄ depingunt aliq̄d quaſi ſtans in aere vel
natans in aqua. tūc eīn coloꝛē imaginis aīalis ponūt pri-
mo ⁊ ſuperducūt illis coloꝛē tenuē diaphanū. non tegen
tē neqꝫ coloꝛē neqꝫ figurā imaginis. Secundū exempluꝫ
eſt in naturalibꝫ. Nā ꝑ hunc modū ſol q̄ ſm̄ ſe albꝰ et lu-
cidus videꝰ. tranſparēs ꝑ caliginē ⁊ fumū apparet puni
ceus. Et quēadmodū Democritus ⁊ Leucippus mul-
titudinem medioꝝ coloꝛum dicebāt fieri ex diuerſa com
mixtione ꝓpoꝛtionata vel non ꝓpoꝛtionata. Ita etiā ꝑ di
uerſum modū ſuꝑponendi verſus ꝓfundū et ſuꝑponen-
di verſus ſuꝑficiem extremos coloꝛes ſm̄ debitam ꝓpoꝛ-
tionem vel extra debitam propoꝛtionem ponebant me-
dios coloꝛes multiplicari

Dicere āt ſicut antiq̄ defluxionē eſſe coloꝛeꝫ
et videri ꝓpter talē cām incongruū. oībus eīn
modis ꝑ tactuꝫ neceē ipm facere ſenſum. Quare
mox melius eſt dicere ꝑ moueri intermediū ſen
ſus a ſenſibili fieri ſenſum q̄ꝫ tactu ⁊ defluxioni
bus in ſecꝰ inuicē ſibi poſitꝫ. Igiꝰ neceſſe ſicut
magnitudinē accipe inuiſibilē. ita ⁊ tps inſenſi
bile aūt vt lateāt motꝰ ꝑueniētes ⁊ vnuꝫ puteꝰ
eſſe ꝓpter ſil'apparere. Hoc aūt nulla necitas.
ſed q̄ in ſuꝑficie coloꝛ imobilis exñs ⁊ motus a
ſuppoſito nō ſilēm facit motū. Quare aliud ap
parebit ⁊ nec albū nec nigrū. Quare ſi nō ꝯtin-
git nullā magnitudinē eſſe inuiſibilē ſed quāli
bet ab aliq̄ diſtātia viſibilē ⁊ hec quidē coloꝝ
cōmixtio. ⁊ illo āt mō nihil obſtat q̄n appareat
quidam coloꝛ communis eis qui cum a longe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De ſpeciebus coloris ſiue coloribus medijs

**Qm̄ em̄ non eſt vlla magnitudo inuiſibilis in his que deinceps conſiderandū eſt**

¶ Hic ꝯñr phs reprobat has opiniones. Et primo ſil' coniunctim. Scḋo ſeorſum q̄ntū ad id in q̄ differebāt. Cōiunctim eas reprobat q̄ntū ad id in q̄ cōuenit̄. Oēs em̄ antiq̄ ſcꝫ Anaxagoras ꝛ p̄cipue Democritꝰ ꝛ Leucippus in hoc ꝯuenit̄ ꝙ dicebant ſenſum viſus fieri ꝑ reſolutōem alicuius a corꝑe colorato qḋ ꝑ mediuꝫ decurreret ſucceſſiue vſqꝫ ad viſum ꝛ tāgeret ipm. ꝓpter hoc ponētes viſum eē quendā tactū. Hoc autē eſt incōgruū et incōueniēs. qꝛ licet (ꝓpter h̄ ꝙ oībus ſenſibꝫ ſentimꝰ intꝰ ſuſcipiēdo) q̄libet ſenſus ſit q̄dam tactus. nō tn̄ ꝓprie vt iſti putabant. Solū em̄ tactus ꝓprie dictus q̄ eſt corꝑis ſenſibil' in guſtu ꝛ tactu eſt. In alijs autēꝫ tribꝫ ſenſibꝫ eſt ſpēi ſimplicis. ꝛ iō metaphorice ſenſibilia illoꝝ ſenſuū tāgūt ſuos ſenſus. Et p̄terea cū viſio p̄cipue inter ceteros ſenſus fiat ſubito non eſt dōm cū antiq̄s ꝙ veniat viſibile ſucceſſiue ꝑ realē decurſum alicuiꝰ materialiter reſolubil' ad viſum. ſicut in tactu reali tāgibile ſucceſſiue mouetur ad tactū. ſed fit mox ꝛ ſubito. Diuiſim ꝑus reprobat poſitōem Democriti ꝛ Leucippi dicēs. ꝙ ſi fierent colores medij ꝑ iuxtapoſitōem minimoꝝ extremoꝝ coloꝝ. tunc nō fieret color medius vere. ſed ſolū phātaſtice ꝛ deceptiue. qꝛ iudicarent̄ duo extrema eē vnū mediū ꝓpter ſic' apparere. qḋ vtiqꝫ nō eſt necc̄ariū dicere. Sequelā ꝓbat. qꝛ dicūt extrema ꝓpter ꝑuitatē inſenſibilia. ꝛ ꝑ ꝯñs tps in q̄ qḋlibet taliū ſentit̄. Sicut em̄ magnitudo ſenſibil' eſt vel inſenſibilis. Ita ꝛ tps quo hm̄ōi magnitudo ꝑcipit̄. Si ergo illa athoma extrema cōiungant̄ ſolū ſm locū (vt ipſi dixerūt) nō erit vnū vere mixtū. ꝛ ita nō erit vere vnus medius color. In oībus em̄ loco tm̄ ꝯpoſitis nō eſt ſenſibile aliqḋ cōpoſitū niſi rōne ꝯponentiū. nec hꝫ qualitateꝫ aliquā niſi q̄ eſt ſuoꝝ ꝯponentiū. Et qꝛ ꝓpter inſenſibilitatē tp̄is extremoꝝ ſenſibiliū dicūt extrema inſenſibilia, et ꝯpoſitū mediū ſentiri. iō nō ponūt aliqḋ verū mediuꝫ ſed ſolū deceptiue. Hoc aūt incōueniēs nō ſeq̄tur ad dictū Anaxagore ꝛ coꝝ q̄ dicunt colores medios fieri ꝑ ſupꝑpoſitōem extremoꝝ. ꝛ iō illi melius dixerūt alijs. Color em̄ ſuppoſitus mobilis ꝛ alterabilis eſt a ſibi ſubiacente ſicut om̄e diaphanū mouet̄ ꝛ alterat̄ ab eo qḋ ꝑ ipm videt̄. Et iō qn̄ ſic alterat̄ et mouet viſum. tūc nō facit ſibi ſil'em motū purū. Sed mouet in forma eiꝰ q̄ alterauit ipſum. q̄ſi ꝑmixta cū forma ꝓpria. vt ſup̄ oñſum ē de ſole viſo ꝑ fumū q̄ apparet puniceꝰ. Ille em̄ color ē fumi ſub altitudine ſolis colorati. ꝛ iō color ille medius ex extremis reſultās ſtatim apparet aliꝰ ab albo ꝛ nigro. Et ſic nō opꝫ ꝑus in eiꝰ ꝯ̄ſtōe accipe colorē albū. ꝛ poſtea nigrū. et tūc cōpoſitū colorē ex vtriſqꝫ. ꝛ extrema latere nos ꝓpter inſenſibilitatē tp̄is ſicut in p̄dicta opinione d̄r. qꝛ ex ſupnatatione ꝛ ſuppoſitōe cauſat̄ actꝰ realiter mediꝰ q̄ neuter extremoꝝ eſt. Et ſm hāc opinionē etiā non opꝫ dicere ꝙ aliq̄ magnitudo corꝑis colorati ſit inuiſibilis. ſed potiꝰ dicemus q̄ūlibet viſibilē ab aliq̄ diſtātia determinata maiori vel minori. Hec igit̄ ſm veritatē eſt coloꝝ extremorū ꝯmixtio. nō q̄dem ſm rē ꝛ ſimplr̄. ſed ſm ꝙ ꝑueniunt ad ſenſum. Quo ad hoc aūt reprobat ꝯñter phs opinionem Anaxagore ſpēaliter hoc mō. qꝛ ipe Anaxagoras in re nō poſuit aliquē verum mediū colorē ſm ꝙ color medius eſt in re colorata ſm ſe. ſed ſoluꝫ poſuit colores medios ſm ꝙ ꝑuenit̄ ad ſenſum diffuſione extremoꝝ ꝑ ſe inuicē ꝛ ꝑ mediū. In re em̄ alter eſt color lucidus ſolis ꝛ fumi ſeu caliginis. ſed qn̄ venit̄ ad ſenſum tūc vniunt̄ et immutāt in altero reſultāte ꝑ modū coloris medij. Secundū p̄cedentē aūt opinionē licet longe ſtanti appareat ex cōiunctōne albi ꝛ nigri ꝓpter paruitatē inſenſibilium in certa diſtātia. tn̄ ꝓpe ſtans diſcernit in tali cōpoſito athomos albos ꝛ nigros ꝛ nō mediū. Inferius em̄ oſtendendum eſt ꝙ non ſit aliqua magnitudo inuiſibilis.

**Si autem eſt ꝯmixtio corꝑoꝝ nō ſolum ſm hunc modū quē putant quidā ſolum ſecus inuiceꝫ poſitis minimis immanifeſtis aūt nobis ꝓpter ſenſum. Sed oīno omniuꝫ apud om̄es ſicut in eis q̄ de ꝯmixtione dictū eſt vniuerſaliter de om̄ibus. Illo em̄ modo miſcent̄ hec ſolum quecūqꝫ cōtingit diuidere ad minima. quemadmodū homines equis aut ſemina. hominū em̄ hominē mīmū. equoꝝ vero equū. Quare horū ſecus inuicē poſitiōe multitudo cōmixta eſt. q̄ ſimul vtroꝝūqꝫ. hominū vero vnū vni equo nō dicimus cōmiſceri. Quecūqꝫ vero nō diuidūtur ad minimū. hoꝝ cōmixtione non contingit fieri ſm hunc modū. ſed miſceri ex toto. que q̄dem ꝛ cōmiſceri maxime nata ſunt. Quomodo autem hoc fieri poſſibile in eis que de mixtione dictum eſt prius. Simul aūt que ſit neceſſitas cōmixtis illis et colores miſceri manifeſtuꝫ eſt. et hanc cauſaꝫ eſſe principalē ꝙ multi ſunt colores. ſed non per ſupnatationē vel ſecū inuicem poſitionē. Nō em̄ de lōge quidē. de ꝓpe aūt nō videtur mixtoꝝ vnus color ſed vndiqꝫ**

¶ Hic ꝯ̄ſequenter recitatis ꝛ ꝓbatis antiquoꝝ opinionibus de modo generationis medioꝝ coloꝝ tractat de eiſdem ſm opinionē ꝓpriam. Et diuidit̄ in duas particulas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecūda oſtendit modū quo multiplicant̄ medij colores. Scḋa ibi (Multi autem erunt) Quantū ad primā dicit phus in effectu. Si id eſt quia mixtio corꝑoꝝ non fit ꝑ ſolaꝫ iuxtapoſitio minimoꝝ ꝛ ꝓpter paruitatē inſenſibiliuꝫ. ſed ꝑ mutuam trāſmutationē miſcibiliū adinuicem ſicut de mixtione in libro perigeneos vniuerſaliter ſm ꝙ om̄ibus cōpetit dictum eſt. ergo manifeſte neceſſariū erit ꝑ talium mixtionē colores extremos miſceri ad medioꝝ cōſtitutionē multiplicē ꝛ variā. Cōſequentia tenet. quia mixtis cauſis neceſſe eſt effectus miſceri ſm cauſaꝝ cōmixtioneꝫ. Cauſe autem coloꝝ extremoꝝ miſcibiliū que ſunt ꝑſpicuū cum opacitate miſcibiliū elementoꝝ diuerſimode miſcentur ergo et extremi colores diuerſimode miſcentur ad mediorum cōſtitutionē non per ſupnatationem vel iuxtapoſitionē qua non equaliter ꝓpe ꝛ longe ſtantibꝫ color appareret. ſed per veram mixtionē qua vndiqꝫ equaliter appareret. Anñcedens ꝓbat phus. quia ꝑ hoc ꝙ congregant̄ localiter non miſcent̄ vera mixtione minima ſm ꝑtes ſubiectiuas que ſunt indiuidua. vt hic hō ꝛ hic hō. hic equꝰ et hic equus. ſiue fuerint eiuſdē ſpeciei ſiue diuerſaꝝ ſpecierū. neqꝫ minima ſm ꝑtes quātitatiuas. ſed ſolum illa vere miſcent̄ que ſm formas alterabiliter tranſmutātur quemadmodū prius de mixtione dictum eſt.

Multi aũt erunt colores qm̃ multis contin git ꝓportionibus cõmiſceri ſibi inuicẽ cõmixta et hoc quidẽ in numeris. Hoc aũt ſm abũdan/ tiam ſolum ⁊ alia eodẽ mõ. q̃ quidẽ in ſecus in/ uicem poſitis coloribꝫ. aut de ſupnatatione cõ tingit dicere ⁊ de mixtis. Sed qua de cã coloꝝ ſpecies determinate ⁊ nõ infinite. ⁊ ſapoꝝ et ſo/ norũ. poſterius conſiderandũ Quid quidẽ igit̃ ſit color et q̃ de cã multi colores dcm̃ eſt. De ſo no ãt ⁊ de voce ꝑus in his q̃ de aĩa dictum eſt

¶ Hic ꝯñter in ſcða ꝑticula oñdit quõ fiat multitudo co loꝝ medioꝝ dicẽs. ꝙ multitudo coloꝝ medioꝝ cãt̃ ex mĩ tis ⁊ diuerſ modis cõmixtõis corpoꝝ miſcibiliũ ex ꝑſpi/ cuo et opaco. Vñ q̃dã ſtꝫ ꝯmixtões ſm debitã ꝓportio/ nem. hoc eſt ſm numeros ꝓportionabiles. vt ſcʒ ſit triplũ ꝑſpicuũ cũ ſimplo opaco. vel ecõuerſo. Quedã vero nõ ſer uata debita ꝓportione in numeris. ſed ſm ſupabundãtiã vnius ⁊ defectũ alterius q̃litercũq;. queadmodũ ſm pri/ mã opinionẽ multiplicari dicunt̃ ꝑ diuerſam iuxtapoſitio nem minimoꝝ. ⁊ ſm ſcðam ꝑ ſuppoſitionẽ vnius ad aliuʒ. Quare aũt ſpẽs coloꝝ determinate ſunt ⁊ non infinite. ⁊ ſapoꝝ. ⁊ ſonoꝝ. ⁊ ſic de alijs ſenſibilibꝫ ſenſuũ poſtea dicẽ/ dum eſt. qꝛ vna eſt rõ de oibus. Epilogãdo. g̃ et ꝯcludẽ/ do in fine dt̃. q̃d ſit color ⁊ que ſit cauſa multitudinis colo rum dictum eſt. De ſono autem ⁊ de voce prius ſufficiẽ/ ter dictum eſt in libro de anima

## Incidũt dubia. Primũ

An ꝑſpicuũ ſit cõe omnibꝫ corporibꝫ ¶ Solõ. Perſpicui tas eſt natura cõis Nõ vt voluerũt platonici q̃ſi a corpibꝫ quibuſlibet ſepata. ſed in oibus analogice repta ꝑ quam vniuerſa corpa ſtꝫ lumis capacia. Et hoc manifeſtũ eſt tã in ſimplicibꝫ corpibꝫ q̃ʒ in mixtis. Magis em̃ ꝑſpicuũ eſt celũ q̃ʒ ignis. ⁊ ignis magis q̃ʒ aer. ⁊ aer magis q̃ʒ aqua. ⁊ aq̃ magis q̃ʒ terra. q̃ ſolũ ſm extremitatẽ ꝑſpicuitateʒ hʒ In ꝯmixtis ẽ plus q̃ʒ in terra. ⁊ minꝰ q̃ʒ in igne aere ⁊ aq. qꝛ in mixtis ꝑſpicuũ eſt terreſtri opaco ꝑmixtũ. ⁊ iõ vtrũ q̃ʒ ea ꝑte tẽperat reliquũ. Veꝝ tñ ẽ ꝙ hec multiplex ana/ logia generaliter ad tria genera reducit̃ Vñ in ꝑmo gene re ſunt oĩa lucẽtia vt ſol. ⁊ aſtra reliq̃. in quibꝫ ꝑſpicuuʒ eſt receptiuũ lumis cũ plenitudine ⁊ exuberãtia. In ſcðo ge nere ſtꝫ ea q̃ ſunt media diffuſionis lumis. ⁊ hec dicunt̃ ꝑ/ ſpicua q̃ntũ ad id a q̃ nomẽ imponit̃. qꝛ ſtꝫ ꝑuia q̃ nõ ſoluʒ in extremitate ſed ꝑ longũ latũ ⁊ ꝓfundũ lumẽ ſuſcipiũt. In tercio ⁊ infimo genere ſtꝫ ꝑſpicua ſolũ ſm extremitatẽ ſupficialẽ q̃ dicunt̃ ꝑſpicua opacitate terminata. In ꝑmo genere ſunt multi gradus. Nã quedã ſtꝫ alijs magis ꝑ/ ſpicua. vt aſtra plus q̃ʒ mixta lucẽtia. in q̃bus dñatur per ſpicuũ ignis. ⁊ inter aſtra vnũ magis altero ꝑſpicuuʒ eſt. Vñ ſol ꝑmũ gradũ ⁊ ſummũ ꝑſpicuitatis ꝯtinere videt̃. et ꝓpterea hʒ lumẽ tanq̃ʒ qualitatẽ ſibi maxime naturaleʒ Alia aũt vt egregiores ꝑhi dicũt lumẽ ipm̃ hñt velut q̃li/ tatẽ aduenticiã. ⁊ a ſole ſolũ lucẽte lumẽ ſuſcipiũt. Silr̃ in 2º gñe g̃dus inueniũt̃. Nã corpa celeſtia plus ſtꝫ diapha na ꝑter aſtra q̃ʒ ignis aer vel aq̃. ⁊ ignis plus q̃ʒ aer. ⁊ aer plꝰ q̃ʒ aq̃. ⁊ hec plus mixtis Proportionabilr̃ etiã in 3º ge nere gradus ſunt. Nã in mixtis plus inuenit̃ q̃ʒ in terra. Et ſimilr̃ in mixto in quo plus eſt terre q̃ʒ alioꝝ elemen/ torum plus eſt ꝑſpicuitatis. Et ſilr̃ plus eſt ꝑſpicuita/ tis vbi ꝑtes eq̃liter iacent. cuiuſmodi ſunt polita q̃ʒ vbi ſeſe obũbrant. Et quia ꝑſpicuitas eſt velut q̃litas paſſi/ ua qua proxime corpa ſunt capacia luminis. Ideo iuxta hanc varietatẽ q̃litas lumis diuerſimode cõuenit corpibꝫ Vñ ꝑmi generis dicunt̃ lucida vel lucẽtia. ſcði generis il/ lumiata. Sʒ tercij generis ſtꝫ colorata vel fulgida

## Secundum dubium

An potẽtia ꝑſpicuitatis. ⁊ lumẽ actus eius ꝓprius. prius cõueniant elemẽtis et elemẽtatis q̃ʒ q̃litates ꝑme tangi/ biles ¶ Et videt̃ ꝙ nõ. quia q̃litates elementares diſpo/ nunt ad diaphaneitatẽ ⁊ lumen. In ſignũ cuius iuxta di/ uerſam diſpõem hm̃õi diuerſimode ſuſcipiunt̃. ¶ Et pre/ terea ſic oporteret eſſe plures q̃litates ꝑmas q̃ʒ quattuor. ¶ Solõ ſic. vt dt̃ Albertus. ⁊ hoc natura ſaltem. Sicut em̃ lumen nõ eſt ꝓprietas ignis ſed eſt cõis analoga cõmu nitate corporibꝫ celeſtibus ⁊ inferioribꝫ. Ita ⁊ perſpicui/ tas vt dictum eſt. et ideo non conſequunt̃ qualitates ele/ mentares in elementis ⁊ elemẽtatis. ſed precedunt.

¶ Ad obiecta Ad primũ dicendũ. ꝙ negãda eſt ꝯña Nam raritas diſponit ad calorẽ. ⁊ tamẽ caliditas eſt q̃li/ tas preuia. Silr̃ accidẽtia diſponũt ad ſubſtantialem formã. ⁊ tñ ſunt poſteriores ſubſtantiali forma. Vñ ſicut qualitates elemẽtares ſunt poſteriores formis ſubſtãtia/ libus elementoꝝ. ad quas tamẽ diſponũt ſm ꝙ ſtant ſub poteſtate ſubſtãtialis agentis. generãtis ſcʒ. Ita qualita tes elemẽtares diſponunt ad perſpicuũ ⁊ lumen inquan/ tum diſponũt ad ſubſtantialẽ formã elementoꝝ. quã ta/ lis vel talis ꝑſpicuitas cõſeq̃tur cui tale lumen proportio natur. ¶ Ad ſecundũ dicendũ. ꝙ ſolum ſunt q̃ttuor qua/ litates prime alterabiles ſm quas corpora ſenſibiliter in inuicem tranſmutant̃. ſunt tamen plures qualitates pri/ me ſimpliciter. Unde lumẽ eſt qualitas ꝑma ſimpliciter in his in q̃bus inuenitur. cui ſicut ꝓpria potentia ꝑſpicuũ ꝓportionat̃. ⁊ ꝓportionabilr̃ dici pt̃ de opacitate q̃ q̃dãmõ cõtrarie opponit̃ diaphano ſeu ꝑſpicuo ꝙ ſcʒ prꝰ natura inueniat̃ in terra q̃ʒ frigiditas ⁊ ſiccitas

## Tercium dubium eſt

An definitio coloris a ꝑho in textu aſſignata ſit ſufficiẽs et bona. ¶ Et videt̃ ꝙ non. quia extremitas genere dif/ fert a colore. ⁊ ꝑſpicuũ ſpecie. vtrunq; ergo inſufficienter in definitione coloris ponit̃. ¶ Secũdo. Corpora ſunt co lorata ad intra. ergo nõ eſt extremitas ꝑſpicui. ¶ Tercio Corpus terminatũ eſt alterius generꝫ a colore. quia ſub ſtantia eſt. ergo male definitur per corpus terminatum ¶ Quarto. Fruſtra ponit̃ terminato. quia quodlibet cor pus cum ſit finitum. eſt terminatũ figura. que eſt quanti/ tatis forma ex terminatione quãtitatis derelicta. ¶ So/ lutio ſic. Quoniã vt infra patebit color cõſtituit̃ ex lumĩe et diaphano velut ex actu ⁊ ꝓpria potentia. ex lumine ve lut actu. ⁊ diaphano velut potẽtia. Non quidem ex quo cũq; diaphano. ſed opacitate terreſtri terminato q̃ð non eſt ꝑuiũ. neq; ſm totum. ſcʒ longũ. latum. et profunduꝫ illuminabile. ſed dũtaxat ſm longũ ⁊ latũ ſupficialiter. g̃ cum hec tanq̃ʒ coloris principia in hac dicta definitione ponantur ipſa vtiq; ſufficiens eſt et bona. Formale em̃ ſeu actus tangit̃ in hoc q̃ð dr̃ extremitas. ⁊ potẽtia pro/ pria in hoc q̃ð dr̃ ꝑſpicui in corpe terminato vel deter/ minato. Ad obiecta. Ad ꝑmũ dcm̃ ꝙ extremitas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nō nominat in ꝓpoſito vltimū corꝑis qđ ē ſupꝑficies ſʒ nominat actū luminis q̄ act⁹ eſt velut extremū potētie ſue ꝓprie q̄ eſt ꝑſpicuitas terminati corꝑis. vñ actus eſt velut extremū et finis ⁊ vltimū potētie. Alij aūt dicūt quemadmodū etiā cōiter dici ſolet ꝙ extremitas in dicta diffinitione nominet vltimū ꝑſpicuitatꝭ q̄ ſupꝑficialr̄ ē extenſa et terminata in corꝑe vt ſit ꝑdicatio materialr̄ qñ đr color eſt extremitas ꝑſpicui. qꝛ entitas coloris non eſt formaliter illud vltimū ꝑſpicuitatis terminate opacitate terreſtri. ſʒ aliqđ reſultans ex incidentia luminis in ꝑſpicuo terminato corꝑis. Et qꝛ formalis illa entitas coloris in vltimo eſt ꝑſpicui ſicut vltimū ꝑſpicui in vltimo corꝑis. Ideo qñ đr extremitas ꝑſpicui nō regiť gtūs ille ex vi effect⁹ cauſe formalis ſed ex vi demonſtrationis eſſentie quo mō ꝓprietas regit ſubiectum. Ad ſcđm dđm ꝙ corpus verſus ꝓfundū ē ꝑſpicuū ⁊ coloratum ſꝫm potentiā. ⁊ nō ſꝫm actū ſimplr̄. ⁊ hec potentia reducitur ad actū ꝑ diuiſionē. qua fiunt diuerſe ꝑtes et diuerſa earꝫ vltima ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑſpicuitates. Dixi ſimplr̄. qꝛ corpora qđā q̄ nō ſunt ſimplr̄ opacitate termiata ſʒ ſꝫm q̄d illa ſunt quolibet intus terminata actu. ſed non ſimplr̄. Vñ đr de illis .p. in textu. ꝙ phantaſia de colore talium nō eſt eadem ꝓpe et longe ſtātib⁹. vt ſuꝑ dictū fuit in expoſitōe text⁹. qꝛ diſtantia facit apparenter ad diuerſitatem terminatōis. Ad tertiū dđm ꝙ neganda ē ꝯñ. qꝛ accñs cū ſit dependens ad ſubiectū et plerūqꝫ a ſubiecto ſi ꝑfecte definiri debeat. definitōez eius ſubiectū et ſubſtātia alterius generis ingrediť vel loco generis vel drñe. Loco generis ⁊ in recto qñ in ꝯcreto. loco drñe vero ⁊ in obliquo ſi abſtracte definiať Ad quartū dđm Licet oē corpus ſit terminatū ꝑ terminos ſue magnitudinis ſcʒ determinate ſicut mixta ꝑfecta ⁊ multa ſilīa. vl̄ indeterminate vt ignis aer et aqua. q̄ ꝓpterea dicunť eē interminatarꝫ dimenſionū termiatōe. ſ. determinata. nō tñ oīa ſunt terminata opacitate terreſtri. ⁊ ꝓpterea non fruſtra addiť ꝑticula illa. corꝑis termiati vl̄ determiati.

## Quartum dubium eſt.

Vtrꝫ oīa tā ſimplicia q̄ʒ mixta ſint colorata. Solutō Licet oīa corꝑa colore ꝑticipent. nō tñ oīa ſunt colorata ſed aliqua. Et hoc inequaliter. Primū pʒ ex dictis. ſuꝑ Scđm pʒ Nā aer ⁊ ignis ꝓpter nimiā ſuā ꝑuietatē in ſua ꝓpria natura accepti et ꝓpter defectum opacitatis ꝑſpicuitatē terminātꝭ. nō ſunt colorati neqꝫ lucidi Ignis eñ in ꝓpria materia nō lucet neqꝫ aer. licet poſſint ambo illuminari extrinſeco lumine. nec ſtꝫ etiā colorati. Dixi in ꝓpria natura et materia. qꝛ ignis in materia aliena vt in flamma ⁊ carbone vel hmōi vtiqꝫ colorať vel poti⁹ lucet. Et ſilr̄ aer ſui inſpiſſatōe ꝑ noctis frigiditatē in oriente a quo defuit diu ſolis calor afficiť lumine ⁊ coloratus apparet. ⁊ qꝛ qñqꝫ hʒ in ſe diffuſa ꝯbuſta ꝑſpicua a frequēti ꝑcedentiū dierꝫ calore. iō videtur coloris aurei. Aqua etiā in ꝓpria natura ⁊ corꝑa celeſtia ꝓpter ſue diaphaneitatis maiorē denſitatē qua lumen tenent lucide apparent. nō tñ colorate ꝓpť opacitatis carentiā ꝑſpicuitatē terminantis. Quapropť ſola terra inter corꝑa ſimplicia đr eſſe colorata. ſʒ nō lucida. Mixta ṽo ꝓprie ſunt colorata nō ſolū vno colore. ſʒ ſꝫm oēs colorū ſpēs et hoc ꝓpter multiformē diſpōem cōmixtionis eorꝫ ex ſimplicibus. Et ſunt colores in mixtis vere ꝑ ſolidā exiſtentiā et nō mutabiliť et phātaſtice ſicut ſunt in quibuſdā ſimplicib⁹ alteratꝭ aliq̄liter vt dictū eſt. Nā in talib⁹ colores nō eodē mō apparēt ꝓpinq̄s ⁊ remotis. nec ꝯſiſtunt ꝑmanēter ſicut in mixtis. vt pʒ de colorib⁹ Iridis ⁊ halonis q̄ apparent in aere vaporabiliter ꝯdēſato In mixtꝭ ꝑfecta ſaltē mixtione ſunt colores ſtabiles et veri. equaliter ꝓpe ſtantib⁹ ⁊ longe ſtantib⁹ apparētes. Verꝫ tñ cōtingit in mixtis colores ꝑ accñs variari ſeu mutari dupliciter. Primo ꝓpter politurā ꝑtiū extremaliū et leuitatē ſuꝑ talia eñ lumen incidens ꝯſtituit ſplendorē potius q̄ʒ colorē. Scđo. qꝛ lumen ſuꝑ hmōi incidens ꝑ mediū ꝑſpicuū vtrūqꝫ coloratū vel terminatū afficiť. Et ꝓpter hoc lumē ſolis incidens ꝑ nubem aquoſam generat colorem viridē et ꝯñr penetrans ſuꝑ parietē ꝯſtituit colorem in pariete imo ſi incidat amplius ꝑ plantas ꝯſtituit ſilitudinē plantarꝫ viridiū in pariete. Ex defectu etiam luminis fit q̄dā remiſſio coloris a ꝑfectōe ſui actus. Nā tpe eclipſis ſolis corꝑa vehemēter alba palleſcūt Et fulgentē hñtia albedinē in lumine ſolis pallida apparēt ad lumē lune. imo penit⁹ deficiēte lumie ſꝫm opinionē Alberti mutať color in ꝑuatōem. ſʒ nō in oppoſitū habitū. Sec⁹ de mixtꝭ ipꝑfectꝭ. qꝛ in talib⁹ plerūqꝫ nō ē color ꝑmanēs ⁊ ver⁹. ſʒ phantaſticus et nutans ſicut in aere condenſato aliqualiter. vt dictum eſt.

## Quintum dubium eſt

An color ſit qualitas ſimplex. Et videtur ꝙ non qꝛ ex actu ⁊ potētia cōponiť. ſ. ex lumie ⁊ ꝑſpicuo. Solutio Color etſi ſit q̄litas ſimplex. Nō eſt tñ qualitas ꝑma. Primū pʒ. qꝛ oē accñs eſt ſimplex Sed color ē accñs. qꝛ ē qualitas. ḡ eſt qualitas ſimplex. Maior pʒ. qꝛ ſi accñs eēt cōpoſitū ex materia ⁊ forma tūc eēt ſuba. quicq̄d eñ hʒ materiā ex q̄. ꝑtē ſui. ē ſuba ꝑ ſe ſubſiſtēs Preterea Oīs forma eſt ſimplex. color eſt forma accidentalis. ḡ eſt ſimplex qualitas. Scđm pʒ. qꝛ ex ꝑmis qualitatib⁹ dependet videlicʒ ꝓxime ex lumine ⁊ ꝑſpicuo. quolibet etiā depēdet ex q̄litatib⁹ elemētarib⁹. ſꝫm ꝙ ſua mixtione variāt naturā diaphani qđ ē ꝓximū materiale coloris. Ex q̄ pʒ ꝙ nō oīs q̄litas ſimplex ꝑma ē Sʒ q̄libet ꝑma qualitas eſt ſimplex. quapropť ſe hñt ſicut ſuperi⁹ ⁊ inferius. Licet eñ qualitas q̄libet nō ſit ſimplex ſimplicitate ꝑ ſterilitatē q̄ excludit virtutis fecūditatē. qꝛ ſic ſolū q̄litates ꝑme ſunt ſimplices. Sunt tñ oēs ſimplices ſimplicitate excludēte cōpōez. q̄ ē ex eſſentialib⁹ ꝑtib⁹ totū aliqđ ꝯſtituentib⁹. Ad rōem in oppoſitū factā. (Ad rōem) Dđm ꝙ neganda eſt ꝯñ. qꝛ nō oē illud ē cōpoſitū ſꝫm eſſe (inquit Albertus in cōmento) cuius eſſentia fluit ex plurib⁹. Quelibet eñ forma dans eſſe ⁊ ſpēm fluit a plurib⁹ q̄ ſunt ꝑncipia in eodē genere ꝑdicamenti. ⁊ tñ ē ſimplex forma ſpecifica ſicut humanitas q̄ eſt ex ſubſtātia ⁊ intermedijs generib⁹ oīb⁹ ⁊ drñtijs. Nec tñ eſt cōpoſita hoc mō cōpoſitōis quo dicim⁹ cōpoſitum eſſe hoc aliquid in natura ſicut hunc hoīez Eſt etiā drña ſimplex ⁊ tñ exit a genere et ſuꝑiorib⁹ generib⁹ et differentijs. Aliq̄d eñ eſſe ex aliquo nō facit cōpōez ſimplr̄. ſʒ facit eſſe magis determinatū. Et iō rōnale nō eſt magis cōpoſitū q̄ʒ ſenſibile. ſʒ ſit magis determiatū. qꝛ paucioribus ꝯuenit. Et tales forme potentialr̄ habēt in ſe virtutes eorꝫ ex q̄b⁹ ſunt. ſʒ nō cōponanť ex naturis diuerſis. Patʒ igiť ꝙ nō ſequiť. Color ē ex ꝑſpicuo terminato ⁊ lumine. ḡ ē cōpoſit⁹. qꝛ color nō cōponiť proprie ex diaphano ⁊ lumine tāq̄ʒ ex ꝑtib⁹ eſſentialib⁹ qꝛ

vnione reſultaret color. q2 diaphanū nõ hʒ ſe ſicut potē-
tia vel materia ex qua reſpectu coloris. ſicut corpus in
cõſtitutõe hoīs. ſʒ hʒ ſe ſolū vt materia in qua. vt dictū ē
Ita ꝙ ꝑſpicuū terminatū eſt ſubiectū quo. ipſius colo-
ris. Et ꝓpterea dī Albertꝰ ꝙ potiꝰ totū eē coloris ē al-
tez ipoz. ſcʒ ipm lumen ſic vel aliter a determinato ꝑ-
ſpicuo ꝑticipatū. Sed ꝯtra. Lumē eſt qualitas pri-
ma nõ hñs ꝯtrariū ⁊ accidit ſibi eē ꝑticipatū. Sʒ color
eſt qualitas ſcđa hñs ꝯtrarietatē ſub ſe. ⁊ eſſe ꝑticipatū
eſt ſibi eſſentiale. Solō Uez eſt ꝙ lumē ſm ſe et in
ſui puritate nõ ē color vt ꝓbat argumentū tñ lumē ꝑti-
cipatū eſt color. Un̄ dī Albertꝰ ꝙ lumē nõ ē hypoſtaſ
coloris niſi vt ꝑticipatū. Loquendo aūt magis ꝓprie vi-
detur potius color actus vel q̄litas ſcđa reſultans ex ꝑ-
ticipatõe luminis in ꝑſpicuo terminato ſic vel ſic ꝗʒ ꝙ ſit
lumen ꝑticipatū. q2 lumē ꝑticipatū eſt q̄litas ꝑma. ſʒ ex
eius participatõe reſultat q̄litas ſcđa. Un̄ nõ eſt ꝯrie-
tas coloris ex lumine cui nihil ꝯriaſ. ſʒ ex ꝯrijs diſpoſitõ-
nibꝫ ꝑſpicui q̄ ſunt opacitas ⁊ trãſparētia ꝑtiū determi-
nati corꝑis in ſuꝑficie ꝯtinēre. Sʒ ꝯtra. dī Areſto. in
textu ꝙ lumē ſit color ꝑſpicui. Solō Loq̄tur h̄ de co-
lore cõiter. Uel dōm ꝙ ſit ꝑdicatio cauſalis. q2 lumen
in ꝑſpicuo terminato eſt cauſa coloris

## Sextum dubium eſt.

An color habeat eſſe in tenebris. Et videſ ꝙ ſic ex
opinione vulgi. Preterea Color ē qualitas ꝑmanēs
imo eſt paſſibilis q̄litas ⁊ ſolū aliq̄n ē paſſio vt q̄n cauſa-
tur ex paſſione tranſeunte ſicut rubedo ex verecūdia.
Solō Diſtinguēdū eſt q̄m vt dī Albertꝰ ſuꝑ. ij. de aīa
Color hʒ eē duplex. ſ. materiale ⁊ formale. Materiale ē
ꝑſpicuū terminatū ſm ꝙ eſt in extremitate q̄ eſt corꝑis
ſuꝑficies ⁊ hoc materiale q̄dāmõ fit ꝑ q̄litates alterabi-
les materiā trãſmutātes q̄ ſꝫ calidū. frigidū. ſiccū ⁊ hu-
midū. Hec em̄ diuerſimode variātia ſuꝑficiē corꝑis ter-
minati q̄ʒtū ad diaphanietatē ſeu ꝑſpicuitatē in eo exñtē
diuerſos inducunt colores. Et tñ ſm veritatē nullū ho-
rum ē ꝓ ſe de rõne formali ⁊ q̄dditate coloris Hoc mõ ꝑ
de colore loquēdo dicimꝰ colores eē in tenebris ⁊ colorē
eē paſſibilē q̄litatē. Sʒ cū hmõi potiꝰ ſit ſubiectū colo-
ris q̄ʒ color. nõ ē hmõi natū immutare viſum. q2 nullū ſen-
ſibile agit in ſenſum niſi in actu ꝑ formā. Eſſe āt forma-
le ⁊ actuale ē a lumine qđ ſm phm ē hypoſtaſ coloris. ꝑ
hoc em̄ ꝙ lumē ꝑſpicuo (de q̄ nūc dictū eſt) ꝑticipaſ. re-
ſultat actuale coloris eē ⁊ eſſentia eiꝰ. Un̄ materiale co-
loris. ē coloris ꝓprie dicti ſubiectū. Et q̄ʒtū ad hoc eē co-
lor nõ hʒ eē in tenebris. Et cū eē materiale coloris non
ingrediaſ coloris eſſentiā vel ſubām. nõ ē ꝓprie color. ſed
ē q̄litas q̄dā ſcđa luminis ꝑticipatia. Quaproptꝫ nõ req̄-
riſ lumē ſolū ad medij viſibilis illuminatõem vt q̄dā di-
cunt. vel ad coloris in actu exñtis manifeſtationē. ſed re-
q̄ritur ad coloris q̄dditatiuā entitatē. Et ideo dī phus
ꝙ color eſt motiuus viſus ſm actū lucidi. hoc ē ſm actū
eſſentialē ſeu ſubālem ⁊ q̄dditatiuā entitatē eius qđ eſt
lumen. Non intrinſecū tñ. vt q̄dam volunt quod eſt lu-
men ignis. Tum q2 ratõne talis luminis corpora ꝓprie
nõ apparent colorata. ſed potius lucida ſeu noctilucētia.
Tum etiam. q2 lumen tale cum habeat ꝓ ſuo ſubiecto
ꝑſpicuum eſſet in extremitate corꝑis ⁊ ꝑ ꝯſequens poſ-
ſet videri in tenebris. q2 lucida in tenebris videnſ. Sed
extrinſecum eſt diffuſum ſuꝑ ꝑſpicuum terminatum.

¶ Per hoc ad obiecta. Ad ꝑmum dōm ꝙ vulgus lo-
quitur de colore improprie. appellando materiale colo-
ris ipm colorem. Et ꝑ hoc etiam patʒ ſolutio ad ſe-
cundū. q2 color habet materialr̄ eſſe ꝑmanens. ſed nõ q̄ʒ-
tum ad eſſe q̄dditatiuū. Sed tñ q2 in quibuſdā materia-
le nõ eſt ꝑmanens et ſtabile ſed ad paſſionis impetum
mutaſ. ideo ex luminis incidētia in tali ꝑſpicuo fit color
inſtabilis habens ſe ꝑ modum paſſionis tranſeuntis. ſi-
cut patʒ de rubedine ex verecundia cauſata. In alijs āt
materiale eſt ſtabile. ⁊ ideo lumen incidens ſemꝑ conſti-
tuit eundē colorē qui ex ea parte videtur ꝑmanens. tñ
nõ eſt ꝑmanens in ſuo quidditatiuo eſſe ſed ſolū in ma-
teriali ⁊ ſic quātum ad formale ꝓprie nõ poteſt dici paſ-
ſibilis qualitas ſed paſſio. Sed quantū ad materiale
aliquādo paſſio diciſ et aliq̄n paſſibilis qualitas. Ue-
rum tñ vt refert Albertus in ꝯmento inueniunſ quat-
tuor opiniones ponentiū colorē habere eſſe in tenebris
qui dicunt lumen ſaltem extrinſecū nõ eſſe ſubſtantiam
et materiā coloris ſʒ ſolum req̄ri ad coloris manifeſta-
tionem. De quibus opinionibꝫ ꝓlixe tractat idem Al-
bertus in cõmento. Prima opinio eſt dicentiū ꝙ color
ſit ipa ꝑſpicuitas terminati corꝑis. Dicunt em̄ ois ꝑ-
ſpicui hanc eſſe naturā ꝙ quādo cõminuitur efficiſ pul-
uis eius albus ſicut apparet in niue. glacie. ⁊ vitro. ⁊ cri-
ſtallo. Et hoc ex eo q2 cū cõminuūſ ꝑſpicuū nulla eiꝰ
ꝑs alteri ꝯtinuaſ ſed q̄libet eſt in ſeipa terminata ⁊ ideo
efficitur puluis nõ ꝑuius. Quia ꝓ ſo ꝑſpicuū qđlibet ha-
bet aliq̄d luminis. ideo vna pars ſuum lumē reflectit ſu-
per aliā ⁊ efficiſ in eis lumen q̄ſi calcatū ⁊ ſpiſſatū ex ta-
li reflexione ꝑtiū ad inuicem. ⁊ ita cauſaſ albedo vel cā-
dor. Alij ſcđo dicunt ꝙ nigredo ſit certiſſima natura co-
loris. ⁊ ꝙ albedo ſolum accidat tranſlucēti ꝑuio. Si em̄
vt inquiunt nigredo eſſet ꝑuatio coloris quēadmoduʒ
ſuperius determinatū eſt. tunc poſſet quelibet colorem
tingēdo de facili recuꝑare eo ꝙ ꝑuatio facit ſubiectū na-
tum forme ſubſtare. Nunc aūt ſuꝑ nigrū colorē tincto-
res nullū aliū tingere poſſunt ſicut ſuꝑ quelibet aliū tin-
gunt album Tercio ſunt alij qui dicunt oīa elementa
ꝑuia ſm plus et minus et cū cõponunſ ita ꝙ minimum
vnius ſit cū minimo alterius diuiſa ꝑtiū ꝑuietas. irra-
diat intrinſeco lumine ſuꝑ totam ſuꝑficiē. ⁊ ꝯdenſatum
ſic irradians lumen in terminato corꝑe reddit colorē al-
bum. quādo ſuꝑficies minimoꝝ cõponunſ cõpõne pla-
na. ꝙ vna ꝑs alteri nõ emineat obtenebrando. quādo āt
anguloſe ponunſ obumbrant ſe ꝯſtituendo colorem ni-
grum. Et hec opinio ꝯuenit cū ꝑma iam narrata. eo ſo-
lo excepto. q2 nõ ponit hoc aliquod opacū ex natura ſi-
cut ꝑma ſed ex poſitõne anguloſa ꝑtium in ſuꝑficie exte-
riori. Alij aūt quarto dicunt ꝙ ꝑuietas oīno nihil fa-
ciat ad colorē ſed ꝙ habeant colorē ipſa corꝑa ex ſua na-
tura ⁊ ex ſeipis in ſuꝑficie ⁊ in ꝓfundo ſed q2 aliquādo
in corꝑe ſunt pori vacui in quos penetrat lumen. idō hec
videntur intus alba ſi ſint alba. aliq̄n aūt nõ ſunt poroſa
et hec nõ apparent intus alba ſi ſint alba. Naʒ opinio-
num ꝑma q̄ eſt auicenne licet ceteris ꝓbabilior tñ dimi-
nuta eſt. q2 nõ ſolū ꝯtritõe ⁊ diuiſione ꝯtinui fit albū ſed
etiam decoctõe vt patʒ de calce ⁊ gipſo ⁊ ouis. q̄ coctu-
ra efficiunſ alba. Tum etiā. q2 nõ oſtendit que ſit albe-
dinis natura ꝑma Sed ſolū oſtendit quō ꝑ diuiſionem
ꝑſpicui cauſetur. cū tamē corꝑa ſint alba ꝑſpicuitatē in-
diuiſam habētia. Tum q2 eſt ꝯtra phm dicentē lumen
eſſe ſubſtantiā ⁊ hypoſtaſim coloris. Lumen em̄ qđ dī

de natura ꝑſpicui intrinſecũ ꝑſpicuo nõ ponit ſubſtãtiã et coloris hypoſtaſim. ſ; poti⁹ terminatũ ꝑſpicuũ. Tũ; q: lumen intrinſecum apparens vt ſic non facit coloris manifeſtatõem ſ; occultatõem. q: rõe illius luminis apparent corpa poti⁹ lucida ꝗ̃ colorata. Silr ſcđa opinio q̃ ad hoc vera eſt ꝙ nigredo nõ ſit pura coloris ꝓuatio Sed falſa eſt ꝙ ſit veriſſima coloris natura cũ ſit infim⁹ et imꝑfectiſſimus color. Tercia opinio falſa eſt. Tũ; q: vt dictũ eſt nõ ponit opacũ aliqđ in reꝝ natura Tũ; q: ex ſola ꝑuitate nõ pt oriri coloꝝ diuerſitas. q: ſpiſſitudo nõ ẽ cã albi neq; raritas Silr neutrũ illoꝝ eſt cã nigri Tum ſi ꝑuitas eſſet cã albedinis maxime ꝑua eſſent alba qđ falſum eſt. q: ſunt lucida vel luminoſa mag; ꝗ̃ alba. Quarta aũt ſilr falſa eſt Nã ſi corpa ẽẽnt int⁹ colorata tunc intus appareret vtriq; color taliũ. nihil em̃ videt̃ poſſe aſſignare qđ colorẽ hmõi tegere debeat. Nõ pt dici ꝙ ſit poroſitas. q: illa poti⁹ facit ad manifeſtationem ꝓpter tranſitũ luminis ꝑ ipſam. Preterea Coloratum abſcondit ⁊ tegit corpus qđ eſt poſt ipm. ſi g̃ oia corpa ſunt hmõi tunc oia corpa abſconderent alia poſt ſe. qđ falſum eſt. vt pz in pila cryſtallina vel hiacynthina. Relinq̃tur g̃ ex his oib; ꝙ lumẽ nõ intrinſecũ ſ; extrinſecũ ſit de ſuba coloris. vt ſup̃ dictũ ẽ. ⁊ ꝓpterea non h; color ſimplr ꝓpriũ eſſe in tenebris. ſed ſolum ſm q̃d ꝗ̃tum ad materiale.

## Septimum dubium eſt

An nigredo ſit verus color Et videt̃ ꝙ nõ. q: videt̃ ꝓuatio coloris albi. Priuatio ãt nõ ẽ ver⁹ color Preterea Tenebra nõ ẽ color. g̃ nec nigredo. ꝯña patz. q: vt dicit phus. ſicut ſe habent tenebra ⁊ lux in perſpicuo ꝑuio. ita color albus et niger in perſpicuo terminato.

Solo Sic. q: hab; cauſam poſitiuam. tam ex parte materie q̃ eſt ꝑſpicuũ ꝗ̃ ex ꝑte forme. q̃ eſt lumen. Nã ꝑſpicuũ clarũ lumen ſuſcipiens eſt ſubiectũ ſeu materiale albedinis. ⁊ ꝑſpicuũ in q̃ vincit opacũ terreſtre ẽ materiale nigredinis. ⁊ vtriuſq; formalis hypoſtaſis ẽ lumẽ qđ in ſe vnũ eſt. ſ; q: ꝑticipatio eius alia ⁊ alia ẽ ſm diuerſitatẽ ꝑſpicui diuerſimode terminati. iõ ali⁹ ⁊ alius color ꝯſtituit̃ luminis incidentia. vñ null⁹ color ſine lumine ẽẽ pt. Et ꝑterea ſi nõ ẽẽt ver⁹ color. ſ; ꝓuatio. tunc qđ nigro colore coloratũ ẽ facile quẽlibet colorẽ recipe poſſet eo ꝙ ꝓuatio in natura facit materiã eſſe capacem cuiuſlibet forme ſui generis. Hoc aũt falſum eſt. q: nigro colore coloratũ difficillime aliũ colorẽ ſuſcipit. Ad obiecta Ad ꝓmũ dđm ꝙ nõ eſt pura ꝓuatio. ſed eo mõ quo determinate vnũ ꝯrioꝝ eſt ꝓuatio reſpectu alteri⁹. l; em̃ qđlibet ꝯrioꝝ indifferẽter ſit ꝓuatio alteri⁹ in ꝗ̃tũ đt alterius carentiã cũ ſubiecto apto nato. tñ alteꝝ determinate ſꝑ in oib; ꝯrijs ſpẽaliter đr ꝓuatio. vt frigidũ reſpectu calidi. ſiccũ reſpectu humidi. graue reſpectu leuis. vt ex cauſis ⁊ effectib; taliũ oñdi pt. Et ſic nigrũ đr ꝓuatõ albi. minus em̃ eſt in hñte nigrũ colorẽ de lumine ꝗ̃ i habente colorẽ albũ. Quia lumẽ idẽ ⁊ eque fortiter diffuſum nõ equaliter ſuſcipit̃. ſ; ſm magis ⁊ min⁹ ſm ꝑſpicui varietatẽ q̃ quãto fuerit maior vincens opacũ tanto abũdanti⁹ ceteris parib; lumẽ ſuſcipit̃ Ad ſcđm dđm ꝙ illa ſilitudo nõ eſt in oib;. ſ; ſolũ in h̃. Quia color albus cauſatur ex luminis plenitudine et abundantia. color niger ex abundantis carentia. ⁊ hoc ꝓpter inequalitatẽ ꝑſpicui idẽ lumẽ diuerſimode cũ maiore vel minori plenitudie ſuſcipiẽt; S; nõ ẽ ſilitudo i h̃. q: tenebra ẽ lumis pura ꝓua°. nigredo ãt ñ ẽ pura ꝓua° coloris albi

## Octauum dubium eſt

Que eſt vera generatio medioꝝ coloꝝ Pro ſolutõe Notandũ ꝙ ver⁹ color fit ex ꝑſpicuo terminato ⁊ lumine. Et q: ꝑſpicuũ eſt duplex ſ. vnũ in q̃ omnino vincitur opacũ. qđdã in q̃ vincit̃ ꝑſpicuũ Quedã ſunt medio mõ ſe hñtia. ⁊ hec differẽter variant̃ ſm varietatẽ ꝓportõis ꝑſpicui cũ opaco Scđo notandũ. ꝙ drã coloꝝ ⁊ mixtio medioꝝ ex extremis nõ ꝓuenit originaliter ex diuerſitate luminis. ſ; ex ꝑte ꝑſpicui cũ opaco termĩante ꝑſpicuũ diuerſimode ꝓportõnati Dixi ꝓportionati. q: diuerſa vnius luminis ꝑticipatio diuerſitatẽ efficit colorum. Per hoc g̃ ad q̃ſitũ dđm. ꝙ vera generatio medioꝝ colorum ꝓuenit nõ ex ſuppõe ⁊ ſuppõne extremoꝝ colorũ neq; ꝑ iuxtapoſitõnem vt in textu oſtenſum eſt. ſed extremoꝝ ꝑmixtione. q̃ ꝓcedit originaliter ex diuerſa cõmixtione ꝑſpicui cũ opaco terreſtri. Per hoc g̃ ꝙ extremi colores ꝑmiſcent̃ ꝗ̃tũ ad ſuũ materiale colores medij cauſant̃. qm̃ rõne materialis extremi colores ſunt vere ꝯrij. ꝯria ãt nata ſunt miſceri. S; ꝗ̃tũ ad formale nõ drñt. niſi forſan ꝓuatiue mõ ſup̃ expreſſo. ꝓuatia aũt nõ ſunt nata miſceri ad inuicẽ ſicut nec q̃cũq; alia oppoſita a ꝯrijs. S; q: materiale in colorib; qđ ẽ ꝑſpicuũ terminatũ nõ variat̃ ꝑmixtione q̃cũq; ſm ſe. ſ; grã q̃litatũ primarum ⁊ rõne elementoꝝ miſcibiliũ. iõ ex taliũ diuerſa mixtione fiunt diuerſi colores medij.

## Nonum dubium eſt.

An colores medij ab extremis ⁊ ab inuicẽ ſint ſpẽ diſtincti Et videt̃ ꝙ nõ. q: drñt ſolũ ſm magis ⁊ min⁹ in ꝑſpicuo ⁊ lumine. Magis aũt ⁊ min⁹ ſpẽm nõ variant Preterea Mediũ nõ diſtĩguit̃ ſpẽ ab extremis. g̃ colores medij ab extremis nõ diſtinguunt̃. Solo Sic. Quia l; drñe ſpecifice coloꝝ originalr ſumant̃ ex parte diaphaneitat; termĩate. ꝓxime tñ ſumunt̃ ex diuerſa luminis ꝑticipatõne q̃ cũ ſit alia ſpẽ in extremis ⁊ medijs ad inuicẽ ⁊ ad extrema relat; ſm diuerſam ꝯſonantiã ⁊ ꝓportionẽ luminis ad ꝑſpicuũ termĩatũ. iõ tã extremi ꝗ̃ medij inter ſe ſpẽ drñt. Ad obiecta Ad ꝓmũ dđm ꝙ mag; ⁊ min⁹ in eodẽ ſpẽm nõ variant. ſ; vtriq; in diuerſ Et ſi dicat̃. Mag; lumẽ ⁊ min⁹ ſpẽ nõ drñt neq; magis ꝑſpicuũ ⁊ min⁹. g̃ nec color in q̃ ẽ plus de ꝑſpicuo et plus de lumine ab eo in q̃ ẽ min⁹ de ꝑſpicuo ⁊ de lumĩe Dđm ꝙ nõ eſt ſilr. q: l; illa extrema ſm mag; ⁊ min⁹ ſe hñtia ſꝑ ſpẽ nõ differãt. tñ ꝓportio extremoꝝ drñtiu; ſm magis ⁊ minus eſt ſpẽ altera ⁊ altera. vt altera ẽ ꝓportio triũ hoim ad quattuor. ⁊ trium ad ſex. Cum ergo color ſit qualitas reſultans ex certa ꝯſonantia vel ꝓportione ꝑſpicui illuminati ad opacũ terminans. iõ nõ obſtante ꝙ diaphaneitas ſiue ꝑſpicuũ opacitas ⁊ lumẽ que ſunt diuerſoꝝ ꝓncipia differant ſolũ ſm mag; ⁊ minus. colores tñ diuerſa ꝓportõe ex illis reſultantes ſpẽ differunt Ad ſcđm dđm ꝙ mediũ qđlibet nõ ẽ euiſdem ſpẽi cum extremis. ſed ſolũ mediũ aliquod. qđ nõ eſt determinate entitatis niſi ratõne alterius extremoꝝ ſicut motus mediũ eſt inter duos terminos. accipiens ſpẽm a termino ad quem. ⁊ ſimilr tepidum ſic medium eſt inter calidum et frigidum. Sed mediũ determinate entitatis ab extremis ſpẽ diſtinguit̃. ⁊ illo mõ medij



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

colores dicunꝛ hr̃e rõeʒ mediȷ̃ Et q̃ꝛ nõ ꝑticipãt colores
rõem mediȷ̃ eſſentialr̃. ſʒ virtualr̃. ideo nõ ſunt cõpoſiti
ores extremis per ſubſtantiam ſed bene per virtutem.

## Decimum dubium eſt.

An ſint ſolũ ſeptẽ ſpẽs coloꝝ. Et videꝛ ꝙ nõ. q̃ꝛ inꝛ
extremos colores pt̃ eẽ motꝰ ꝯtinuꝰ. in infinitũ diuiſibi
lis. ꝑ diuiſionẽ hm̃õi dari poterunt infinite ſpẽs colorũ
Preterea A nõ nullis plures multo diſtiguunꝛ ſpẽs
ſm̃ diuerſam diaphani ꝛ opaci ꝑmixtionẽ. Soꝰ Sũt
ſeptẽ colorũ ſpẽs ꝑncipales. ſcʒ duo extremales. ſ. albuʒ
et nigrũ. ꝛ q̃nq̧ mediȷ̃. Quoꝝ ꝑmũ vocat nõ h̃. ſed po
ſtea glaucũ. ſcd̃m puniceũ. terciũ rubeũ. quartũ purpu/
reũ. q̃ntũ viridẽ. Et hoꝝ coloꝝ ſufficiẽtia ſic haberi pt̃
Nã oĩs color vel ẽ extremꝰ vel medius. Si ꝑmũ. hoc ẽ
duplr̃. q̃ꝛ vel generaꝛ ex dñio ꝑſpicui ſuꝑ opacũ ꝛ ꝑ ꝯñs
ex abũdãtia luminis ꝛ eſt ſic color albꝰ. vl̃ ex dñio opaci
ſuꝑ ꝑſpicuũ. ꝛ ꝑ ꝯñs ex defectu luminis. ꝛ ſic ẽ color ni/
ger. Si ſit color mediꝰ. hoc eſt duplr̃. q̃ꝛ vel eſt mediꝰ ꝑ
ꝑticipatõem ꝛ eq̃diſtantiã. vel ꝑ ꝑticipatõem. Si ꝑmũ
ſic eſt color rubeus. Si ſcd̃m. hoc eſt duplr̃. q̃ꝛ vel me/
diat inter albũ ꝛ rubeũ. vel inter nigrũ ꝛ rubeũ. Si pri/
mum. hoc ꝯtingit duplr̃. q̃ꝛ vel plus accedit ad albedinẽ
et ſic ẽ color glaucus. vel flauus. vel ſuꝑpalidꝰ. vel plus
accedit ad rubeũ. ꝛ ſic ẽ color puniceꝰ q̃ grece dr̃ allur/
gus ſiue citrinus. Si ſcd̃m. hoc ẽ. ſi mediat inter rubeũ
et nigrũ ꝯtingit duplr̃. q̃ꝛ vel plus accedit ad nigrum ꝛ
ſic ẽ color viridis. vel ad rubeum. ꝛ ſic eſt purpureus.
Ad obiecta Ad ꝑmũ ẽ dd̃m ꝙ negãda ẽ ꝯña. quia
media q̃ ſic ex ꝯtinuitate motꝰ in infinitũ diuiſibilis ac
cipi pñt ſm̃ potentiã nõ ſunt determiate nature ꝛ ſpẽi.
ſicut nec motus. cũ ſint ꝑtes homogenee ipiꝰ motꝰ. Ali
as eñ in motu alteratõis q̃ ẽ de extremo colore in extre
mum. nõ ſolũ acciperenꝛ media infinita ſm̃ potẽtiã. veꝝ
in motu q̃ ẽ de extremo in mediũ. alii etiã extremo q̃tũ/
cũq̧ ꝯiunctũ. Et hoc ex eo. q̃ꝛ q̃libet motus ꝓpter conti
nuitatẽ in ifinitũ diuiſibilis ẽ. cũ g̃ media inꝛ extremos
colores ſint determinate entitatꝭ ꝛ ſpẽi. nõ accipiunꝛ per
diuiſionẽ motꝰ alteratõis q̃ ẽ inꝛ extremos colores ſʒ ꝑ
certe ꝓportõis eq̃litatẽ q̃ ꝓportionibꝰ certꝭ mediȷ̃ colores
ex extremis cõponunꝛ. cognito ãt in q̃t ꝓportionabiliter
accipi pñt mediȷ̃ colores inꝛ extremos. habeꝛ certꝰ nũerꝰ
coloꝝ. ſ. ſeptenariꝰ. Sʒ ꝯ. Sicut inter albũ ꝛ nigrũ ẽ
mediũ vnũ ꝑ eq̃diſtantiã ꝛ ꝑticipatõem qd̃ ẽ rubeũ. et
q̃tuor ꝑ ꝑticipatõem tm̃. Jta a ſilr̃ inꝛ albũ ꝛ rubeum
īmmo inꝛ q̃ſliber colores q̃ntũcũq̧ ſibi vicinos pt̃ eẽ me
diũ vnũ ꝑ eq̃diſtãtiã. ꝛ alia q̃tuor ꝑ ꝑticipatõem. ergo
adhuc erũt ifinite coloꝝ ſpẽs. Solõ Si accipiamus
medium inter duo extrema ꝓut ĩdeterminate ẽ nature
et ſpẽi qd̃ identificaꝛ extremis. ita ꝙ identificaꝛ alteri ex
tremoꝝ ſicut motꝰ ſuo termĩo. tunc videꝛ ꝓcedere argu
mentũ. q̃ꝛ ſic accipiꝛ motꝰ q̃libet ſub rõe ꝛ ſiĩtudĩe alicu
ius magnitudinis ſeu diſtãtie ꝯtinue in ꝑtes diuiſibil.
Sʒ ſi loq̃mur de medio qd̃ ẽ ſpẽ diſtinctũ. a q̃libet extre
moꝝ ex q̃bꝰ cõponiꝛ. falſum ẽ qd̃ in argumento aſſumiꝛ.
Aſſumiꝛ eñ ꝙ inter mediũ ꝑ eq̃diſtantiã ꝛ alteꝝ extre/
mũ poſſit dari mediũ determiate ſpẽi ꝑ eq̃diſtantiã qd̃
falſum ẽ. Qd̃ declarat Albertꝰ Nã ſi inꝛ. a. et. b. mediat
ꝑ eq̃diſtantiã. c. tũc nõ pt̃ inter. a. et. c. dari mediũ ꝑ eque
diſtantiã. Quia deꝛ tale. et ſit. d. hoc plus habebit de. a.
q̃ de. c. q̃ꝛ. c. aliq̃d hʒ de. a. ꝛ cũ ipm̃. d. ꝑticipet de. a. ꝛ de
c. ꝑticipante de. a. habebit duo de. a. ꝛ vnũ de. c. tm̃. Et
iõ ꝯcludit Albtꝰ ꝙ nõ pt̃ dari inter albũ ꝛ rubeũ mediũ
ꝑ eq̃diſtantiã. tantũ hñs de rubeo q̃tũ de albo. nec iter
rubeũ ꝛ nigrũ. Cũ g̃ ſolũ ſit vnũ mediũ inꝛ extrema per
eq̃diſtantiã dabile ꝛ cũ denꝛ inter alteꝝ extremoꝝ ꝛ me
diũ ꝑ eq̃diſtantiã media ꝑ ꝑticipatõeʒ ineq̃le. illa ãt ſolũ
ſꝭ duo. q̃ꝝ vnũ accedit ad extremũ plus. ꝛ alteꝝ plꝰ ad
mediũ. ꝛ ſic inꝛ vnũ mediũ ꝑ eq̃diſtantiã ꝛ duo extrema
erunt ſilr̃ q̃tuor media ꝑ ꝑticipatõem ꝛ nõ ꝑ eq̃diſtãtiã
et ꝑ ꝯñs erunt ſolũ ſeptẽ coloꝝ ſpẽs iuxta formalẽ ꝓpor
tionẽ acceptã in genere. Si q̃s ãt in illis ꝓportionibꝰ ve
lit ad ſpẽm deſcendere ꝛ ad materiã erũt plures ſpẽs co
loꝝ. Et iõ vt ſcd̃o argutũ fuit q̃dã multo plures ponũt
ſpẽs coloꝝ q̃ ſeptẽ Sunt g̃ ſolũ ſeptẽ ſpẽs coloꝝ forma
liter diſtincte ſm̃ ꝙ notabilr̃ diſcerni pñt tã q̃ ꝑncipales
et magis note. ſunt tñ plures minꝰ ꝑncipales ſpẽs. Et
ꝑter illas ꝑncipales. ꝛ minus ꝑncipales formalr̃ diſtin/
ctas. inueniunꝛ multiplicari ex ꝑte ſubiectoꝝ in infinitũ
indiuidualiter. ꝛ in q̃libet ſpẽ penes eſſe intenſum. ꝛ re/
miſſum. Quilibet eñ color cuiuſcũq̧ ſpẽi fuerit pt̃ ſm̃ eẽ
qd̃ hʒ in ſubiecto intẽdi ꝛ remitti. quõ diſtinguiꝛ minus
albũ a magꝭ albo in eadem ſpecie. ꝛ ſilr̃ dr̃ de oĩbꝰ aliȷ̃s.

## Undecimum dubiũ eſt.

An tribus modis cõtingat fieri tranſitum de albo in
nigꝝ. vt teſtaꝛ auicẽne dictũ Et videꝛ ꝙ nõ. q̃ꝛ dictũ ẽ
ſuꝑ. ꝙ color nihil aliđ ẽ niſi eẽ qddã luminis in ꝑſpicuo
termiato. q̃ꝓpꝛ albũ videꝛ nihil aliud eẽ q̃ lumẽ claruʒ
in determinato ꝑſpicuo. ꝛ nigredo eiuſdẽ ꝑuatio. q̃ con
ceſſo nõ poterit eẽ tranſitꝰ ille. niſi vno mõ tm̃. vt ꝑmo
ſit ſuꝑpallidũ. deĩn pallidũ. ꝛ ſic ꝯtinue in nigrũ Soꝰ
Sic. vt dr̃ Auicen. Nos eñ ſi ꝯſideremus ea q̃ freq̃n/
ter accidũt. tunc albũ venit in nigꝝ tribꝰ modis Quoꝝ
vnus ẽ ꝓprꝰ q̃ñ ſolũ albũ ꝛ purũ moueꝛ in nigꝝ. vt pri
mo efficiaꝛ ſuꝑpallidũ. deinde pallidũ. deĩn fuſcũ. ꝛ tũc
nigrũ. Aliq̃ñ ſcd̃o fit ꝑ hoc ꝙ ꝑmo albũ moueꝛ ad ſub/
rubeũ vel croceũ. deĩn ad rubeũ. ꝛ ſic ad purpureũ. ꝛ de/
inde ad nigꝝ. Aliq̃ñ tercio fit q̃ñ ex albo ſtatim fit viri/
de. ꝛ poſtea intenſa viriditas. ꝛ deĩn nigꝝ. Cuiꝰ rõ eſt.
Quia cũ albꝰ color cauſeꝛ ex dñio ꝑſpicui ſuꝑ termiatũ
ſeu opacũ. iõ ſi paulatĩ abſolute ſine reſolutõe alicuiꝰ fu
mi opacũ icipiat vincere ꝑſpicuũ tũc luminis incidẽtia
mutaꝛ color albꝰ in nigꝝ ꝑmo mõ. Si ꝟo fiat reſolutio
alicuiꝰ materie vaporoſe actõis ꝛ reſplẽdentia luminis
ſuꝑ corpꝰ. albo colore colloratũ. hoc ꝯtingit duplr̃. q̃ꝛ vel
illud reſolutũ multũ hʒ terreſtreitatꝭ ꝛ opacitatꝭ paula
tim ꝑſpicuũ vincẽtꝭ. ꝛ tunc ex albo fit tranſitus in nigꝝ
ſcd̃o mõ. Uel ſcd̃o illđ luminis reſplendentia reſolutuʒ
ab hñte colorẽ albũ ẽ aqueũ humidũ tenue ꝛ paulatĩ ad
maiorẽ groſſiciẽ declinãs. ꝛ ſic fit trãſitus de albo in ni/
grũ tercio mõ. Et nõ ſolũ iſtis modis. ſʒ pluribꝰ fieri pt̃
ſm̃ diuerſum modũ reſolutõis materie ꝑ luminis ꝟtu/
tem incidẽtꝭ ſuꝑ coloratũ colore albo. Uñ ſi ſuꝑ album
fulgens reuerbereꝛ vaporoſum ꝑſpicuũ mixtũ ex aq̃o ꝛ
terreo ſubtili bñ mixto cũ humido vaporãte erit ſtatim
poſt albũ tranſitꝰ in croceũ ſiue ſubcitrinũ ꝛ citrinũ. ꝛ ſic
deinceps. Si ãt ſit aereũ vaporoſum ꝑmixtũ ſubtiliſſi/
mo terreo bñ cõmixto ꝛ aduſto. erit color hiacynthinꝰ.
Et ſic ex eẽ luminis diuerſo in ꝑſpicuo erit accipe colo/
rũ naturã ꝛ oẽm coloꝝ diuerſitatẽ ꝛ mutatõem. Ad
obiectũ ãt dd̃m ꝙ nõ valet ꝯña. vt pʒ ex nũc dictꝭ. Nõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eñ opꝫ ꝓpterea ponere vt q̄dā volunt colorē eē aliq̄d reale diſtinctū ꝑter lumen vel luminis ꝑticipatōem ſaltem extrinſeci in ꝑſpicuo ſicut aliq̄ nitunť oſtendere. Suppoſito eñ queadmodū veritas hꝫ ꝙ color ſit q̄litas reſultans ex luminis extrinſeci incidētia in ꝑſpicuo termīnato vtriqꝫ ſaluari pt multiplex modus tranſmutādi colorem album in nigrum.

## Duodecimū dubiuꝫ eſt.

An nigrū ſit tranſmutabile in albū. Et videť ꝙ nō. qꝛ nigrū nō recipit aliū colorē. vt pꝫ exꝑimento de tingentibꝰ q̄ nigꝝ in aliū colorē nō mutant. ꝛ ex hoc videť ꝙ nō ſit ꝑuatio albi ſicut tenebra lucis. Solutō Duo ſunt modi tranſmutandi colores (Inq̄t Albertꝰ) ſ. tingēdo ꝛ tranſmutando. Per hoc ģ ad q̄ſitū dōm ꝙ tingēdo nō ꝯtingit colorē nigrū mutare in albū ꝓ eo. qꝛ tinctura nigri ē in ſubā corroſiua ꝛ nō ꝑmittit ſibi aliū colorez in ſuꝑficie ſuꝑlinitū vel ſuppoſitū coherere. tranſmutādo āt bñ permutať nigrū in albū ꝛ in quelibet aliū colorē. Ceruſa eñ q̄ ē genꝰ coloris, lꝫ ſit nigra cū de plūbo facta ſit. tñ ſepe tranſmutata efficiť alba Idē eñ accidit de puluere ferri q̄ niger ē. Et hoc inq̄t Albertꝰ melius fit a natura. eo ꝙ natura ſp̄ tranſmutādo opať. Ad trāſmutatōes āt ars nō ſufficit ꝓpter defectū mouentꝭ Calidū eñ vel frigidū in natura tranſmutans moueť a celo. cuiꝰ virtus eſt ipa natura ſicut q̄ðlibet inſtrumētale opans in ſe hꝫ ꝟtutē ſui motoris. Calidū āt vľ frigidū mouens ꝑ artē nō hꝫ hanc virtutē. ꝛ iō raro ꝑtingit ad ſpēm q̄ q̄riť. niſi ꝑ artē q̄rať hora in q̄ celū cū arte opať. Et ꝑ h pꝫ ſolō ad obiectū. qꝛ ꝓcedit de tinctura

## Decimūtercīū dubiū eſt

An albū viſuꝫ ꝑ nigꝝ appareat rubeū Et videť ꝙ nō qꝛ lumen reſplendēs ꝑ vitꝝ rubeū. vel albū viſum ꝑ rubeū diaphanum. apparet rubeū ꝛ nō apparet color medius. ģ album viſum ꝑ nigrū nō apparebit rubeū. ſꝫ apparebit nigꝝ. lumē eñ et pyramis radioſa a corꝑe lucido ꝓcedens afficiť diaphano ꝑ qð diffundiť ꝛ ſeq̄tur naturā eiꝰ Solō Sic. vt ī textu dꝛ ꝛ habeť etiā in p̄mo libro methaurorꝝ. Cuius rō eſt. qꝛ vt ſuꝑ circa textū dictū ē. Om̄e diaphanū moueť ꝛ alterať ab eo qð ꝑ ipm̄ videť. Et iō cū albū videť ꝑ nigꝝ. tunc mediū diaphanū qð ē nigꝝ moueť ꝛ alterať ꝑ albū ꝑ ipm̄ diffuſum. ꝛ alterando hoc mediū ſeq̄tur etiā ꝯditōem alterabilis medij ꝑ qð diffundiť. ꝛ ita ex extremis coloribꝰ albo ꝛ nigro reſultat color medius. ſ. puniceus vľ rubeus. imo ſ̄m diuerſam habitudinē medij nigri ꝑuij ad albū ꝑ illud mediuꝫ viſibiliter diffuſum. reſultat alius ꝛ alius color medius Rubeus āt reſultat qñ videť albū abſolute ꝑ nigꝝ. Ita ꝙ nigꝝ nō vincit q̄dāmodo albū ꝑ ipm̄ diffuſum Et qꝛ ſpēs ꝯriorꝝ nō ꝯrianť. ꝛ ꝓprie ꝓpter hoc nō miſcenť. ideo nō videť color ille medius reſultare ex eo ꝙ ſpēs albi et nigri ꝑ idē mediū veniunt ad ſenſum. Ad obiectum dōm ꝙ tripľr diffundiť lumen viſibile ꝑ mediū. Primo mō diffundiť ꝑ ipm̄ in ſua puritate acceptū in ꝯtū purꝝ ꝑſpicuū ꝛ ꝑuiū nullo mō coloratū. ꝛ ſic manet lumen in ſua puritate ꝑ hmōi diffuſionē Diffundiť aūt ſcðo ꝑ mediū in ꝯtū ē mediū ꝑfecte coloratū. ſicut vitꝝ rubeuꝫ vľ blaueū. ꝛ ſic vt ꝓbat obiectio lumen ꝑ tale mediū diffuſum ſeq̄tur naturā eius ꝑ qð diffundiť. vt ſi ꝑſpicuū fuerit rubeū. lumen illud penetrans ꝯſtituit in obiecto corpore colorē rubeū. Si viride colorē ꝯſtituit viridē. ꝛ ſic de alijs oībꝰ coloribꝰ. excepto medio. colorato colore nigro. Quia lumē mediū tali colore coloratū nō penetrat. ſꝫ reuerberať. vñ videmus nigꝝ vitꝝ ꝑ trāſitū luminis colorē ſuū alteri nō dare ſicut alio colore colorata. Tercio diffundiť lumē ꝑ mediū nō ꝑfecte coloratum. ꝛ ſic lumen penetrās mediū ꝯſtituit colorē mediū. Et ſic itelligēdū ē dictū phi dicētꝭ albū viſuꝫ ꝑ nigꝝ apparet rubeū

## Decimūquartū dubiū ē

Quare ſol de mane ꝛ veſpe apparet maior ſeipo in meridie Solō. qꝛ viſibile viſum ꝑ mediū denſius. apparet minꝰ ſeipo ꝑ mediū magꝭ ꝑuiū ꝛ minꝰ denſum. qꝛ in occurſu medij denſioris radij viſibilis rei refrāgunť ad ꝑpendiculū. ſicut in occurſu medij rarioris refranguntť a ꝑpendiculo. ꝛ ſic rē viſibilē repñtant ſub maiori quātitate. In ſignū cuius res viſa ꝑ berillū apparet maior q̄ꝫ alias ſine berillo viſa. ꝛ tanto apparet maior quāto vitꝝ fuerit denſius. Cū ģ inter ſolē ꝛ viſum in oriente ꝛ occidēte ſint vapores aſcendentes q̄ nō ſunt inter nos ꝛ ſolem exiſtentē in medio celi. ideo aſtrū ſolis maius apparet in oriente ꝛ occidente ſeipo exiſtente in meridie

## Decimūquintū dubiū ē

Quare in ſpeculo ſoli oppoſito videť ſolū ſol. In ſpeculo āt in aq̄ poſito videť planeta circa ſolē poſitꝰ Soº Quia radij ſolis cadētes ſuꝑ ſpeculū nudū fortitudine ſue irradiatōis ꝛ inceſſus ipediūt apparitōnem minoris planete. Sꝫ icidētes in aquā ſuꝑ ſpeculū debilitanť in aqua ſua refractōne. ꝛ ideo in aqua nō impediunt apparitōem alterius planete.

## Decimūſextū dubiū eſt.

Quare in collo colūbe ꝓpter diuerſum ſitum apparēt diuerſi colores Solō Quia illi colores videnť ꝑ aliquā reuerberatōem ſplendoris ꝓpter vnionē plumarꝝ. Ideo ſ̄m diuerſitatē ſitꝰ aſpicientiū variať diſpoſitio coloris ꝓpter diuerſaꝫ figurā reuerberatōis. Sicut pꝫ in Iride

Hic poſſent moueri dubia de quolibet colore in ſpē. Sed ad vitandū ꝓlixitatē deſuꝑ ſuꝑſedendū eſt.

**De odore vero et ſapore dicendū Fere eñ eadem ē paſſio. nō in eiſdē aūt ē vtrūqꝫ eorꝝ Manifeſtiꝰ āt eſt nobis ſaporꝝ genus q̄ꝫ odorꝝ Huius aūt cauſa qm̄ peiorē q̄dem habemus alijs animalibꝰ odoratū. ꝛ ipis ſenſibꝰ q̄ in nobis Tactum vero certiſſimū oīm animaliū babemus. Guſtus vero tactus quidam eſt**

Iſtð ē ſcðm capitulū in q̄ phs ꝓſeq̄ť de ſapore. Et diuidiť in duas ꝑtes ꝓncipales. In q̄rꝝ p̄ma determīat de ſapore oñdēdo q̄dditatē eiꝰ. In ſcða de ſpēbꝰ eiꝰ. ibi (Queadmodū āt colores) Prima ꝑs rurſus ſubdiuiditur in duas ꝑtes. In p̄ma recitat tres falſas opiniones de ſapore. In ſcða eas reprobat oñdendo verꝝ modū generatōis ſaporis. ipm̄ definiēdo. Scða ibi (Horꝝ ſicut empedocles) Prima iterꝝ ſubdiuidiť in duas. Prima ē p̄abulareꝭ. Scða executia. Scða ibi (Qð q̄dē igiť)

Quantū igit̃ ad p̄mā partē dr̄ p̄hs ꝙ de ſapore ꝛ odo/re nunc dōm p̄miſcue q̄dā mō. Et p̄mo de ſapore. Pri/mum ꝓbat p̄hus. q꞉ fere eadē eſt paſſio ſeu q̄litas odo/ris et ſaporis cū vtrūqꝫ ſit ſequela cōplexionis nutrimē/ti. ſꝫ nō ſunt in eiſdē ſubiectꝭ ꝓpꝛijs. velut in materia eo/rum. Sapoꝛ em̄ eſt in humido ꝯplexionali paſſo a ſicco Odoꝛ āt in ſicco ꝯplexionali paſſo ab humido. Scōm p̄tꝫ. q꞉ ſapoꝛ eſt nobis notioꝛ odoꝛe. Cuius cā eſt. q꞉ ol/factū alijs aīalibꝫ habemus peiorē. ꝛ peiorē alijs ſenſibꝫ q̄ in nobis ſunt. Et cū guſtus ſit q̄dā tactus quē habe/mus certiſſimū oīm aīaliū. iō guſtū etiā habem⁹ certiſſi/mum. Quapꝛopter de ſapoꝛe tāqꝫ de nobis notioꝛi pri/mo determinandum eſt.

Qd̄ q̄dem igit̃ aqua natura vult inſipida eſt neceſſe eſt Itaqꝫ in ip̄a aquā habere genera ſa/poꝝ. inſenſibilia propter ꝑuitatē ſm̄ ꝙ empe/docles dr̄. vl̄ materiā talem ineſſe quēadmodū panſperma ſapoꝝ. ꝛ om̄ia quidem ex aqua fieri alia q̄dem ex alia parte. nullam habente differē/tiam aqua ꝛ faciens eſſe differentiā acſi calidū et ſolem dicat quis.

Hic ꝯn̄r exeq̄tur intentōem ſuā de ſapoꝛe recitando tres opiniones falſas de ſubiecto eius Dicens ꝙ lꝫ aq̄ de ſua natura ſit actu inſipida. ip̄a tn̄ eſt radix oīm ſapo/rum. ꝛ in ſe virtualr̄ oēs ſapoꝛes ꝯtinet vt antiq̄ trifarie imaginati ſunt Nā p̄mo empedocles ꝛ anaxagoꝛas dix/erunt ꝙ oīa genera ſapoꝝ actu ſunt i aqua. ſꝫ ſunt inſen/ſibilia ꝓpter ꝑuitatē partiū ſapidaꝝ atomaliter reſper/ſaꝝ ꝑ aquā. Alij vero ſcd̄o dixerunt ſapoꝛes eē in aqua potentialr̄ nō ſolū materiali ſꝫ effectiua quaſi aqua eſſet panſperma. i. vl̄e ſemen oīm ſapoꝝ. Et ſic ſicut ex alia ꝑ/te ſeminis ſit alia ꝑs animati coꝛpis. ſcꝫ manus. pes. vel oculus. Ita dicebant iſti ex alia ꝑte aque fieri aliū ſapoꝛē et aliū. Tercio aūt dixerunt alij ꝙ aqua ſm̄ actū nullā habeat drām ſapoꝝ. ſed ſolū potentia materiali q̄ ab ex/trinſeco mouente. ſ. calido vel ſole ad actū ꝑducitur.

Hoꝝ autē ſicut empedocles dicit multū ap/tum mendaciū. Videmus em̄ cōmutari ꝑ calo/rem ſapoꝛes allatis fructibꝫ ad ſolem ꝛ ignitū. tanqꝫ non in aqua trahere ſapoꝛes tales factos ſed in ip̄o fructu tranſmutatos. ꝛ reſudantes. et iacentes. pꝛopter tempus auſteros a dulcibus et amaros. ꝛ oīmodos factos ꝛ decoctos. ꝛ ad om̄ia ſapoꝝ genera. vt eſt dicere tranſmutatos Similiter aūt ꝛ panſperme materiā eſſe aquā eſt impoſſibile. Ex eodem em̄ videmus ſicut ex eſca factos aliquos ſapoꝛes. Reſtat igitur in pati aliq̄d aquā tranſmutari Ex q̄dem igitur nō a calidi ſolum virtute accipit hanc virtutē quā dicimus ſapoꝛem manifeſtū eſt. Subtiliſſimū em̄ omniū humoꝝ aqua eſt. ꝛ ip̄o oleo. ſed ꝓten/ditur oleum plus qꝫ aqua pꝛopter viſcoſitatem aqua vero fragilis eſt. Quare ꝛ grauius ē ſer/uare aquam in manu qꝫ oleum. Quoniā autē calida facta aqua non apparet. ingroſſata aqua ip̄a ſola. manifeſtum quoniā alia quedam vtiqꝫ erat cā. Sapoꝛes em̄ in fructibꝫ hi exn̄tes oēs groſſitudinē hn̄t. magꝭ calidū aūt concauſa qꝫ cauſa. Apparent autē ſapoꝛes quotcūqꝫ q̄dem in fructibus hi exiſtētes ꝛ in terra. Quare mul/ti antiquoꝝ phyſiologoꝝ dicunt talem eē aquā per qualēcunqꝫ terram tranſeat. ꝛ hoc manife/ſtum eſt in ſalſis aquis maxime. Sal em̄ quedā terre ſpecies eſt. Et que ꝑ cinerē colate ip̄o ama/ro exiſtente amaꝝ faciunt ſapoꝛem. Sunt quo/qꝫ fontes multi. Hi q̄dem amari. alij vero acu/ti. hi āt oīmodos habētes ſapoꝛes aliquos. Ra/tionabiliter itaqꝫ in naſcentibꝫ ſit ſapoꝝ genus maxime. pati em̄ natum eſt humidū quēadmo/dum ꝛ alia a ꝯtrario. Cōtrariū āt ſiccū. Quare et ab igne patit̃ quid. Sicca em̄ ignis natura. Sed pꝛopꝛiū ignis calidū eſt. terre vero ſiccū: ſicut dictū eſt in his que de elementis. Quare quidē igitur ignis ꝛ terra. nihil natum eſt facere vel pati nec aliud quicqꝫ. Ex āt ineſt ꝯtrarietas in vnoquoqꝫ. hec oīa ꝛ faciunt ꝛ patiunt̃. Quē/admodū ḡ q̄ lauāt i humido coloꝛes ꝛ ſapoꝛes talē faciūt habere aquā. ſic ꝛ natura ſiccū ꝛ ter/reū ꝛ ꝑ ſiccū terreū colans ꝛ mouēs ꝑ calidū q̄le qualeq̄d humidū facit Et hoc eſt ſapoꝛ. facta ad dito ſicco paſſio. in humido guſtus ſm̄ poten/tiam alteratiua in actum. Ducit em̄ ſenſitīm ad hoc potentia p̄exiſtens. Non em̄ ſm̄ diſcere. ſꝫ ſm̄ ſpeculari eſt poſſibile ſentire.

In hac ſcd̄a ꝑte p̄hus repꝛobat has tres opiniones oñdēdo veꝝ modū generatōis ſapoꝝ. Et diuidit̃ in du/as ꝑticulas. In p̄ma repꝛobat opiniones. oſtendēdo ꝙ nō ſolū humidū ſed ſiccū cū calido req̄rant̃ ad generatō/nem ſapoꝝ. In ſcd̄a ſpecificat quale ſiccū ꝛ humidū ſapo/rum p̄ncipia ſunt. Scd̄a ibi (Qm̄ āt) Quantū igit̃ ad p̄mā repꝛobat opiniones. ꝛ p̄mo p̄mā. dicens ꝙ dictū empedoclis eſt apertū mendaciū. q꞉ videm⁹ in fructibꝫ ſapoꝛes mutari ꝑ virtutē calefactiuā ſolis. vel alicu⁹ ig/niti vel innati caloꝛis ip̄oꝝ fructuū. nō attrahendo ꝛ cō/gregando diſꝑſos ſapoꝛes minutos in ꝑtibus. ſꝫ alterā/do ꝛ tranſmutando fructus ꝛ decoquendo ſuꝑfluū hu/midū. Sic em̄ fruct⁹ imaturi ſapoꝛis auſteri vel amari iacentes ad tp̄s. caloꝛe ſolis vel igniti vel ꝓpꝛio innato caloꝛe reſudantes ad aliū ſapoꝛē mutant̃. ſ. dulcioꝛē. tali etiā decoctōne ꝛ alteratōne videmus fieri mutatōnem ſm̄ oīm ſapoꝝ genera. Scd̄am ꝯo opinionē repꝛobat ta/li rōne. Si aqua eſſet panſperma oīm ſapoꝝ. tunc ſe ip̄aꝫ nullo oꝑante extrinſeco ad diuerſos ſapoꝛes moueret. ħ āt eſt impoſſibile. Quia videm⁹ ex eodē nutrimēto per calidū elixatū vel aſſatū ꝑ artē vel naturā ſapoꝛes mu/tari. neceſſe eſt ḡ aquā ab aliq̄ aliquam trāſmutatōnem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pati ſi in ea ſapores fieri debeant. ſicut dr̃ tercia opinio.
Que tñ nõ eſt ſimplr̃ vera. qꝛ ſimplex aqua elementaris
oim̃ humidoꝝ ſubtiliſſimũ eſt. etiã ipo oleo. Licet em̃
oleũ ꝓpter viſcoſitatẽ plus ꝓcedat ⁊ mag᷒ ſe diffundat.
tñ ſimplr̃ humidũ aqueũ ſubtilius eſt. qꝛ difficili⁹ in cõ
cauo manus teneri pt̃. Et ꝓpter hanc aque nimiã ſubti-
litatẽ quãtũcunqꝫ virtute calefactiua tranſmutet̃ nõ in-
craſſat̃ vel inſpiſſat̃ ſicut cõmixta humida. ſꝫ poti⁹ ſubti-
liat̃. ḡ ſola aqua nõ pt̃ eſſe ſubiectũ ſeu cã materialis pri
ma ſapoꝝ. ſꝫ aqua nõ pura. mixta. vel ꝯplexionata. ſicut
in fructibꝫ. Humidũ em̃ in talibꝫ ꝑ decoctiõem inſpiſſa-
bile eſt. Et iõ ſolo calido agẽte in humidũ aqueũ nõ cau
ſatur ſapor. ſꝫ calidũ ſaltẽ digeſtiuũ ẽ ꝯcauſa ſapoꝝ. agẽ-
do ſcꝫ in humidũ aqueũ paſſum a ſicco. Qđ ꝓbat phs
ꝑ tria ſigna. Primũ ẽ. qꝛ humidũ aqueũ in plantis et in
terrenaſcentibꝫ ꝑ hoc ꝙ aliq̃d a terra patit̃. ſapidũ reddi
tur. Scđm ſignũ. qꝛ multi phyſiologoꝝ ſeu phoꝝ q̃ de
rebꝫ nature loquuti ſunt dixerunt humidũ aqueũ eẽ illi⁹
ſaporis qualis eſt diſpoſitio ⁊ cõplexio terre ꝑ quã de-
currit. qđ maxime manifeſtũ eſt in amaris aquis ⁊ i ſal
ſis. Sal em̃ q̃dã ſpẽs terreẽ. Silr̃ aque ꝑ cineres ama-
ros colate amari ſunt ſaporis. Silr̃ ⁊ fontes diuerſificã
tur ꝓpter hoc in ſaporibꝫ. vt q̃dã ſint amari. q̃dam acuti.
alij alios quoſlibet recipiunt ſapores ꝓpter diuerſitatẽ
terre ꝑ quã aque eoꝝ tranſeunt. Terciũ ſignũ ꝯforme
ꝑmo eſt ꝙ terrenaſcẽtia q̃ hñt oẽs vires a terra. diuerſi-
ficant̃ in ſaporibꝫ ꝓpter diuerſitatẽ terre ⁊ ſicci terrei. Et
rõnem oim̃ hoꝝ ſignoꝝ ſubiungit phs. Quia humidũ
qđ eſt ſubiectũ ſaporis patit̃ a ſuo ꝯtrario ſicut alia cõ-
traria. ſed ſiccũ eſt ſibi ꝯtrariũ. ⁊ ideo patit̃ quolibet ab
igne. qꝛ ignis eſt ſiccus. Vel qꝛ magis ꝓpria q̃litas ig
nis ẽ caliditas. ſicut terre ſiccitas. ſicut in. ij. libro de ge-
neratõe dictũ eſt. Ideo licet ignis ⁊ terra quo ad ſiccita
tem nõ agant ad inuicẽ agunt tñ in aquam ꝑ ſiccitatẽ. ⁊
plus terra ex ea parte q̃ꝫ ignis. eo em̃ quo aliqua contra
ria ſunt. nata ſunt in inuicẽ agere ⁊ pati. Ex his ḡ oibꝫ
infert modũ generatõis ſaporis ex humido. ⁊ ſicco. ⁊ ca
lido. dicens ꝙ quẽadmodũ illi q̃ lauant corpa colorata
vel ſaporoſa in humido aqueo. talẽ faciunt aquã habere
colorẽ ⁊ ſaporẽ qualẽ hñt corpa lauata. Sic qñ humidũ
aqueũ colat̃ ꝑ ſiccũ terreũ digerente ⁊ coquente calido
q̃lificat̃ ſapore ⁊ reddit̃ ſapidũ. Ex quo ꝯcludit̃ defini-
tio ſeu natura ſaporis. hec videlicꝫ. Sapor eſt paſſio hu
midi facta a ſicco ꝑ actiõem calidi digeſtiui. alteratia gu-
ſtus de potẽtia ad actũ. Que definitio tota ſeq̃t̃ ex dict᷒
excepta vltima ꝑticula q̃ dr̃ alteratia guſt⁹. Quã ſic ꝓ-
bat phs. qꝛ ꝑ ſaporẽ ſenſus guſt⁹ fit actu opanſ ſeu gu-
ſtans ⁊ ducit̃ de potentia ad actũ nõ talẽ q̃lis ẽ addiſce-
re q̃ accipit̃ nouus habit⁹. ſꝫ qualis eſt ſpeculari.

¶ Qm̃ ãt nõ ois ſicci ſꝫ nutritiui. ſapores autẽ
paſſiones ſunt. aut ꝑuatões. opꝫ ſumere. hinc
qm̃ nec ſiccũ oportet ſumere abſqꝫ humido ne-
qꝫ humidũ abſqꝫ ſicco. Eſca em̃ ipis animalibꝫ
nihil vnũ ſolũ ſꝫ cõmixtũ neqꝫ ipis plantis ſed
mixtum. Et ſicut oblati cibi aialibꝫ tangibilia q̃
dem ſenſibilia augmentũ facientia ⁊ decremen
tum. Hoꝝ em̃ frigidũ oblatũ hec em̃ faciunt et
augmentũ ⁊ decrementum. Nutrit aũt ſcḋm ꝙ
guſtabile oblatum. Omnia em̃ nutriunt̃ dulci

ſimpliciter vel cõmixto. Oportet q̃dem igitur
de his determinare in his que de generatõne.
Nunc aũt quantũ ad neceſſe tãgere de ipis. Ca
lidum em̃ augmentat et ſtruit nutrimentũ. eo
ꝙ leue quidem attrahit. amarum autẽ ⁊ ſalſum
relinquit propter grauedinẽ. Quod itaqꝫ facit
in exterioribus corporibꝫ exterior calor. hoc q̃-
dem in natura animaliũ et plantaꝝ. quare nutri
untur dulci. Cõmiſcentur autẽ alij ſapores ad
cibum eodem modo ſalſo ⁊ acuto pro cõdimen
to. hoc autem propter contrahere. eo ꝙ nimis
nutrimentũ ſit dulce ⁊ ſupnatatiuũ

Hic ampli⁹ qđ dictũ ẽ ſpecificando dr̃ phs ꝙ ſapor
nõ cauſat̃ a q̃cũqꝫ ſicco. ſicut nec a q̃cũqꝫ humido. ſed ab
humido ⁊ ſicco mixt᷒ cõplexionalibꝫ ſeu nutritiuis. Qđ
ꝓbat tali rõne. qꝛ ſapor eſt paſſio nutrimenti. nutrimen
tum aũt ſeu eſca ſiue aialiũ ſiue plantaꝝ mixtũ q̃dã eſt
in quo nõ eſt humidũ abſqꝫ ſicco. nec ſiccum abſqꝫ humi
do. ſꝫ humidũ cũ ſicco. ⁊ hoc eſt ſubiectũ ſaporis. Decla
rat aũt maiorẽ dicte ratõis. ſ. ꝙ ſapor ſit paſſio nutrimẽ-
ti. Quia cibi ſeu nutrimentũ oblati animalibꝫ deſeruiũt
ad duo. ſcꝫ ad augmentũ ⁊ decrementũ ⁊ ad eſſe indiui-
duale nutriti. Ad augmentũ ⁊ decrementũ q̃dem in q̃
tum tangibile. calidũ ſcꝫ vel frigidum. Calidũ em̃ mo-
uendo a centro verſus circũferentiã cauſat augmentũ
frigidũ vero mouendo a circũferentia verſus centꝝ facit
decrementũ. Vñ in iuuentute regnante calore viuentia
creſcunt. in ſenectute vero ex dñio frigidi decreſcũt. Ci-
bi aũt ſcḋm ꝙ guſtabiles ſunt ⁊ saporẽ habentes nutriũt.
Cuius ſignũ eſt. Quia viuentia nutriunt̃ dulci vl̃ ſim-
plici vl̃ cõmixto. ſ. cũ alijs ſaporibꝫ. Et qñ dulce ipi⁹ nu
trimenti cũ alijs ſaporibꝫ mixtũ eſt tunc natura eius qđ
nutrit̃ attrahit dulce ⁊ reijcit amaꝝ. Quibꝫ ãt nutriunt̃
aialia dictũ ẽ. ij. de generatõe. Sed h̃ dđm de ipo nutri-
mento q̃tũ neceſſe ẽ ad hanc materiã quã mõ tractam⁹
Calidũ em̃ actiue augmẽtat ⁊ ſtruit ⁊ termiat digerẽdo
et decoquẽdo nutrimẽtũ. q̃ ꝑparato dulce q̃dẽ qđ ẽ leue
natura attrahit. qꝛ calidũ ⁊ humidũ. Amaꝝ ãt ⁊ ſalſũ
qđ graue ⁊ terreſtre ẽ. qꝛ nõ ẽ natũ ſuſcipe formã ei⁹ qđ
nutrit̃ neqꝫ ad ipm moueri. natura derelinq̃t ⁊ reijcit. Qđ
itaqꝫ facit calor ignis vel ſolis exterior in exterioribꝫ cor
poribꝫ eleuãdo ⁊ attrahẽdo ſubtile ⁊ leue. Hoc i corpibꝫ
aiatis. ſ. aialiũ ⁊ plãtaꝝ facit natura ꝑ naturalẽ calorẽ et
digeſtiuũ. eleuãdo ſubtile ⁊ qđ dulce ⁊ potabile ẽ. Et iõ
oia nutriunt̃ dulci. Cui nõ obſtat ꝙ cibis exteri⁹ ꝑpara
tis alij ſapores cõmiſceant̃. qꝛ hoc ſolũ fit ꝓpter ꝯdimen
tum. qđ oportet fieri maxime cũ ſapore acuto ⁊ ſalſo. lin
guam penetrantibꝫ ⁊ faſtidium tollentibꝫ. qꝛ alias nutri
mentũ dulce nimis nutritiuũ. ꝓpter ſui leuitatem ſupna
tando repletiõem faceret. appetitum tolleret. ⁊ abomina
tionẽ faceret anteqꝫ eſſet ſaturitas ad ſufficientiã nutri
ti. ⁊ ideo oportet ꝙ miſceatur alijs ſaporibus. ⁊ ꝑcipue
illis duobus. ⁊ per ꝯſequens graui cum quo deſcendat
ad inferiora ventris in animalibꝫ. vt ex vacuitate ſupio-
ris ſcꝫ orificij ſtomachi deſideriũ ad cibum excitetur.

¶ Quemadmodũ autem colores albi et nigri
cõmixtione ſunt. ſic et ſapores a dulci ⁊ amaro.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ſm̄ proportionē eam aut vt eo ꝙ magis vel minus vnuſquiſqꝫ ē. ſiue ſm̄ numeros quoſdā cōmixtiones ⁊ motus ſiue indeterminate. Qui āt delectatōem faciunt cōmixti. hi in nūerꝫ ſolū

*Hic tractat de ſpeciebus ſaporum*

In hac ſcd̄a pte ƥncipali huius capituli pħs tractat de ſpēbus ſapoꝝ. Et diuidit̄ in duas pticulas. In prima facit q̄ d̄ dictū eſt. In ſcd̄a reprobat opiniones antiq̄rum de natura ſenſibiliū in cōmuni ⁊ ſpēaliter de ſenſu guſtus. Scd̄a ibi. Democritus. Prima ſubdiuidit̄ in duas pticulas. In ƥma oſtendit modum quo fiunt ſapores medij. In ſcd̄a enumerat ſapoꝝ ſpēs. Scd̄a ibi. (Qꝫ q̄dē ergo pinguis) Quo ad ƥmā pticulaꝫ igit̄ d̄r ꝙ ſicut medij colores fiunt cōmixtione albi ⁊ nigri. ſic ſapores medij fiunt cōmixtione dulcis ⁊ amari. ⁊ hoc dupliciter. Primo ſm̄ debitā ꝓportōem in numeris ſm̄ naturam guſtus. cuiuſmodi ſunt ſapores delectabiles. ſiue ſm̄ indeterminatā ꝓportōem. ſ. ſm̄ abundantiā ⁊ defectum. Quotquot em̄ ſapores medij delectabiles ſunt guſtui illi reſultant ex extremis ſm̄ debitā ꝓportionē in numeris. Vn̄ d̄r Albertus ꝙ ſignum illius eſt. qꝛ ars coquinaria ⁊ medicina q̄n cōponunt ad delectatōnem vel ſanitatē numeꝝ ⁊ pondus doſium attendūt cōponentiū

*Commixtio extremorum ſaporum fit dupliciter*

Qui q̄dem ergo pinguis eſt dulcis ſapor. Amaꝝ vero ⁊ ſalſum fere idem ſunt. Ponticus vero ⁊ auſterus. ⁊ ſtipticus ⁊ acutus in medio. Fere em̄ eq̄les humidoꝝ ſpecies ⁊ coloꝝ ſunt. Septē em̄ amboꝝ ſpēs Si q̄s ponat ſicut rationabile liuidū nigrū aliq̄d eſſe. Relinquit̄ em̄ flauum q̄dem albi eſſe queadmodū vnctuoſuꝫ eſt dulcis. puniceuꝫ vero ⁊ alurgon. ⁊ viride. kyamiū in medio albi ⁊ nigri. Alij vero mixti ſunt ex his. Et queadmodū nigꝝ eſt ƥuatio in pſpicuo albi. ita amarū ⁊ ſalſum dulcis in nutrimentali humido. Quare cinis amarus cōbuſtorū oīm Exhalatū em̄ eſt ex ipis potabile.

*Hic enumerat et diſtinguit ſapores ad colores*

In hac ſcd̄a pticula enumerat ⁊ diſtinguit ſapores ꝓportionabiliter ad colores dicens ꝙ inter ſapores extremos ſapor pinguis eſt quaſi dulcis. hoc eſt vicinus dulci. ⁊ ſapor ſalſus eſt fere amarus. qꝛ ſibi vicinus. ponticꝰ vero ⁊ auſterus. ſtipticus ⁊ acutus ſunt in medio Fere em̄ eedem ſunt ſpēs humidoꝝ ſeu ſapoꝝ (q̄ ſunt paſſiones humidoꝝ) ⁊ ipoꝝ coloꝝ. qꝛ ſepte ſunt ſpēs amboꝝ. Et habent ſe hincinde ꝓportionabiliter ⁊ hoc ratōnabiliter. Quia ſicut in coloribꝫ liuidū ſe habet ad nigrum. ita in ſaporibꝫ ſalſum ad amaꝝ. Et ſicut in coloribus ſe habet flauum ad albū. ita pingue ad dulce. Et ſicut in medio albi ⁊ nigri ſunt colores puniceus. id eſt rubeus. et alurgon. id eſt citrinus. ⁊ viride ⁊ kyamis. id eſt celeſtis ſiue blauius differenter ſe habentes ſm̄ diuerſam cōmixtionem. Sic etiam iter ſapores extremos ⁊ iā nominatos qui ſunt vicini extremis ſunt ſapores nominati medij. Et queadmodū nigrum eſt ƥuatio albi in perſpicuo. ita amarū et quodāmodo ſalſum ſunt priuatio dulcis humidi nutrimentalis In ſignum cuius cinis cōbuſtoꝝ oīm amarus eſt. qꝛ quod dulce ⁊ potabile fuit exhalatum eſt in ipis.

Democritus aūt et plurimi phyſiologoꝝ q̄cunqꝫ dicunt de ſenſibꝫ incongruiſſimū aliq̄d faciunt. omia em̄ ſenſibilia tangibilia faciunt. et em̄ ſi hoc taliter ſe habet manifeſtū ē ꝙ ⁊ aliorum ſenſuū vnuſquiſqꝫ tactus eſt. Hoc autē ꝙ impoſſibile ſit non difficile eſt diſcernere. Amplius autē cōmunibus ſenſuum omniū vtūtur quaſi proprijs. Magnitudinē em̄ ⁊ figuram. et aſperū ⁊ lene. Amplius autē acutum ⁊ obtuſuꝫ quod in glebis cōmunia ſunt ſenſuum et ſi non omniū. ſed viſus et tactus quare ⁊ de his decipiuntur. de ꝓprijs autē non decipiunt̄ velut viſus de colore ⁊ auditus de ſonis. Quidam aūt ꝓpria ad iſta reducunt queadmodū democritus. albū q̄dē ⁊ nigꝝ. hoc q̄dem aſperuꝫ d̄r eē h̄ ꝓ lene eē. Ad figuras āt reducit ſapores Quāuis autē nullius vel magis viſus eſt omia cōmunia cognoſcere. ſi ergo guſtus magis minima q̄dem certiſſimi ſenſus eſt diſcernere circa vnūquodqꝫ genus. Quare ⁊ oportebit guſtuꝫ et alia cōmunia ſentire maxime et figuraꝝ eſſe diſcernentiſſimū. Amplius aūt ſenſibilia q̄deꝫ omia habent ꝯtrarietatē. velut in colore nigro album. In ſaporibꝫ dulci amaꝝ. Figura āt figure non putat̄ eſſe ꝯtrarium. Cui em̄ poligoniaꝝ circūferens ꝯtrariū. Amplius et figuris exiſtentibꝫ infinitis neceſſe eſt ſapores eſſe infinitos. Quare em̄ hoc q̄dem faciet ſenſum. hoc vero nō faciet. De ſapore ⁊ guſtabili quidē igitur dictum eſt. Alie nāqꝫ paſſiones ſaporum ꝓpriam habent ꝯſiderationē in pħia q̄ de plātis

*Reprobat tres falſitates*

Hic ꝯſequenter in ſecūda pticula ƥncipali reprobat pħus tres falſitates quas poſuerunt antiqui. ſcꝫ democritus ⁊ ſui ſequaces. Prima falſitas poſita a democrito ⁊ a plurimis alijs phyſiologis. qui ſcꝫ de ſenſibilibus loquuti ſunt ē. qui aſſerunt omia ſenſibilia tāgibilia Qd̄ pħus reprobat tali medio. Si omia ſenſibilia eſſent tāgibilia. tunc vnuſquiſqꝫ ſenſuū eſſꝫ tactus quod impoſſibile eſſe nō eſt difficile diſcernere. qꝛ ſcꝫ tactus ſentit ꝑ medium intraneū. Alij ƥter guſtum ꝑ extraneū. Scd̄a falſitas eſt ꝙ idem nominati vtunt̄ ſenſibilibꝫ cōmunibꝫ tāqꝫ ꝓprijs. Magnitudo em̄ ⁊ figura aſperū ⁊ lene acutum ⁊ obtuſum que ƥncipaliter in glebis terreſtribꝫ ſtꝫ cōmunia ſunt ſenſibilia pluriū ſenſuum. Et ſi non oīm tamē duoꝝ ſcꝫ viſus ⁊ tactus. ⁊ his vtuntur tanqꝫ proprijs. Quod vtrūqꝫ falſum eſſe oſtendit pħus virtualit̄ duabꝫ rationibꝫ. Prima. qꝛ ſenſibilia propria vno ſenſu ꝑcipiuntur per ſe. ſed ſenſibilia cōmunia iam nominata nō vno ſenſu ꝑcipiuntur. ergo ſenſibilia cōmunia diſtinguuntur a proprijs. licet em̄ ſenſibilia cōmunia iam nominata nō ꝑcipiantur equaliter ab omnibus ſenſibꝫ. tn̄ viſui ⁊ tactui ſunt cōmunia. Scd̄a ratio. Senſus circa ſenſibilia propria non decipitur. ſed circa iſta nominata ſenſibilia cōmunia ſenſus decipiuntur. ergo non ſunt

*2a falſitas* — *Probat duabus rationibus* — *2a ratio*

ſenſibilia ꝓpria. ſ; cōia a ꝓpriȷs diſtincta. Tercia falſitas ē democriti q̄ reduxit ſpēalit̄ ſenſibilia viſibilia ſiue colores ad figuras. Dixit eñ nigꝝ ēē aſpeꝝ. q: ſc; vna ps ei⁹ alteri ſupeminet eā obūbrando. ⁊ albū ēē leue. q: in eo ptes eq̄liter iacētes ſe nō obūbrant. Siliꝛ ſapores reduxit ad figuras eo q: in ſaporib⁹ inuenit̄ acutū ⁊ obtuſum ſicut in figuris. ⁊ i hoc equocatōe decept⁹ fuit. Hāc ūt falſitatē q̄ ad ſapores oſtendit ph's trib⁹ rōnib⁹. Prima. q: nullus ſenſus cognoſcit figuras. q: ꝓpria ſenſibilia etſi eſſent alicui ſenſui ꝓpria. maxime ēēt viſus q̄ oīa ſenſibilia cognoſcit qd̄ falſum ē. In libro eñ de aīa ꝓbatū eſt ꝙ ſenſibilia cōia ꝑ ꝯn̄s ſentiunt̄. S; ſi ſapores eēnt figure ſeq̄ret̄ ꝙ guſtu maxime ſentirent̄ figure ⁊ figuraꝝ dñe. ⁊ ſic intellectu ad guſtū ꝯuerſo maxime cognoſceremus geometricalia. ſc; figuras ⁊ alia ſenſibilia cōia qd̄ falſum ē. Scd̄a rō. q: oīa ſenſibilia ꝓpria hñt ꝯ̄riū. ſicut in colore ꝑma ꝯ̄ria ſunt albū ⁊ nigꝝ. In ſapore dulce ⁊ amaꝝ. Figure āt nihil ē ꝯ̄riū. ḡ ſapores nō ſunt figure. Si eñ eſſet ꝯtrarietas in figuris. maxime eſſet inter figurā circularē q̄ eſt ſimpliciſſima ⁊ pologoniā q̄ ē pluriū angulorꝫ ex lineis rectis cōpoſita. ſ; figura circularis ſeu circūferens non videt̄ alicui ꝯ̄riari. Debēt eñ ꝯ̄ria maxime diſtare. ſ; q̄libet figura poligonīȷ pt̄ dari poligonior. Tercia rō. Figure ſunt infinite ſm nūeꝝ angulorum ⁊ lineaꝝ. Si ḡ ſapores eſſent figure. ſapores eſſent infiniti. qd̄ falſum eſt. q: nō videt̄ q̄re vn⁹ ſapor ſentiret̄ ⁊ nō alius. Si āt eſſent infiniti ſentiri nō poſſent. quia ſenſus nō diſcernit infinita. Epilogādo ḡ ꝯcludit ph's ꝙ de ſapore ⁊ guſtabili q̄ de hoc mō determinatū ē. De alȷs āt ſaporꝝ paſſionib⁹ cauſatis ex calido digerente q̄ ꝓpriā req̄rūt ꝯſideratōem aget̄ in libro de plantis

# Circa iſtud capitulū expoſitū incidūt q̄dā textualia dubia.

Primū ē. An cōuenient̄ poſt tractatū de colorib⁹ ꝓxime ⁊ imediate ph's determinet de ſaporib⁹. Et videt̄ ꝙ nō. q: ꝑus eēt determinandū de ſonis ⁊ de odorib⁹. eo ꝙ maiorē hñt ꝯueniētiā cū colore. tum q: ſpūaliores ſunt. tum q: ſentiūt̄ ꝑ mediū extrinſecū. cū ḡ ordo ꝓceſſus ſcientifici debeat eē ꝑ ſilia. incōuenient̄ ꝑus determinat̄ de ſaporib⁹. Solutio. Sic. vt dt̄ ph's. q: a notiorib⁹ nobis ad min⁹ nota ꝓcedēdū ē. Sapores aūt ſunt nob̄ odorib⁹ notiores. ḡ ꝑus q̄ȝ de odorib⁹ mētio fiat ꝯueniēter ꝑmittit̄ tractat⁹ de ſapore. Maior manifeſta ē. ꝓpriū ei nob̄ ē diſcurrere rōnādo de noti noticia ad ignoti noticiā. ē ḡ a notiorib⁹ ꝓcedēdū. S; minor p;. q: guſtū habem⁹ optimū iq̄ȝtū q̄dā tact⁹ ē. olfactū v° ipfectiorē;. Ad rōes. Ad ꝑmā dōm ꝙ ꝓceſſus nr̄e cognitōis debet eē ꝑ ſilia ceteris paribus ⁊ niſi aliud ipediat. ſicut accidit in ꝓpoſito. Qd̄ āt dr̄ de ſono ſoluit̄ ꝑ hoc ꝙ l; ſonus nob̄ forſan certior ſit. tñ q: vt q̄dā dicūt idē ē ēē ſoni ſm ꝙ imutat ſenſu; ⁊ ſm ei⁹ naturā. ⁊ hoc potiſſime q̄ ad eius dr̄ās q̄ ſunt voces ſcatiue. vel maxime q: ei⁹ ēē ſtat in fieri. de q̄ cū ſatis in libro de aīa determiatū ē. Ideoq̄ȝ hic de ſono nō determinat. ſ; ſtati p⁹ tractatū de colorib⁹. de ſaporib⁹ mētionem facit. Et ſilr̄ l; tāgibiles q̄litates ſint nob̄ notiores q̄ȝ ſapores. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝑus de eis eēt determinādū. tñ q: de eis ſufficient̄ determiatū ē i libro de generatōe. ⁊ in libro methaurorꝫ. ideo de illis hic nō fit mentio.

# Secundum dubium eſt

Vtꝝ olfactū hō ceteris aīalib⁹ habeat peiorē. Et videtur ꝙ nō. q: ꝑcipit odores delectabiles ꝑ ſe q̄ a brutis nō ꝑcipiunt̄. Solō. Homo h; olfactū peiorē ceteris ſenſib⁹. ⁊ ceteris fere aīalib⁹ q̄ ꝑfecta ſunt ſm numeꝝ ſenſuū. Primū p;. q: l; in natura potentie. excellentior ſit olfactus guſtu ⁊ tactu. q: ſpūalior virtus aīe. tñ ꝓportionabiliter loquendo viuacitas ⁊ ꝑfectio exercitȷ illi⁹ potētie i hoīe ipfectior ē alȷs ſenſib⁹. ⁊ h̄ q: plerūq̄ȝ organū olfactus in quo eſt vis olfactiua hyꝑboli cerebri ipedit̄ ⁊ indiſponit̄ in hoīe. Nec in hoc culpari pt̄ natura cui⁹ ordinata ē actio. q: cū ſit ille ſenſus minime neceſſari⁹ hoī natura ordinauit organū ſub cerebro. vt inſpiratōe odorum q̄ diffundunt̄ calore. humiditas ⁊ frigiditas cerebri mitigarent̄. Scd̄m p;. q: hō in ꝓportione ſui corpis ſicut magnitudine cordis excedit cetera aīalia. Ita et magnitudine cerebri qd̄ ē frigidū ⁊ humidū. Qd̄ etiam ꝯgruit vt in hoīe organa interiorꝫ ſenſuū ꝑfecti⁹ diſtinguant̄. ⁊ ꝑ ꝯn̄s eo ꝑfecti⁹ intellectui ſubſeruiāt. Et cū ꝓxime ſub cerebro colloceī organū olfact⁹ in hoīe. igit̄ frigiditate ⁊ humiditate cerebri a ſua viuacitate in hoīe impedit̄. ⁊ q̄nq̄ȝ ꝑ accn̄s ꝓpt̄ deſcenſum rheumatū oīno impedit̄. Dixi notant̄ (fere) ꝓpt̄ q̄dā aīalia aq̄tica q̄ꝝ cerebra inquit Albert⁹ ſunt valde frigida q̄ forſan nob̄ hñt peiorē olfactū. Ad obiectum dōm ꝙ bruta aīalia hmōi nō videnī ꝑcipere. q: cū eis nō ꝯferāt ad ēē indiuidui vel ſpēi. de talib⁹ nō aduertūt. vel ad eos ꝑceptos nō mouent̄. ſicut nec mouent̄ pulchritudine coloris. vel harmonia ſoni. Ab his eñ ſenſibilib⁹ ſolū mouent̄ q̄ cōferunt eis ad nutrimentū vel ad ſpēm. Vtꝝ ſi odores q̄dā fetidi adeo ſunt corrupti ꝙ etiā iſpirati fumali euaporatione officiant hmōi odores grauiter ferunt vt poſtea patebit.

# Tercium dubium eſt

Quare hoīes boni olfact⁹ cōiter ſunt fatui. So°. Habentes bonū olfactū hñt cerebrū infra debitā q̄ȝtitatem ꝑuū. q: magnitudine cerebri ipedit̄. ⁊ cū organa iteriorꝫ ſenſuū ſitū ſuū habeant in cellulis cerebri. in modica et ꝑua q̄ȝtitate cerebri nō pñt adeo ꝯuenient̄ diſtingui. vt organū q̄ōlibet ſuū habeat ꝯplementū. Et cū ſm phm tercio de aīa neceſſe eſt intelligentē phantaſmata ſpeculari ⁊ habere vſum ꝑfectū interiorꝫ ſenſuū. igit̄ ex indiſpoſitōe taliū q̄ ꝓuenit ex ꝑuitate cerebri ſeq̄t̄ defectus vſus rōis. ac ꝑ h̄ exītes boni olfact⁹ cōiter ſunt fatui.

# Quartum dubium eſt.

Quare fruct⁹ nouellaꝝ arborꝝ nō ſunt adeo boni ſicut antiquaꝝ. Solō. q: in eis nō ē humidū. ita bene digeſtum ſicut in antiq̄orib⁹. Propter eñ variū modū digeſtionis humidi ſapores variant̄. In ſignum cuius poma acria dulceſcunt aſſa vel elixa. Unde notat Albertus ꝙ calor ſolis ſeu celeſtis in humidum fructuum agendo. primo determinat ipſum ad ēē humidi ꝯplexionalis. Deinde reſudat ſuperfluum humidum quod vaporabiliter eſt in eis calore ſolis. Et quia hoc humidum eſt vaporoſum. et humidum vaporoſum ſi debeat fieri dulce hoc fit cum egreſſu caloris quem fructus contrahunt a loco ſue generationis. ſicut vinum quando bullit in vua anteq̄ȝ vindemietur. Deinde oportet ꝙ fructus iaceant ad tp̄s q̄ñ bullit humidū eorꝫ. ſicut vi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

num bullit ī dolio a duplici calore. loci ſcꝫ ⁊ naturali agitatū. ⁊ tunc egrediente calido loci reſidet calidū cōplexionale ⁊ humidū vaporabiliter in fructibꝫ diſpſum coadunaꝛ ad aqueū Et hec ambo efficiunꝛ ꝓprīū caloris naturalis ſubiectū. ⁊ tunc fructus hn̄t debitū ſuū ſaporem. Et ideo patꝫ ꝙ ſapor debitus fit alterante calido ꝯplexionali ipm̄ humidū ꝯplexionale. vn̄ poſſet calor in humidū nimis agendo dulce reddere amarum

## Quintum dubium eſt

Utrū oīm humidoꝝ ſubtiliſſimū ſit aqua. Et videꝛ ꝙ nō. qꝛ humidū aereū eſt ſubtilius Solō Sic. vt dꝛ phus in textu ⁊ ſigno demonſtrat. Et ꝯfirmaꝛ. Nā qꝛ ſolū humidū aque. ita purū eſt ⁊ ſubtile. ideo nō ē aqua elixabilis. ⁊ qn̄ bullit in nullo inſpiſſaꝛ ꝑ elixatōem. ſicut alia humida cōmixta. Ad obiectōem dōm ꝙ nō eſt ſimplr̄ ſimpliciſſimū ſed ſolū inter ea q̄ incorꝑabilia ſunt ꝑ nutrimentū qđ dꝛ ſaporis ſubiectū. humidū em̄ aereū nō eſt incorꝑabile ꝑ alimenta.

## Sextum dubium eſt

An ſolū ſeptē ſint ſpecies ſapoꝝ. Et videꝛ ꝙ non. qꝛ dꝛ phus in textu ꝙ fere equales ſunt ſpēs humidoꝝ ſeu ſapoꝝ ⁊ coloꝝ. Si ḡ fere ſint equales nō videnꝛ omnino equales. ⁊ ꝑ ꝯn̄s cū ſeptē ſint ſpēs coloꝝ nō erunt p̄ciſe ſeptem ſpēs ſapoꝝ. ¶ Preterea In textu enumerantur octo ſpēs ſapoꝝ. ſ. dulcis. amarus. pinguis. ſalſus. ponticus. auſterus. ſtipticus. ⁊ acutus ¶ Preterea Inter ꝯtraria pn̄t ſumi media infinita. Ut. vi. phyſicoꝝ. In quolibet fieri accipi pn̄t facta eſſe infinita. Et ꝓpterea Auerrois ⁊ Alphorabiꝰ dicunt ꝙ medij colores. ſapores. ⁊ odores multiplicanꝛ in infinitū ¶ Solō Sicut dictū fuit de coloribꝫ. Ita dōm eſt de ſaporibꝫ ꝙ ſeptē ſint in genere ꝓportionabiliter accipiendo ſenſibilia ſapoꝝ. ſ. duo extrema ⁊ quinqꝫ media. Quoꝝ vnū ſumiꝛ ex ꝓportione eq̄litatis ꝑ eq̄diſtātiā inter extrema et alia duo ꝑ abundantiā vniꝰ extremi ſuꝑ mediū vel ꝑ abundantiā medij ſuꝑ extremū. ⁊ ſilr̄ reſidua duo inter aliud extremū ⁊ mediū eq̄diſtans ſumenda ſunt. Poteſt aūt iſtud dictū ad practicā hoc mō deduci. Nā oīs ſapor vel eſt extremus vel medius. Si p̄mum hoc ē dupliciter. qꝛ vl̄ cauſaꝛ ab humido ꝑfecte ⁊ debite digeſto a ſicco terreſtri digerente calido. ⁊ ſic ē ſapor dulcis. vel ab humido ꝯſumpto ⁊ oīno exterminato. ⁊ ſic eſt ſapor amarꝰ. Si ſit mediꝰ hoc accidit duplr̄. qꝛ vel mediat ꝑ equidiſtantiā. ⁊ ꝑ ꝑticipatōem ſilr̄. vel ꝑ ꝑticipatōēꝫ tm̄. Si p̄mū ſic ē acutꝰ. Si ſcōm. hoc ꝯtingit iteꝝ duplr̄. qꝛ vel mediat inter dulce ⁊ acutū. vel inꝛ acutū ⁊ amaꝝ. Si p̄mū hoc eſt duplr̄. qꝛ vel magis accedit ad dulce et ſic eſt ſapor pinguis. vel magꝭ ad acutū. ⁊ ſic ē auſterꝰ ad quē reduciꝛ acerbꝰ ⁊ acetoſus. Si ſcōm h̄ē duplr̄. qꝛ vl̄ plus accedit ad amaꝝ. ⁊ ſic ē ſalſus. vel plus ad acutum. ⁊ ſic ē ponticꝰ ¶ Ad rōes Ad p̄mā dōm ꝙ ſumēdo ſpēs ſapoꝝ penes formalē ꝓportōem in genere ſunt ſolū ſeptē ſpēs ſapoꝝ ſicut coloꝝ. vt dictū ē. Ad ſpēm āt deſcēdendo in his ꝓportionibꝫ ⁊ p̄cipue ad materiā ſunt plures ſpēs ꝙ̄ ſeptē. Immo ad materiā deſcendēdo plures ſpēs ſunt ſapoꝝ ꝙ̄ coloꝝ. vt dꝛ Albertꝰ. qꝛ cū ex pluribꝫ ꝯſtituaꝛ ſapor ꝙ̄ color nec̄ē ē plures eē drās ſaporis ꝙ̄ coloris. Qđ ꝓbat opꝰ nature q̄ plures ſapores opaꝛ in plātꝭ q̄ ſunt eiuſdē coloris. vn̄ diuerſitas cōplexionis plus diuerſificat ſapores ꝙ̄ colores. Cuiꝰ cā ē. qꝛ in vno tm̄. ſ. in diaphano qđ ꝯſtituūt ⁊ cōponūt ipa corꝑa inuenitur color. diaphanū aūt nō ē corpoꝝ ſm̄ ꝙ cōplexionantur adinuicē. ſꝫ ex ꝯuenientia eoꝝ quā hn̄t cū ꝑſpicuo ſuperiori corꝑe Sapor āt aliq̄ mō ex oībꝫ ꝯplexionātibus corꝑa ꝯſtituiꝛ ¶ Ad ſcđam dōm. ꝙ ſtipticꝰ ad ponticū reduciꝛ. qꝛ vt dꝛ Albertꝰ ſibi ꝓpinq̄ ſunt qm̄ ſtipticꝰ cauſaꝛ ex multo terreſtri qđ ꝑ calidi defectū nō ē ſubtiliatū et iđ alterat humidū ꝯplexionale ad modū terre. ꝓpter qđ terreſtris ē ſapor ille. Ponticus aūt ē fortiſſime terreſtreitatꝭ ⁊ exiccatōis. Silr̄ acer ſapor ⁊ acetoſus qui idē ē qđ auſterꝰ adinuicē hn̄t ꝓpinquitatē. Nā acer ſeu auſterus q̄ ē iuxta acutū cauſaꝛ ex calido alterāte ſiccū qđ alteratū alterat humidū an̄ ꝯpletionē ſui ⁊ decoctionem ꝑ calidū cōpletā. ⁊ iđ iſte ſapor ē fructuū an̄ maturitatē. Cui etiā ſm̄ Galienū nō attribuiꝛ calefacere ⁊ ſoluere ſicut acuto. ſꝫ ſolū ſoluere Et ſicut acer ē an̄ ꝯpletionem ⁊ digeſtionē cōpletā. ita acetoſus ē poſtꝙ̄ ex acutꝭ humidū euaporauit calidū cōplexionale. illđ em̄ ē frigide ſubē ⁊ tn̄ acute actōis ꝓpꝛ q̄ſdā ꝑtes ſicci cōbuſtas in ipo. ꝓpꝛ qđ dꝛ ꝙ acetū ē hebes in ſubā. ⁊ acutū in actōe ¶ Ad vltimā dōm ꝙ lꝫ media ſine ꝓportōne accepta poſſint eē īfinita nō tn̄ ſi accipianꝛ ſm̄ determiatas ꝓportiones. Nō em̄ oīa ſm̄ diuerſitates ꝓportionū naturaliū accipi pn̄t. qꝛ multe ſunt ꝓportōes in ꝯtinuis q̄ nō ſunt in diſcretis. Etiā multa ꝯtinua nō ſunt ſibi ꝓportionabilia niſi ſm̄ abundantiā indeterminatā ⁊ defectū.

## Septimum dubium eſt

Quare ſudor ē amarꝰ Solō Quia in ſudore ē q̄đdā terreſtre acutū ⁊ indigeſtū ab humido aqueo qđ cauſat ſalſedinē ⁊ amaritudinē. Hinc antiqui dicebāt aquam maris ſalſam. eſſe terre ſudorem.

## Octauum dubium eſt.

Quare amara ⁊ ſalſa nō cito putreſcant ſicut dulcia et pinguia Solō Quia ī amarꝭ ⁊ ſalſis ē q̄dā aduſtio ꝑ caliditatē q̄ corrodunꝛ ⁊ digerunꝛ aquei humores ſuperflui q̄ putrefactōis p̄ncipiū ſunt.

## Nonum dubium eſt

An figure ſint potētia īfinite. Soº Sic. nō em̄ inquit Albertꝰ accipiunꝛ penes formales ꝓportōes ſicut ſenſibiliū drn̄e. vt ſuꝑ dictū ē. ſꝫ potiꝰ accipiunꝛ ſpēs eaꝝ penes nūeꝝ anguloꝝ. cū āt nūerꝰ potētia creſcat in īfinitū ꝑ formales drās opꝫ etiā figuras in īfinitū creſcere. ⁊ formaliter in īfinitū multiplicari ꝑ nūeꝝ āguloꝝ. Et ꝓpterea ſenſibilia ſm̄ democritū formaliter in genere multiplicata creſcunt in infinitum.

Eodē ꝓo mō opꝫ intelligere ⁊ circa odores Qđ em̄ facit in humido ſiccū h̄ facit in gn̄e alio enchimū humidū i aere ⁊ in aq̄ ſilr̄. Cōe aūt de his nūc q̄dē dicemꝰ ꝑſpicuū. Eſt odorabile nō ſm̄ ꝙ ꝑſpicuū ſꝫ ſm̄ ꝙ lauabile ⁊ mūdabile enchime ſiccitatꝭ Nō em̄ ſolū in aere ē ſꝫ ⁊ i aq̄ qđ odoris ē Manifeſtū ē āt i piſcibꝫ ⁊ oſtracodermis. videnꝛ em̄ odorare nec aere exn̄te in aqua. Suꝑnatat em̄ aer cū infuerit. nec ipa reſpirāt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# De odoris quidditate ſiue eſſentia

Si quis ergo ponat aerem et aquam vtraq; humida. erit vtiq; que in humido enchimi ſicci natura odor. ꝛ odor ꝛ odorabile tale. Qm̄ vero ſic ab enchimo paſſio eſt manifeſtū eſt ꝛ ꝑ habē tia et non habentia odorem. Elementa em̄ inodorabilia velut ignis. aer. aqua. terra. q2 ſicca ꝛ humida coꝝ achima ſunt niſi quod cōmixtū faciat propter qđ ꝛ mare habet odorē. habet em̄ humorē ꝛ ſiccitatē ꝛ ſal magis nitro odorabile eſt. Manifeſtū etiā ꝙ ab his effluit oleū Nitrū aūt terre eſt magis Amplius lapis inodorabile. achimus em̄. ligna etiā odorabilia enchima et hoꝝ aquatica minus. Amplius in eis q̄ metallantur aurū inodorabile. achimū em̄. Es āt odorabile ꝛ ferrū. Quādo vero exuritur humidum inodorabiles ſcorie fiunt. Argentum vero et ſtannū. his quidē magis odorabilia. his vero minus. aquatica em̄.

In hoc tercio caplo phus determinat de odore poſt q̄ in p̄cedenti determinatū eſt de ſapore. Et diuidit in duas ptes In quaꝝ p̄ma determinat de odore ſ̄m ſe In ſcd̄a de mō odorandi. Scd̄a ibi (Propter hoc fit) Prima rurſus ſubdiuiditur in duas. In p̄ma determinat et oſtendit odoris q̄dditatē. In ſcd̄a determinat de ſpēbꝫ eius. Scd̄a ibi. Adhuc aūt ſiquidē. Prima iteꝝ in duas pticulas ſubdiuidit. In p̄ma facit qđ dictū eſt. In ſecunda excludit quandā falſam opinionē antiquoꝝ circa naturā odoris. Scd̄a ibi (Videtur aūt in q̄buſdā) Quantū ad p̄mā partē tria facit. Primo oſtendit q̄ ſint p̄ncipia odoris. ſcd̄o q̄d mediū. tercio ꝙ enchimuꝫ humidū ſit p̄ncipium effectiuū odoris. De p̄mo dı̄t phus ꝙ ſicut in generatōe ſaporis p̄ncipiū effectiuū eſt ſiccum et humidū paſſiuū. Ita in ſcd̄o genere ſcꝫ in genere odoris p̄ncipiū effectiuū eſt humidū enchimū. id eſt humidū cōplexionale. ſ. radicale vl̄ nutrimentale. ꝛ ſiccū paſſiuum. Et ita ꝓpriū ſubiectū odoris eſt ſiccum paſſiuum ab humido enchimo ſeu humido cōplexionali. In aere aūt et in aqua nō eſt ſicut in ſubiecto. ſed ſicut in medio. qđ erat ſcd̄m p̄ncipale oſtendendū. De q̄ declarādo ſic dı̄t ꝙ aeri ꝛ aque cōe eſt eē mediū diffuſionis odoꝝ. nō inq̄ tum ꝑſpicua ſunt ſꝫ ſ̄m ꝙ humida ſunt. mūdabilia q̄dā et lauabilia enchime ſiccitatis vel enchima ſiccitate. hoc eſt ſpū ſeu fumali euaporatōne corpoꝝ odorabiliū. Si em̄ nō eſſent mūdabilia ab ipis odoribꝫ nō poſſent oim odores recipere. et ſi nō eſſent q̄ſi ablutiua odoꝝ ab ipis p̄mis odorātibꝫ tūc nō deferrēt odores ad olfactū tanq̄ media. Qꝫ aūt hec duo queadmodū dictū eſt ſint media diffuſionis odoꝝ ꝓbat phs ſpēaliter de aqua Manifeſtū em̄ ē de aere. De aqua ḡ ſic ꝓbat. Nā piſces et oſtree in aquis viuentes. odores ꝑcipiūt. et q̄dā aīalia dure teſte ꝛ diuerſipellia ingrendo olfactu a remoto nutrimentū qđ videre nō poſſunt. Eſt ḡ aqua mediū diffuſionis odoꝝ. Nec p̄t dici ꝙ piſces exntes in aqua et aīalia de quibꝫ dictū eſt odorent ꝑ aerem exn̄tem in aqua qm̄ aer ſupnatat aque ꝛ nō niſi ꝑ violentiā in aqua ꝯtineri p̄t. Nec p̄t dici ꝙ reſpirando attrahunt a foris aerē ꝑ aquam. ſic ꝯn̄r odorando. q2 aīalia hm̄oi nō reſpirant

Ex illis ḡ ꝯcludit phus. ꝙ ſi q̄s ponat aerē et aquā humida q̄daꝫ ꝛ mundabilia ꝛ lauabilia enchima ſiccitate vt dictū eſt. tunc erit vtiq; mediū diffuſionis odoꝝ cōe humido. in quo aer ꝛ aqua hm̄oi ꝯueniunt. Et id enchimi ſicci qđ eſt in humido hm̄oi lauabili ꝛ mundabili aeris ꝛ aque cōmuni erit naturaliter odor ꝛ ipm odorabile ſeu odoratiuū. hoc eſt potētia olfactiua erit virtute tale quale ſ̄m actum eſt mediū ab odore alteratū. Terciū aūt videlꝫ ꝙ enchimū humidū ſit p̄ncipiū effectiuū odorum ꝓbat phus ꝑ habentia ꝛ nō habētia odores tripl̄r Primo in elementꝭ miſcibilibꝫ. ſcd̄o in mixtis foſſibilibꝫ tercio in metallicis. In elementis ꝓbat. Nā elemēta. ſ. ignis. aer. aqua. ꝛ terra. q2 ſicca ſunt ꝛ humida ſimplici ſiccitate ꝛ humiditate ꝛ per ꝯn̄s achima. i. ſine humido ꝯplexionali. ideo in ſua puritate accepta ſunt inodorabilia. cōmixta aūt aliquo mō odorabilia ſunt ſicut ptꝫ de mari quod aliqualiter habet humidū enchimū. rōne humidi ꝛ ſicci cōmixtoꝝ. Et ex eadē cauſa ſal eſt magꝭ odorabile q̄ nitrū. eo ꝙ eſt nitro humidius. ꝛ ideo reſolubilius odoriſeꝝ. Ab vtroq; em̄ diſtillando effluere poteſt oleum. ſed abundantius a ſale q̄ a nitro. q̄propter etiaꝫ ſal eſt plus odoriferū nitro. Scd̄o probat in mixtis foſſibilibꝫ. ſ. de lapidibꝫ. Nam lapis ſaltem durus terreꝰ nō vnctuoſus nō eſt odorabilis. Ligna aūt. quia enchima vl̄r aliquid habent odoris. minus tamē aquatica. ꝓpt frigiditatē qua impeditur humidum agere in ſiccum. Tercio probat de metallicis que ſcꝫ ſunt metallata per artem vel que talia ſunt per naturam Nam quedā plus ſunt alijs odorabilia. q2 quedam achima ſunt ſicut aurū qđ inodorabile eſt. Es aūt et ferrum odorabilia ſunt q2 nō bene cōmixta. cum em̄ humidum ꝛ ſiccum in ipis ad inuicem agendo faciant enchimū humidum. ideo ꝑ cōſequens redduntur odorabilia plus omnibus metallis Verum quando exuritur humidū in eis tunc ſcorie eorum ex reſoluto inodorabiles fiunt. Argentum vero ꝛ ſtannum ſunt magis odorabilia q̄ aurū ꝛ lapides ſꝫ minus q̄ es ꝛ ferrum. q2 aquatica ꝛ humida magis ſunt et ideo impeditur paſſio humidi ſicut in plantꝭ aq̄ticis.

☞ Enchimus ab en quod eſt in. ꝛ chimꝰ ſuccoſitas Alij dicunt ab eu bonum. ꝛ chimus. quaſi bona ſuccoſitas. p̄mum tamē appropriatius dicit Sic de achimo. ab a quod eſt ſine ꝛc.

☞ Iſidorus Nitrū a regione nitria egypti eſt dictuꝫ ex quo medicine fiunt ꝛ ſordes corpoꝝ ac veſtium abluuntur. Huius natura nō multum a ſale diſtat. habet em̄ naturam ſalis. ꝛ ſimil̄r oritur caneſcentibꝫ ſiccitate litoribus.

Videtur aūt a quibuſdā fumalis euaporatio eſſe odor cōmunis exn̄s aeri ꝛ terre. ꝛ oēs dicunt ſuꝑ hoc de odore Quare et eraclitus ſic dicit ꝙ ſi oīa entia fumus fiant ꝙ nares vtiq; diſcernant. Ad odores aūt oēs inferunt hi quideꝫ tanq̄ exhalatōem. hi vero ſicut euaporatiōem. hi aūt vtraq; hec. Eſt autē vapor quidem humiditas quedam Fumalis vero exhalatio ſicut dictum eſt cōmune eſt aeri et terre conſtituitur et ex illa quidē aqua ex hac ꝟo quedā terre ſpēs. Sꝫ neutꝝ hoꝝ videt. Vapor em̄ aq̄ ē. fumalis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vero euaporatio impoſſibile eſt in aqua. odorāt enī que in aqua ſicut dictū eſt prius. Amplius euaporatio ſiliter dʳ effluxionibꝰ. ſi igitꝰ nec illa bene. nec iſta bñ. Qm̄ ergo ꝯtingit recipe humidū. ⁊ illud qḋ eſt in ſpū et illud qḋ eſt in aq̄ ⁊ pati aliq̄d ab enchima ſiccitate nō īmanifeſtuʒ. etenī aer humidus eſt natura.

Hic ꝯñr excludit falſam opinionē antiquoꝝ de odoris quidditate ⁊ entitate dicēs ꝙ q̄buſdā videtꝰ ꝙ odor ſit fumalis euaporatio et nō q̄litas ſimplex genita ī medio ab eo qḋ fumalitꝰ euaporat Et hanc euaporatōem dicunt cōem eſſe terre ⁊ aeri. Terre ſicut illi a quo reſoluitꝰ et aeri in quo ⁊ ꝑ quē diffunditꝰ. Omnes etiā de natura odoris loquentes hoc quaſi ꝓ fundamento ſupponunt. Vñ Eraclitus dʳ. ꝙ ſi oīa entia fumus fiant tūc nares vtiq; oīa diſcernerent. Oēs ergo antiq̄ aſſerunt odoris naturā eſſe fumalē euaporatōem. ſ. vel exhalatōem q̄ndam q̄ eſt de natura terre vt dicūt. vel vaporē q̄ ē de natura aque vt dicunt alij. Vel vtrumq; quemadmoduʒ opinantur alij. Sed totum iſtud reprobat ſcʒ ꝙ odor non ſit exhalatio neq; vapor. Et hoc duabus ratōnibꝰ Quaꝝ pͥma eſt. Odores diffunduntꝰ ꝑ aquā. q̄ꝛ aīalia in aquis odores ꝑcipiunt. vt ſup̄ dictū eſt. ſʒ fumalꝭ euaporatio ſiue ſit vapor ſiue exhalatio ꝑ aquā diffundi nō pt. Scḋa rō Quia ſilꝛ eſt dicere odorē eſſe fumalē euaporatōem et colores eē defluxiones paruoꝝ corpoꝝ ſed illud nō bñ dʳ de coloribꝰ vt ſupͣ paruit. ḡ nō bñ dicitꝰ de odoribꝰ. Nā ſeq̄retꝰ ꝙ ſenſus vtriuſq; tā odoris q̄ȝ coloris eēt tactus. Ex quibꝰ infert pħus duo corrollaria. Quoꝝ pͥmū eſt. Nō īmanifeſtū eſt ꝙ humidū qḋ ē in ſpū hoc ē in aere q̄ vtiq; natura humidꝰ ē ⁊ humidū aq̄ ſe habeant vt mediū odoris inq̄ntū nata ſunt pati enchima ſiccitate. ⁊ iō ſicut odor in aqua non eſt fumalis euaporatio. ita nec in aere Scḋm corollariū eſt ꝙ manifeſtū eſt in humidis humiditate aquea ⁊ groſſa ⁊ in aere qui eſt humidus humiditate ſpirituali corꝑa odorifera facere odores ſuos ꝑ hoc ꝙ hmōi lauantꝰ enchima ſiccitate. q̄ꝛ humida aquea humiditate lauata ⁊ paſſa ꝑ ſiccū cōtrahunt saporē ⁊ ꝓpter hoc ꝓportionabiles ſunt odores humoribus hoc eſt ſaporibus.

¶ Adbuc aūt ſiquidē ſilꝛ in humidis faciet et in aere quēadmodū lauat ſiccū Manifeſtū qm̄ oportet ꝓportionabiles eſſe odores humoribꝰ. Sed adbuc hoc in quibuſdā accidit. Etenī et acetoſi et dulces ſunt odores et auſteri. et pontici. et craſſi. ⁊ amaris ꝓportionabiles dicat q̄s vtiq; putridos. Quare quēadmodū illa difficilis potatōis putrida diaſanapeuta ſunt. Manifeſtū ergo qm̄ qḋ in aqua ſapor hoc in aere et in aqua odor. ꝓpterea frigus ⁊ cōglutinatio et ſapores hebetant ⁊ odores exterminant. Calidum enī quod mouet et generat auferunt infrigidatio et conglutinatio.

Hic ꝯñr pħs tractat de ſpeciebꝰ odoris et diuiditꝰ in duas ꝑtes. In quaꝝ pͥma determīat de ſpeciebꝰ odoris in cōi cōꝑando odores ad ſapores penes ꝯuenientiam ad inuicē. In ſcḋa de ſpeciebꝰ odoris in ſpeciali. Scḋa tangitꝰ ibi. Spēs aūt odorabilis. Quantū ad pͥmam dr ꝙ ſi odores fiant vt dictū eſt ꝑ hoc ꝙ humidū natū ē lauari enchima ſiccitate ⁊ ſilꝛ ſapores quēadmodū dictuʒ eſt in ꝑcedenti ꝑticula tūc fere ꝓportionabiles ſunt odores ſaporibꝰ. ⁊ hoc triplꝛ. ſ. in ſpeciebꝰ. in medio. et in pͥncipio effectiuo. In ſpeciebꝰ. q̄ꝛ ſunt odores q̄dā ſicut ſapores. vt acetoſi et dulces. auſteri. ⁊ pontici. pingues ſeu craſſi. ⁊ q̄dā ſunt amarū saporē habentibꝰ ꝓportionabiles. ſicut odores putridi quapropꝛ ſicut habentia saporem amarū difficilis ſunt potatōis ad guſtandū ita habentia odorē putridū difficilis ſunt odoratōis. Vñ putrida ſunt diaſanapeuta Scḋo ꝯueniunt quodāmō (vt ex nūc dictis ſequitꝰ) in medio. q̄ꝛ ſicut ſapor eſt in aqua ſicut in medio ꝑ qḋ ꝯtingit ad guſtuʒ. Ita in aere et in aqua eſt odor ſicut in medijs ꝑ q̄ ꝯtingit ad olfactū Conueniunt etiā ꝓpter hoc. tercio in pͥncipio effectiuo qḋ eſt calidū. q̄ꝛ ſicut frigus reſtringit et hebetat ſapores. ita ⁊ extermināt odores. Calidū enī qḋ eſt effectiuū ⁊ motiuum pͥncipiū vtriuſq; infrigidatōe auferꝛ ⁊ ꝯglutinatōne ſeu ꝯgelatōe intus saporē ⁊ odorē retinente.

Species aūt odorabiles due ſunt. Non enī ſicut dicūt quidā nō eſt ſpēs odorabilis ſed determinandū quō ſunt et quō nō ſunt. hoc q̄deʒ enī eſt ſcḋm ſapores ordinatū ipoꝝ ſicut dictū ē. et delectabile et triſtabile hn̄t ſcḋm accn̄s. qm̄ eſt nutritiui paſſio hec. appetentibꝰ q̄dē delectabiles odores eoꝝ ſunt. Plenis aūt et nihil egentibus neq; odores. Et eſca habens odores q̄buſcunq; nō delectabilis neq; his. Quare iſte q̄dē velut diximus ſcḋm accidens quidē habebit delectabile et triſte propter qḋ om̄ibꝰ ſunt cōmunes animalibꝰ. Quidā aūt ſcḋm ſeipos delectabiles odores ſunt quēadmodū illi q̄ florū. Nihil enī vel magis vel minus ad eſcā aſſequuntꝰ neq; cōferunt ad deſideriū quicq̄ȝ. ſʒ cōtrariū magis. Verū enī eſt ꝙ Euripedē vituꝑans Tracius dixit qn̄ lentem decoquis nō infundas myron. Qui aūt nunc cōmiſcent ad potationes tales virtutes vim faciunt ꝑ vſum delectatōi do nec vtiq; a duobꝰ ſenſibꝰ fiat delectabile quēadmodū vnū ab vno Hoc quidē igitꝰ odorabile ꝓpriū hoīs eſt. qui aūt ſcḋm ſapores eſt ordinatus et alioꝝ aīalium. ſicut dictum eſt prius. Et illorum quidē qui ſcḋm accn̄s hn̄t delectabile diuiduntur ſpēs ſcḋm ſapores Iſtius aūt nō iā ꝓpter naturā ipius eſce eē. ſed ſcḋm ſeipam delectabilē atq; triſtem. Cauſa aūt eſt ꝓpriū hoīs talem eē odorē propter frigus qḋ circa cerebrū Frigido enī natura exiſtente cerebro et ſanguine qui circa illud eſt in venis exiſtente ſubtili et puro. de facili aūt infrigidabili. propter qḋ et cibi fumoſitas infrigidata propter locū infirmātia rheumata facit. Hominibꝰ ad adiutoriū aūt ſanitatꝭ facta eſt iſta ſpēs odoris. Nihil enī ē aliud opꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**ipſius ꝙ hoc. hoc autẽ facit manifeſte. Cibus autẽ delectabilis exiſtẽs. et ſiccus. ⁊ humidus multotiens infirmans eſt. Que autẽ ab odore ſm ſeipm odorifera qualitercũqꝫ ſe habeat vtilis vt eſt dicere ſemper.**

¶ Hic ꝯñter phs determiat de ſpẽbus odoris in ſpẽali dicens ꝙ nõ eſt dõm vt q̃dam dicũt ꝙ odoris nõ ſint due ſpẽs ſicut illi q̃ aſſerũt odorẽ delectabilẽ ꝑ ſe. nõ eẽ ſpẽm odoris. Et ideo videndũ eſt nunc quõ odor hmõi ꝑ ſe delectabilis ſit ſpẽs. ⁊ quõ nõ eſt ſpẽs. Vñ ſubdit phs ꝙ ꝓma ſpẽs ſeu genus ſumit ſm analogiã ⁊ ordinẽ ad ſapores ⁊ eſt delectabilis ⁊ triſtabilis ſm accñs Cuius rõ eſt qꝛ odor hmõi eſt paſſio nutrimẽti ſeu ſeq̃la cõplexionis nutrimẽti qð ſolũ delectat famelicos ⁊ cibo egẽtes. cibo aũt nõ egẽtes ſcꝫ repletos nõ delectat. et ideo odor ſicut ſapor hmõi ſolũ delectat eſuriẽtes ⁊ nõ repletos. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs eſt delectabilis ꝑ accñs. qꝛ nõ ſꝑ ⁊ oibus ſed aliquãdo ⁊ aliq̃bus delectabilis eſt. Et qꝛ nutrimentũ cõuenit oibus aialibꝫ. iõ infert ꝑ modũ corollarij ꝙ hec ſpẽs. ſcilꝫ odor delectabil' et triſtabil' ꝑ accñs cõis eſt oibus aialibꝫ. Alia aũt eſt ſpẽs ſeu genus odorꝝ q̃ ꝑ ſe ſunt delectabiles. ſicut odores florꝝ. Qð ꝓbat phs. qꝛ iſti odores non magis vel minus ſequunt̃ eſcã et ſaporẽ neqꝫ cõferũt ad deſideriũ. ſed potius ad ꝯtrariũ. ſcꝫ ad abominatõem. ſicut ea que multũ ſunt aromatica. Quod ꝓbat a ſigno. Nã thracius cociũ ſuũ Euripedẽ vituperãs. dedit pceptum dicẽs. Nõ infundas myron in lentẽ dũ decoquis eã. Eſt eñ myron vt dr̃ Dionyſius ariopagita cõfectio vnguẽti odoriferi ex balſamo ⁊ oleo. Odoriferũ aũt ⁊ aromaticũ balſami. tollit appetitũ ⁊ generat faſtidiũ. et ideo lẽtes thracij ineſibiles facte fuerũt ex cõdimẽto. Nec obſtat ꝓdictis ꝙ q̃dam miſcent aromata in potatiões ſuas q̃s bibũt. ſicut qñ fit vinũ conditũ vel claretũ. qꝛ illi nõ augẽt niſi ꝑ hoc deſideriũ cibi. Sed potius ꝑ viſum vim faciũt id eſt violentiã naturali delectationi vt ꝑueniant ad hꝫ ꝙ idem ſit delectabile duobꝫ ſenſibꝫ. vel ſm Albertũ faciũt vim. i. virtutẽ ꝯpoſitã delectatõis duorꝫ ſenſuũ. guſtus ⁊ olfactus a duobꝫ ſenſibꝫ ꝑ viſum talis potatõnis. Sicut eñ in ſimplicibꝫ ꝑficit̃ delectatio ab vno illorꝫ ſenſibiliũ Ita in mixto odorifero q̃ritur delectatio ꝓpria olfactui ſicut qñ ſimplex eſt. ⁊ in eodẽ querit̃ delectatio guſtus. Et ſubdit phs duplicẽ eſſe drãm inter odorabile ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidẽs dicens. ꝙ iſtud odorabile ſcꝫ delectabile ꝑ ſe. ꝓprium eſt homini. Odorabile aũt ꝓportionabile ſaporibꝫ cõe eſt omibus aialibus. vt dcm̃ eſt. Et hec eſt ꝓma differentia. Scd̃a drña ẽ. Spẽs odoris delectabilis ꝑ accñs (in q̃s diuidit̃) multiplicant̃ ⁊ nominant̃ ſm ſpẽs ſaporis. Species aũt odoris delectabilis ꝑ ſe. ꝓpter eſcã. ſic non multiplicant̃ neqꝫ noiant̃. ſed ſm odorabilia vt alius eſt odor roſarꝝ. alius violarꝝ ⁊c. Qꝫ aũt odor delectabilis ꝑ ſe vt tãgit in ꝓma drña ſit ꝓpria homini ꝓbat. qꝛ hõ ſm ꝓportionem ſui corpis vt dcm̃ eſt maximũ habet cerebrũ qð eſt natura frigidũ. Ipm aũt ſua frigiditate ſanguinẽ ſubtilẽ exiſtentẽ circa cerebrũ in venis anguſtis. nutrientẽ ipm cerebrũ infrigidat. ⁊ fumoſitates aſcẽdentes a loco digeſtionis vſqꝫ ad ipm nimis infrigidãdo facit rheumata in firmitatẽ multiplicẽ inducẽtia. cũ ḡ iſte odor delectabilis ꝑ ſe ſua caliditate hmõi frigiditatẽ tẽperet. iõ ſoli homini ad ſanitatẽ quã manifeſte ꝯfert ſuffragat̃. ⁊ hec ſanitas in hoie ſola eſt finis odoris hmõi. Spẽs vero odoris delectabilis ꝑ accñs. ſcꝫ rõe nutrimẽti ſeu cibi. nõ ꝯfert ad ſanitatẽ. ſed ꝓpter ſuꝑfluitatẽ humiditatis vel ſiccitatis multotiẽs infirmitatẽ cauſat. Odorifera aũt ſm ſe delectabilia vt eſt dicere ſꝑ vtilia ſt̃ ad ſanitatẽ. Addit vt ẽ dicere. qꝛ ꝓpter abuſum poſſent egritudinẽ inducere.

## Incidũt dubia circa textu expoſitũ.

Primũ eſt. Quid eſt ꝓpriũ odoris ſubiectũ ¶ Solõ. Subiectũ qð eſt corpus mixtũ. Subiectũ aũt quo. ꝓximũ eſt ſiccũ paſſum ab humido enchimo. hoc ẽ ab humido intrinſeco alimẽti. Chimus eñ ſuccoſitas cibi eſt ſeu nutrimẽti. iõ enchimũ humidũ intrinſecũ humidũ alimẽti dr̃. Tale aũt ſiccũ ſm actũ nihil aliud eſt niſi ſpũs reſolutus ab hmõi humido. In aere eñ ⁊ in aqua ẽ nõ velut in ſubiecto. ſed vt in medio ſm eſſe. nõ reale. ſꝫ intẽtionale. ⁊ hoc ſi accipiant̃ in ſua ſimplicitate elemẽtari. Quia ſi accipiant̃ ꝓ mixto in q̃ dominant̃ ſingulariter iſta elemẽta vtriqꝫ tũc ſunt odoris ſubiecta. Sic eñ Areſtoteles dr̃ ſal ſpẽm terre nõ ſimplicis. ſꝫ mixte. ꝓpter vnctuoſum humidũ quo humidius eſt nitro. reſolubilius odoriferũ. Qð ꝓbat. qꝛ licet ab vtroqꝫ effluat oleũ. plꝰ tñ a ſale. Effluit aũt oleũ ab eis. Inq̃t Albertus ſi ad ignem lente ponat̃ ſal. vel nitrũ in vaſe quo fit diſtillatio. ſcꝫ in alẽbico. Primo eñ ſic nõ fluit niſi aq̃ vel aqueũ humidũ. Qð ſi iterato lente igne diſtillet̃ ꝓfluit oleũ. qð nõ fieret niſi haberẽt ꝓter ſiccitatẽ aliqð humidũ enchimũ ſpiratiuũ ⁊ ſiccitatẽ odoriferã. Sic igit̃ videt̃ ab omni mixto odorifero oleum diſtillari poſſe

## Secundum dubium

An ſint aliq̃ odores delectabiles ꝑ ſe q̃ nõ ſunt ſeq̃la cõplexionis nutrimẽti ¶ Et videt̃ ꝙ nõ. qꝛ odor nõ inuenit̃ in ſimplicibꝫ ſed in mixtis ꝯplexionẽ hñtibꝫ. talia aũt ſt̃ ſapida. Qð ꝯfirmat̃. qꝛ oẽ odoriferũ eſt ſapidũ. ⁊ econuerſo. ex eiſdẽ eñ ꝓncipijs dependẽt. licet nõ eodẽ modo. ¶ Solõ. ſic. vt dr̃ phs in textu. Quidã eñ odores cõferunt ad nutrimentũ. ⁊ q̃dam obſunt. auferẽtes hyꝑbolem ⁊ exceſſum frigiditatis cerebri. ¶ Ad argumẽta dicendũ. ꝙ odores oẽs ſiue delectabiles ꝑ ſe ſiue ꝑ accidẽs ſunt aliq̃ mõ ſequela ꝯplexõis nutrimẽti. Odorifera eñ que ꝑ ſe ſunt delectabilia etiã nutriũt vt ꝓbant argumẽta. Verũ qꝛ illa odorifera pleriqꝫ nõ ſunt cõueniens nutrimentũ aialiũ. ⁊ ꝓcipue hoim. ⁊ cũ eorꝫ odor ordinet̃ ad auferẽdũ cerebri diſtẽperantiã. iõ nõ dr̃ ſeq̃la ꝯplexionis nutrimẽti. ſicut odor eorꝫ corporꝫ q̃ ſunt aialiũ odoratiũ verũ nutrimentũ. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad ſcd̃m.

## Tercium dubium eſt

Vtrũ odores delectabiles ꝑ ſe impediãt deſideriũ cibi. ¶ Et videt̃ ꝙ non. qꝛ quãto plures ſenſus circa idẽ ſenſibile delectant̃ tanto ipm ſenſibile plus natũ eſt ſenſuꝫ afficere. ¶ Solõ. ſic. Et hoc vt inq̃t Albertus qñ ſentiunt̃ de ꝓpe. qꝛ tũc ingrediunt̃ in corpa. ꝑ vaporẽ orificia venarũ implentẽ. vñ ex repletõe fit ꝙ cibũ non deſideret Et hic ẽ vnus modus attenuãdi eos quorꝫ natura guloſa eſt ⁊ famelica ¶ Ad argumẽtũ dõm. ꝙ lꝫ ꝑ hoc idẽ ſenſibile plꝰ ſit delectabile ſimplr̃. nõ tñ vni ſenſui. ſ. guſtꝰ q̃ eſt ſenſus alimẽti. imo ꝑ hoc potius remittit̃ delectatio vnius ſenſus. vt dictum eſt

## Quartum dubium eſt.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Utrũ odores delectabiles ꝑ ſe auferãt hyꝑbolem ꝛ fri/
giditatẽ humiditatis cerebri. ¶ Et videt̃ ꝙ nõ. quia vt
Galienus ꝛ alij auctores tradũt rheuma ex calida cã et
ex frigida generat̃. g̃ nõ pt calido euaporatiuo odoꝝ de/
lectabiliũ ꝑ ſe cerebrũ a rheumate preſeruari vel liberari.
¶ Solõ ſic. qꝛ a loco digeſtionis fumus eleuatus ad ca/
put ꝛ in capite reſoluit̃ ſicut fumus in olla coopta. ꝛ tũc
redit in phlegma Si ãt in cerebro nimis infrigidet̃ rheu
ma efficit̃ deflues a capite ad diuerſas corꝑis ptes. ꝛ ge
nerat alias ꝛ alias infirmitates. Ita vt rheuma q̃ſi dicat̃
egritudinũ mater Et iſtud maxime accidit in his in qui
bus multũ eſt de cerebro et vbi cibꝫ ſubtilioꝛ de facili in/
frigidabil' eſt. cũ ergo odoꝛ delectabilis ꝑ ſe in ſpiritu ae/
reo ꝑtingit ad cerebꝝ. igit̃ caliditate ſua ꝛ ſiccitate. ꝛ etiã
aeris cũ quo attrahit̃ mitigat̃ cerebri frigiditas. ꝛ ſic con
tra rheumatis generatõem pſtat cerebro adiutorium.
¶ Ad argumentũ aũt dõm ꝙ ex calido nũq̃ꝫ fit rheuma
ꝑ ſe ſed ꝑ accñs. vt ſi cerebrũ ab aliq̃ ꝑ accñs ſit calefactũ
et tũc ſi ex calore ſuo de ſtomacho nimis attrahat de hu/
mido. ita ꝙ trahẽdo nimis oppilet vias et obruat ſeipm
et non vincat̃ calore ſed infrigidet̃. fit rheuma Fit g̃ ꝑ ſe
ſꝑ rheuma frigiditate ſicut etiã ex ꝓxima cã. Et lʒ odo/
riferũ q̃nq̃ꝫ ſit frigide ꝯplexiõis ſicut pʒ de cãphora vl' ro
ſa. tñ qꝛ diffundẽdo odorẽ eſt calidũ. iõ odoriferũ delecta
bile ꝑ ſe eſt ꝯtrariũ (vt dcm̃ ẽ) nimie frigiditatis ꝛ humi
ditatis capitis que maxime abundat in anteriori ꝑte ca
pitis que magis medulloſa eſt ꝛ humida ꝓpter multitu/
dinem ſenſuũ qui ſunt in anteriori parte capitis

## Quintum dubium eſt

Utrum odores delectabiles ꝑ ſe ſolũ ꝑcipiant̃ ab homi/
nibus ¶ Et videt̃ ꝙ nõ. qꝛ vt ſupra dictũ eſt hõ inter ce/
tera aĩalia exceptis q̃buſdã aq̃ticis hʒ peſſimũ olfactum
Sed ſi hõ ꝑciperet odores delectabiles ꝑ ſe q̃ ꝑcipere ne
queũt bruta aĩalia. ſicut videt̃ dicere Areſto. hoĩm olfac/
tus eſſet optimus. Preterea odoꝛ diffundit̃ cũ fuma
li euaporatõe ꝛ attingit vtiq̃ꝫ organũ olfactus in aĩalibꝫ
alterando ipm. etſi nõ ſit hyꝑbole frigiditatis ꝛ humidi
tatis in talibꝫ nocebit eis hm̃õi odoꝛ. ¶ Solõ. ſic. vt dt
phs in textu. qꝛ nõ ꝯferunt odores hm̃õi niſi dũtaxat ho
minibꝫ. ¶ Et ad rõem dõm. ꝙ licet bruta hm̃õi odores
ꝑcipiant. in eis tñ nõ delectant̃ ſicut hoĩes. ꝛ qꝛ nõ ꝯferũt
eis ad nutrimentũ ꝓ ꝯſiſtẽtia indiuidualis ſui eſſe. neq̃ꝫ
ad ꝓpagatõeʒ nature ꝓ ſalute ſpẽi neq̃ꝫ ad auferẽdũ hyꝑ/
bole frigiditatis ꝛ humiditatis. iõ nõ afficiunt̃ ab illis. et
ꝑ ꝯñs vident̃ ſe circa odorabilia taliũ odoꝝ habere qua/
ſi nõ ꝑciperẽt. Sicut a ſili q̃nq̃ꝫ viſibilia certa videant. qꝛ
tñ illa nõ ꝯferũt ad nutrimentũ vel ad ſalutẽ ſpẽi ab illis
nõ afficiunt̃. ꝛ iõ circa ea ſe hñt q̃ſi ea nõ viderẽt. ¶ Ad ſe
cundũ dõm. ꝙ cũ talia aĩalia nõ delectent̃ odoribꝫ hm̃õi
nõ eos fortiter attrahũt. ſed debiliter ꝛ raro. ꝛ iõ inſpira
tione coꝝ nõ ledunt̃. Uñ etiã homo nõ iuuat̃ ex modico
odoris. ſed potius ex eo ꝙ delectans in talibꝫ ſepe ꝛ mul
tum attrahit odores hm̃õi. cũ eñi modicũ ſit calidus et
ſiccus parũ attractus non auferret hyꝑbolem cerebri

## Sextum dubium eſt.

Quare homo non odorat corpora que prius comedit.
¶ Solutio. quia organũ olfactus eius actuatũ eſt ſpecie
odoris talis comeſti nutrimẽti. ꝛ qꝛ intus exiſtẽs ꝓhibet
extraneũ. ideo non odorat homo q̃ prius comedit. Et iõ
qui comederit allia non odorat allia ab alijs comeſta niſi
forſan imperfecte.

## Septimũ dubium eſt.

Utrum ſapoꝛ ꝛ odoꝛ inueniant̃ potius in plantis vel in
aĩalibus. ¶ Solõ. potius in plantis (inq̃t Albertus) eo
ꝙ in plãtis ꝑcipue agentia ſunt q̃litates ꝑme cum nõ ha
beant niſi ꝑtem ꝑtis aĩe. ꝛ ita magis cõditioni naturalis
actionis derelinquunt̃ q̃ꝫ in aĩalibus in quibꝫ magis re/
dacte ſunt ad medietatẽ tẽperamenti ꝛ magis ab aĩme
ꝑtãte finalit̃ ꝯtinent̃ ad cuiꝫ opatões ordinant̃. ꝛ ita in
eis nõ ita manifeſtant̃ opatões ꝛ actiões q̃litatũ primaꝝ

## Octauum dubium eſt.

Utrum ſapores ꝛ odores delectabiles ꝑ accidẽs in om
nibꝫ ꝓportionabiliter ſe habeant. ¶ Solutio non vliter.
Nam ſapores frigore cauſati vt ponticus ꝛ ſtipticus non
in omnibus rebus proportionantur odoribus. Sed in
quibuſdã aduenientẽ calido euaporatiuo amplius humi/
dũ digerit̃. quod eſt in eis. ꝛ iõ cũ vaporat melioꝛ ẽ odoꝛ
q̃ꝫ ſapoꝛ. quia reſoluitur odoꝛ ab euchimo magis decoc/
to. In quibuſdã aũt magis groſſis ꝛ viſcoſis. ſcʒ a quibꝫ
non ſeparat̃ pars humidi magis digeſti. ſed vaporatum
ab ipſo humido cõplexionali remanet ibi eſt regulariter
proportio odoris et ſaporis.

Et ꝓpter hoc fit ꝑ reſpiratiõem non omnibꝫ
ſed hominibꝫ ꝛ ſanguinẽ habentibꝫ velut qua/
drupedibꝫ et magis ꝑticipantibꝫ nature aeris.
Aſcendẽtibus nanq̃ꝫ odoribꝫ ad cerebrũ prop
ter leuitatẽ caloris qui in ipis. ſanus habẽt cir
ca hunc locũ. Odoris nanq̃ꝫ virtus natura ca
lida eſt. Utitur nãq̃ꝫ natura reſpiratiõe ad duo
vt operoſe quidẽ ad thoracis adiutoriũ vt ad/
uenticie ad odorẽ reſpirante eñi ſicut ex tranſitu
facit per nares motũ ꝓprium. Propter autem
homis nature tale genus odoris quia plus ce/
rebrũ ꝛ humidius habet alijs aĩalibus vt ſm̃
magnitudinẽ. Propter hoc eñi ꝛ ſolum vt eſt
dicere ſentit alioꝝ animaliũ homo. et gaudet
floꝝ ꝛ talium odoribꝫ Cõmenſurat̃ eñi coꝝ ca/
loꝛ ꝛ motus ad hyꝑbolem eius que in loco fri/
giditatis et humiditatis. Alijs vero quecunq̃ꝫ
pulmonẽ habent per reſpirare. alterius gene/
ris odoris ſenſum dedit vt nõ duo ſenſitiua fa/
ciat. ſufficit eñi vnũ. qm̃ quidẽ ꝛ vt reſpiranti/
bus quemadmodũ hominibꝫ vtroruq̃ꝫ odora/
biliũ ſi ſpirantibꝫ quidem omnibus fit ſpirare
vno modo. hoc enim videtur in his alterorum
ſolum exiſtens ſenſus

¶ Hic ꝯñter phus ~~in quarto capitulo~~ tractat de mõ odo/
randi animaliũ. Et diuidit̃ in duas ptes. In ꝑma facit
quod dictũ eſt. In ſcđa cõparat ſenſum olfactus alijs
ſenſibus excludẽdo falſam opinionem pythagoricoꝝ de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## odorādi aīaliū reſpirantiū et non reſpirantium

odoribꝫ. Scđa ibi (Videꝛ aūt ſenſus.) Prima ſubdiuidiꝛ in duas ꝑtes. In ꝓma oſtendit modū vt dcm̄ eſt. In ſcđa excludit quandā obiectōem. Scđa ibi (Siľr autē) Prima iterū in duas diuidiꝛ. In ꝓma declarat modum odorādi animaliū reſpirantiū. In ſcđa declarat modum odorādi aīaliū nō reſpirantiū. Scđa ibi (Que vero nō) Quantū igiꝛ ad primā partē dr phs. ꝙ quedā aīalia odores reſpirādo ꝑcipiunt ſeu reſpirādo olfaciūt ſicut homines. ꝛ aīalia multū calidū ſanguinē habētia vt qdrupedia. ꝛ ea que multū ꝑticipant de natura aeris ſicut aues. Et hoc quidē ꝓmo ꝓbat de hōibus. Nā odores aſcendūt ad cerebrū virtute caloris ignei eos reſoluētis ꝛ leuificātis. ꝛ ita ꝑ ꝑ̄ando ſua caliditate hyꝑbolē ſiue exceſſum frigiditatis ꝛ humiditatis cerebri ſanitatē inducūt. Ad cerebꝝ aūt hmōi odores nō ꝑueniūt niſi reſpirādo. ergo hmōi aīalia odores reſpirādo ꝑcipiūt. Minorē ꝓbat ꝑ. q꞉ reſpiratōe natura vtitur ad duo. ſ. ꝓmo ꝛ ꝑncipaliter opoſe ꝛ neccārio ad refrigeriū thoracis. ꝛ ſecūdario ꝛ aduenticie ad odoꝝ ꝑceptōem. In ſignū cuius qñ in ſpū attracto ꝑ reſpiratōem exhalat couenies odor. tūc ꝑ nares reſpirādo fortiter attrahiꝛ. Maxime aūt iſte modus reſpirādi ꝯuenit hōibꝫ. Quia ꝓpter magnitudinē ꝛ abundātiā humiditatis ꝛ frigiditatis cerebri in hōibꝫ ſuꝑ alia aīalia reſpirādo ꝑcipiunt odores nō ſoluꝫ delectabiles ꝑ accñs cū alijs aīalibꝫ. ſed aliud genus odoꝝ delectabiliū ꝑ ſe ſicut ſunt odores floꝝ ꝛ hmōi. qm̄ calor taliū (q̄ diffunduntꝛ auferendo hyꝑbolē cerebri) reducit cerebrū ad debitā ꝯmenſuratōem ꝛ habitudinē. Alia aūt aīalia reſpirātia ꝛ pulmonē hñtia ſolū ſentiunt odorē alterius generis. ſ. q̄ eſt delectabilis ꝑ accñs. ꝛ ſic nō ſunt duo genera odoꝝ que ſentiūt. cum ſufficiat eis vnum.

Que vero nō reſpirāt ꝙ q̄dem habēt ſenſuꝫ odorabilis manifeſtū eſt ꝛ piſces ꝛ enthomoꝝ genus oē. diligēter ſentit alonge ꝓpter nutritiuā ꝓpriꝫ ſpēm odoris remota multum a ꝓpria eſca queādmodū apes faciūt ad mel ꝛ paruaꝝ formicaꝝ genus q̄s q̄dem vocāt ſcurpas ꝛ marinoꝝ purpure ꝛ alioꝝ multa talium animaliū acute ſentiunt eſcam ꝓpter odorē. Propter q̄d vtiqꝫ dubitabit aliq̄s quomō ſentiunt odorē ſi ſpirantibꝫ q̄dem omībus fit ſpirare vno modo Hoc em̄ videꝛ in reſpirantibꝫ accidens omnibus. Illoꝝ autē nullū reſpirat ſentiunt tamen Si non aliq̄s ꝑter quinqꝫ ſenſus alius. hoc aūt impoſſibile. odorabilis em̄ olfactus. Illa vero hec ſentiunt. Sed non forte codē modo ſed reſpirantibꝫ q̄dam ſpūs aufert ſuꝑiacens quemadmodū cooꝑculū quoddā. Quare nō ſentiūt non reſpirātia. his autē non reſpirantibꝫ ablatum eſt hoc. Quemadmodū in oculis. quedam em̄ animaliū habent palpebras quibꝫ non reuelatis minime poſſunt videre. Que autē habēt duros oculos non habent. quare non egent vllo quod illa reuelent. Sed vident a facultate ineꝗſtente illis ſtatim

¶ Hic ꝯſequēter oñdit modū olfaciendi animaliuꝫ non reſpirantiū dicēs. ꝙ aīalia nō reſpirātia odores ꝑcipiunt cuiuſmodi ſunt piſces ꝛ oīne genus atomoꝝ. ſcꝫ indiuiſibiliū propter ſui paruitatē. Quod probat a ſigno. q̄a de longe mouenꝛ proſequēdo cibos. etiam in tenebris. quod nullo ſenſu q̄ꝫ olfactu facere poſſunt. Quod patꝫ de apibꝫ que olfactu vtunꝛ ad mellis inq̄ſitionem. Et de quibuſdam paruis formicis quas quidam ſcurpas dicunt. Et ſimilis cōditionis de genere marinoꝝ animal quoddam eſt quod purpureus habet nomē. ideo ꝙ ſanguie ſuo purpura tingiꝛ. vel quia purpure aſſimilatur et multa taliuꝫ animaliū nō reſpirantiū acute et longe ſentiūt eſcam per ſolum odorē. Et ſubdit phus quandā dubitatōnem dicens. ꝙ licet manifeſtū ſit ꝙ odores ſentiant animalia huiuſmodi nō reſpirātia. non tamē adeo manifeſtuꝫ eſt quo inſtrumēto ſiue quo ſenſu ꝛ q̄modo ſentiant. Nam cum ſpirantibꝫ animalibus omībus ſolū couenīat odores ꝑcipere vno modo ſcꝫ inſpirādo odorem. Inſpirare auteꝫ iſtis animalibꝫ non couenit. ideo cum ſentiant odores. videtur ꝙ ſentiant odores ꝑ olfactum alterius ſpeciei ab olfactu reſpirantiuꝫ. ꝛ ſic videnꝛ ſexto ſenſu ſentire. Qđ eſt impoſſibile. quia eſt vnū obiectū odorabile in ſenſum actiuū. ergo vna potētia paſſiua nata ab illo pati que eſt potētia olfactiua. Hanc ergo difficultatē remouēdo dr phus ꝙ ſit vna potētia qua ꝑcipiunt aīmalia tam reſpirātia q̄ꝫ non reſpirātia odores. ſed nō eſt in eis idem odorādi modus. Quia cum in reſpirantibꝫ organū olfactus pelliculā quadā opertū eſt. ideo reſpiratione ſolū olfaciūt. quia reſpiratio operculū leuando diſcooperit organuꝫ olfactꝰ ſicut accidit in follibus artis fabrilis. In non reſpirantibus aūt nihil eſt tegens organum. ſed nudū eſt. Quemadmodū em̄ oculi animaliū palpebras habentiū non vident niſi palpebris apertis ꝛ reuelatis. Oculi animaliū palpebras non habentium non egent aliquo reuelante. ſed ſtatim vident ab innata facultate viſibile pſens Et ſic quidē viſus vnus eſt in rōne potentie ſolum accidentaliter differens in carentibꝫ palpebris ꝛ nō carentibus ita olfactus in reſpirantibus et non reſpirantibus ſolum accidentaliter eſt differens

Similiter autē ꝛ alioꝝ animaliū quodlibet non indignaꝛ de his que ſm̄ ſeipſa fetidorum ſm̄ odorē niſi quod accidit corruptiuū exiſtens Ab his aūt corrumpiꝛ ſiliter quemadmodū et homines a carbonū fumo patiunꝛ grauedineꝫ capitis ꝛ corrumpunꝛ multotiēs ſicut a ſulphuris virtute ꝛ corrumpunꝛ alia aīalia et fugiunt ꝓpter paſſionē. ipſa autē ſm̄ ſeipſam auteꝫ non curant fetiditatem q̄ꝫuis multa creſcentium fetidos habent odores niſi quid conferāt ad guſtam velut edulium illis.

¶ Cōſequenter circa predictā ſolutionē dr phus. ꝙ ſimiliter nō diuerſificaꝛ eſſentialiter potentia olfactiua in rōne illa. q꞉ in q̄buſdā. ſcꝫ hominibꝫ ꝑcipit odores ꝑ ſe et ꝑ accñs delectabiles. ꝛ in alijs aīalibus ſolū ꝑcipit odores ꝑ accñs delectabiles. Qđ aūt olfactus ſolū delectabiles ꝑ accñs ꝑcipiat in aīalibꝫ alijs ab hominibꝫ ꝓbat ꝑ. Quia nullū taliū aīmaliū indignaꝛ ſeu grauiter fert fetidos odores ſm̄ ſe triſtabiles. niſi ꝑ accñs inq̄ntū corrup



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tiui ſunt. Corrūpitur em̄ ab illis odoribꝫ animal quēadmodū hoīes a fumo carbonū patiunt̄ grauedinē capitis. et multotiēs corrumpūtur ꝛ a virtute ſulphuris. et ideo aīalia hmōi odores ꝑ accn̄s ſcꝫ ꝓpter corruptōem fugiūt fetidū aūt odorē ꝑ ſeipm̄ non curāt ſicut homo. q̄uis ſepe ſint inter eoꝝ nutrimēta fetida. Multa em̄ terrenaſcentiū vt plante fetidi ſūt odoris valde. ſed fetiditatē talium nō curāt niſi cōferat vel noceat ipis ad eoꝝ eduliū.

Videtur aūt ſenſus q̄ eſt odorandi imparibus exiſtentibꝫ ſenſibꝫ ꝛ numero habente mediū imparis ꝛ ipē medius eſſe tactiuoꝝ quemadmodū tactus ꝛ guſtus ꝛ ꝑ alia ſenſitiuoꝝ velut viſus ꝛ auditus. Quare ꝛ odorabile nutritiuoꝝ eſt paſſio q̄dam. hoc aūt eſt in eodē genere Et audibilis aūt. ꝛ viſibilis. q̄re ꝛ in aere et in aqua odorant̄. Quare eſt odorabile commune aliq̄d hoꝝ amboꝝ quod ꝛ tactuali ineſt et ꝑſpicuo ꝛ audibili. Quare rōnabiliter odoratio aſſimilata eſt ſiccitati in humido. ꝛ ſenſibili velut tinctura q̄dam et lotura. Quomō quidem igitur ſpecies oportet dicere ꝛ q̄modo non oportet odorabilis. intantū dictum eſt.

¶ In hac ſcd̄a pte ꝑncipali huius capl'i ꝯpat ſenſum olfactus alijs ſenſibꝫ. Et diuidit̄ in duas ꝑticulas. In prima facit q̄d dictū eſt. In ſecūda excludit errorē quendaꝫ antiquoꝝ pythagoricoꝝ. Scd̄a ibi. (Q̄ð aūt quidaꝫ pythagoricoꝝ) Quo ad primā partē dicit. ꝙ ſenſibꝫ exiſtentibus in numero impari. ſcꝫ q̄nario in quo mediū eſt indiuiſibile inter duo equalia. ipē olfactus medi9 eſt inter tactum ꝛ guſtū. ſentiētes ꝑ contactū ſiue ꝑ mediū intrinſecum. ꝛ inter viſum ꝛ auditū ſentiētes ꝑ mediū extrinſecū Quod ſic ꝓbat. q2 odoratus ꝑticipat cum vtriſq3. cōuenit em̄ cū tactu ꝛ guſtu qui ſunt ſenſus nutrimēti. inquātum odor eſt paſſio nutrimēti. ꝛ ſic odor eſt in eodē genere cū tangibilibꝫ. Et q2 odor ꝑcipit̄ ꝑ mediū extrinſecū quod eſt aer ꝛ aqua ab olfactu. ideo vt ſic olfactus cōuenit cū viſu ꝛ auditu. Sicut ergo odor eſt cōmune tangibili nutrimēto ꝛ etiam medio vt perſpicuo ꝛ vt audibili. Odor em̄ aſſimilat̄ enchime ſiccitati diffuſibili in humido lauatiuo hmōi ſiccitatis. Sic olfactus eſt tanq̄ʒ medium quoddā cū tactu ꝛ guſtu. ex vna ꝑte. ꝛ viſu ꝛ auditu ex alia ꝑte. Epilogando ergo in fine cōcludendo dicit ꝑhus. tantū ſit dictum a nobis quomō oportet accipere ſpecies odoris et quomodo non

Q̄ð aūt q̄dam pythagoricoꝝ dicunt nō eſſe rationabile. Nutriri nanq̄ʒ dicunt q̄dam animalia odoribꝫ. Primū q̄dem em̄ videmus quoniā cibū oportet eſſe compoſitū et em̄ ea nutrita non ſunt ſimplicia. quare ꝛ ſupfluitas fit cibi aut in ipſis aut extra ſicut in plantis. Amplius aūt neq̄ʒ aqua vl'r neq̄ʒ ipa ſola nutrire incōmixta exiſtēs. corꝑale em̄ aliquod opꝫtet eſſe cōſtitutum. Amplius multominus rōnabile aerē corpulentū fieri. Cum bis aūt q̄m̄ omnibꝫ eſt aīalibus locus receptiuus cibi a quo q̄n̄ cibus ingredit̄. recipit corpus. Odorabilis aūt ſenſitiuū in capite ꝛ cum ſpirituali intrat fumoſitate. Quare ad ſpiratiuū vtiq̄ʒ vadet locū. Quod q̄dem igit̄ non cōfert ad nutrimentū odorabile ſcd̄m ꝙ odorabile manifeſtū eſt. Et tm̄ ad ſanitatem. ꝛ ex ſenſu ꝛ ex dictis manifeſtū Quare q̄d ſapor in nutritiuo eſt ꝛ ad nutriēda hoc ad ſanitatē odorabile. Scd̄m vnūquodq̄ʒ q̄dem ergo ſenſitiuū determinetur hoc modo

¶ In hac ſecūda ꝑticula excludit ꝑhs dictū pythagoricoꝝ dicens. ꝙ dictū pythagoricoꝝ quo poſuerūt aīalia nutriri odoribꝫ irrōnabile eſt. Quod ꝓbat tribꝫ rationibus. Prima. neceſſariū eſt nutrientē cibū eſſe cōpoſitum ſicut nutritū. hn̄tē eē materiale corꝑale ꝛ incorꝑabile nutrito. Uidemus em̄ in cibo aſſumpto ſupfluū reijci taꝫ in his qui recipiūt nutrimentū indigeſtū cum ſuperfluo intra ſe ſicut in aīalibꝫ habentibꝫ ſtomachū ꝛ alia loca quibus fit ſeparatio benigni a ſupfluo q̄d etiā ſuis locis diuerſificat̄. q̄ʒ etiā in plātis que ſegregāt ſupfluū extra ſe Nō pt̄ aūt talis ſegregatio benigni fieri a ſupfluo in ſimplici. ſed odor eſt q̄litas ſimplex a qua nihil ſegregari pt̄. g̃ non cōtingit aīmalia odoribꝫ nutriri. Scd̄a rō q̄ ſumit̄ ex medijs in q̄bus odor hꝫ eſſe. Nam ſicut odor ſcd̄m ſe non nutrit. ita nec ex parte ſuoꝝ medioꝝ. q̄ ſunt aqua ꝛ aer. Aq̄ em̄ incōmixta ꝛ ſola nō eſt nutritiua ꝓpter ſimplicitateꝫ et multominꝰ aer ꝓpter ſubtilitateꝫ nutrire pt̄. ergo rōne hoꝝ medioꝝ non cōuenit odoribꝫ ꝑ accidēs nutriri. Tercia rō ſumit̄ ex parte loci ad quē odores ſpirādo ꝑueniūt Quia cibus nutritiuus recipit̄ in ventrē ꝛ ſtomachum tanq̄ʒ ad locū digeſtionis. ſed odores nō ingrediunt̄ ventrem ſed caput in quo eſt ſenſitiuū organū olfactus et cū ſpūali intrat fumoſitate vadit ad locū ſpiratiuū ſcilicꝫ ad pulmonē. ergo nō nutrit̄ aīal odoribꝫ vt hmōi. Et ſubdit ꝑhs. ꝙ licet nō nutriat odor ad ſanitateꝫ. tamē vtilis eſt. vt ex dictis manifeſtuꝫ eſt. ꝛ ergo q̄d ſapor facit in eo q̄d nutrit̄ ad nutritionē. hoc odor facit ad ſanitatē Recapitulādo g̃ in fine dt̄. De vnoq̄ʒ ſenſu dcm̄ ſit hoc mō.

## Circa textum huius tractatus mouet̄ hec queſtio principalis.

Utrū ſapor ꝛ odor ſint q̄litates guſtu ꝛ olfactu ſenſibiles et ad inuicem ꝓportionabiles

¶ Et videt̄ ꝙ non. q2 cum ſapor ꝛ odor ſint qualitates nutrimēti debent ꝑtinere ad vnū ſenſuꝫ nutrimēti. Nec vident̄ habere ꝓportionem cum cōſiſtant in cōtrarijs ex q̄ ſapor eſt in humido ꝛ odor in ſicco. Sunt ꝑterea odores duplices. ſcꝫ delectabiles ꝑ ſe ꝛ ꝑ accidēs. Odor āt delectabilis ꝑ ſe ſolum ſapori videtur ꝓportionari. ¶ In oppoſitum eſt ꝑhs in textu. Et pro reſpōſione ordinant̄ duo diſcurſus. Quoꝝ ꝑmi ꝑma propoſitio eſt.

Maior ¶ Tam ſapor q̄ʒ odor eſt ſequela cōplexionis nutrimēti. nō tamē ſunt eiuſdē ſubiecti ꝓprij ¶ Secūda propoſitio ¶ Eſt ſapor in humido cōplexionali aliq̄d paſſo a ſicco hmōi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Odor eſt qualitas a fumali euaporatōe diſtīcta

econtra eſt odoꝛ in ſicco. tñ paſſo a ↄplexionali humido ¶ Cōcluſio. ¶ Igitur cum ſapoꝝ genus eſt nobis notius accipimus odores ꝓpoꝛtionabiliter a ſapoꝛibus.

¶ Prima ꝓpō quantū ad primā partē pꝫ. qꝛ ſapoꝛ ꝛ odoꝛ ſolū inueniunꝭ in his que nata ſunt nutrire. elementa em̄ neqꝫ nutriunt neqꝫ odoꝛabilia ſunt inquantuꝫ in ſua ſimplicitate accipiunꝭ. ꝛ cū non ſint ſube ſed q̄litates ſenſibiles. ideo dicunꝭ accn̄tia que nutrimentuꝫ vt hmōi conſequunꝭ. Et qꝛ ſunt accidētia que atteſtanꝭ ſup ↄplexione nutrimenti. ideo dicīꝭ ſequela cōplexionis nutrimenti non tamē ſequunꝭ nutrimentū abſolute. ſed rōne mutue actōis humidi ꝛ ſicci. q̄ pficiꝭ calido. Humidū em̄ ꝛ ſiccū q̄litates ſunt paſſiue q̄ nō ſunt ad inuicē actiue niſi mediāte calido digerēte. Vn̄ dictū eſt in textu ꝙ frigus hebetat ſapores ꝛ exterminat odores. Verū tn̄ eſt ꝙ frigidū p accn̄s etiā ad ſapores operaꝭ. nam cū vapoꝛabiliter diffundiꝭ humidū ſapidū in cibo. ita ꝙ propter hoc ſapoꝛ eius nō eſt adunatus. tūc p frigidū ↄſtringiꝭ humidū ad centrū ꝛ adunaꝭ. et ita ſapoꝛ ſui adunatione foꝛtificatur. Quantū ad ſcd̄am ptē pꝫ. qꝛ licet habeāt idē ſubiectū qḋ videlꝫ ip̄m nutrimentū. nō tn̄ quo ꝓximū. qꝛ ſapoꝛis ꝓximū ſubiectū eſt humidū cōplexionale. ꝛ odoꝛis ſiccū complexionale Differēter aūt ſequunꝭ nutrimentū. Nam ſapoꝛ ſeqtur nutrimentū vt dictū eſt. et hoc imediate. ſed odoꝛ mediate ſcꝫ mediāte fumali euapoꝛatione ¶ Scd̄a ꝓpō pꝫ quantū ad primā partē. qꝛ illud eſt ꝓximū ſubiectum ſapoꝛis qḋ in ſe nullū hꝫ ſapoꝛē actu. ꝛ cum ſapoꝛ ſit paſſio nutrimēti qḋ actu humidū eſt opꝫtet ꝙ ſubiectum ſapoꝛis ꝓximū ſit humidū inſipidū. ꝛ hoc vel aque vl' aeris. Nō aeris. qꝛ hoc eſt humidū ſpūale non incoꝛpabile nutrito. ḡ opꝫtet ꝙ ſit humidū aqueū. nō purū ſed ↄplexionale. paſſum a ſicco ↄplexionali. ꝛ hoc calido digerente. ſicut phus declarat in textu. ꝛ ideo varie digeſtiones varios faciunt ſapores. Dicit aūt Albertus ꝙ nō ſit paſſio humidi facta a ſicco ↄmixto p ſubam cū humido. ſed potius eſt humidi in quo eſt virtus ſicci. ꝛ ideo eſſe ſapoꝛis eſt ſimplex. licet em̄ humidū ſine cōmixto ſicco non nutriat. nō tn̄ ſubiectū ſapoꝛis eſt ſiccū ſed humidū. ꝛ eſſe ſapoꝛis in ipſo eſt alteratio humidi p ſicci virtutē calido agēte ꝛ terminānte. Quantū ad ſcd̄am ptē pꝫ. qꝛ licet odoꝛis ſubiectū qḋ. idē ſit cū ſubiecto ſapoꝛis. tn̄ ſubiectuꝫ quo. oppoſitū eſt. nō humidū ſed ſiccū. nō quodlibet ſed ſiccum cōplexionale ꝛ nutrimētale. Reſultant ḡ ſapoꝛ ꝛ odoꝛ ex eiſdē pncipijs eiuſdē nutrimēti. cōtrario tamē mō. q2a qḋ eſt paſſiuū in odoꝛibꝰ eſt actiuū in ſapoꝛibꝰ. ꝛ econuerſo.

¶ Concluſio quantū ad primā ptem pꝫ ex dictis in textu. ꝓpter certitudinē em̄ guſtus ſup olfactuꝫ in nobis. ſapoꝝ genus nobis notius eſt q̄ odoꝝ genus. Et qꝛ ex eiſdem pncipijs ↄtrarijs ad inuicē agentibꝰ cōtrario oꝛdie depēdent ſapores ꝛ odores. ideo habent ꝓpoꝛtionabiles ſpēs. licet nobis ineq̄liter notas. quapropter ex ſapoꝛibus odores accipimus. ꝛ cognoſcimus. ꝛ nominamus

¶ Scd̄s diſcurſus. Maioꝛ Ab inuicem ſepabilia realiter nō identificanꝭ ſubſtātialiter Minoꝛ. Odoꝛ ꝛ fumalis euapoꝛatio ſeparanꝭ hoc modo Cōcluſio Quapropter falſa eſt eorum opinio qui dicūt ꝙ odoꝛ ſit huiuſmodi euapoꝛationis reſolutio

¶ Maioꝛ ꝓbaꝭ p illā maximā. p. q̄rto metaphyſice dicētis illa eſſe eadē ſubaliter que eadē generatione generanꝭ et eadē coꝛruptione coꝛrūpunꝭ. Sed que ſunt ab inuicē realiter ſepabilia non generanꝭ eadem generatione neqꝫ eadē coꝛruptione coꝛrumpunꝭ. ḡ nō ſunt eadēꝫ ſubaliter ¶ Preterea. q̄ differunt dr̄ia reali ſunt realiter diſtincta. qꝛ dr̄ia diſtinguit ꝛ ſepat. Sed ab inuicē ſepabilia differūt dr̄ia reali. ḡ ſunt ſubaliter diſtincta. Nam eodēꝫ mō aliq̄ ſunt diſtincta q̄ mō ſunt ſepabilia. Nam ſi realiter in ſecūda opatione intellectus aliq̄ ſint ſepabilia. illa etiam ſunt realiter diſtincta. Que aūt in pma opatione tm̄ ſeparabilia ſtꝫ minꝰ diſtinguunꝭ. ꝛ hoc diuerſimode ſm̄ diuerſos gradus. Nā plus diſtinguiꝭ paſſio a ſuo ſubiecto q̄ materia ꝛ foꝛma ab eo cuꝰ ſtꝫ. ꝛ plus materia diſtinguiꝭ a toto q̄ foꝛma. ꝛ plus foꝛma ptis q̄ foꝛma totius. et plus foꝛma totius p modū generis vel dr̄ie deſignata q̄ definitio ex vtriſqꝫ ſimul. Et ſic loquēdo de diſtinctione generaliꝭ. ſicut oīa ab inuicē ſepabilia ſtꝫ diſtincta ita oīa inſepabilia nō ſtꝫ diſtincta. ¶ Minoꝛ pꝫ teſtimonio phi oſtēdentis odoꝛē inueniri in aq̄s in q̄bus nō eſt repibilis fumalis euapoꝛatio. ſepanꝭ igiꝭ loco. Separanꝭ etiā ſubiecto. qꝛ fumalis euapoꝛatio cum ſit ſuba nō habet ſubiectū. Odoꝛ aūt ſenſibilis q̄litas eſt exiſtens in coꝛpe odoꝛabili ſicut accn̄s eius. ¶ Concluſio ſeqtur ex pmiſſis. Pro eius tn̄ clarioꝛi veritate aduertenduꝫ ꝙ nō eſt nobis ſermo de fumali euapoꝛatione vel vapoꝛe a terra vel aq̄ elementis ſimplicibꝰ reſoluta. ſed de exalatione a coꝛpe cōplexionato ſeu mixto reſoluta. diſtincta a vapoꝛe. De q̄ duplex inueniꝭ opinio. Nā ſm̄ Albertū. quidam phi ſcꝫ plato ꝛ eraclitus dixerūt odoꝛē eſſe fumaleꝫ euapoꝛatōem rei odoꝛabilis. Et hanc opinionē imitaꝭ Auicēna cōcedens mediū ſenſus nō eſſe necc̄ariū ad hoc ꝙ fiat ſenſus ſm̄ actū. ſꝫ ad bene eſſe ip̄ius. ꝛ ideo dt̄ ꝙ ſi aliqḋ ſenſibile cōiungi poſſet ſenſui ſm̄ eſſe ſpūale ſine medio. tunc nō exigeret mediū. vt pꝫ de lumine qḋ ſine medio videri poteſt. ꝛ tale dt̄ eſſe euapoꝛationem. qꝛ illa ſpiritualis eſt. Areſtoteles aūt quē imitaꝭ Auerrois cōmentatoꝛ dt̄ expꝛeſſe odoꝛē eſſe qualitatē a fumali euapoꝛatione diſtinctā vt expꝛeſſe dt̄ et oſtēdit in textu. licet q̄dam aſſerūt Areſtotelē ip̄m nō intelligēres eū dixiſſe odoꝛē eē fumalē euapoꝛationē. Quod cōfirmaꝭ. qꝛ ſi odoꝛ eſſet fumalis euapoꝛatio ſenſibile realiter veniret ad ſenſum et nō egeret medio niſi ad bene eſſe. quod falſum eſt. qꝛ ſenſus nō eſt ſuſceptiuus ſpēꝝ cū materia. ¶ Preterea non veniret coꝛpus odoꝛabile ad ſenſum olfactus niſi per aliquod ſue materie qḋ falſum eſt. Solet iſtud etiam cōfirmari experimēto. qꝛ in cede grandi facta in terra grecoꝝ venerūt ad cadauera vultures ꝛ tigrides ab odoꝛe tracti qui nunq̄ antea in terra illa viſi fuerant. ꝛ locus vbi pus viſi fuerant diſtabat a loco cedis ſpacio quingētaꝝ leucaꝝ. Per tantū aūt ſpaciuꝫ fumalis euapoꝛatio diffundi nō poteſt cum fumus ſit q̄dam ſubalis pars coꝛpoꝛis fumātis. reſolutus ab ipſo. ꝓpter quod fumās leuius efficitur quādo multū fumauerit. cum ergo a coꝛpe odoꝛifero odoꝛ diffundaꝭ ſpherice ꝛ oꝛbiculariter nō poſſet a coꝛpibus illis in tam modico loco cōtentis fuiſſe diffuſus circulariter ad ſpaciū quingentaꝝ leucaꝝ. eſto etiā ꝙ fumꝰ fuiſſet adeo rarus ſicut ignis. quod eſt impoſſibile. quia ex vno pugillo terre fiunt ſolum mille pugilli ignis. Ad illud tamē experimentū rn̄dit Auicēna ꝙ non pceperunt odoꝛe cadauera hmōi ſed viſu. cum em̄ altiſſime volent ꝛ acutiſſimi viſus ſint. ideo cum quāto vidēs fuerit ſitu al/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tioꝛ tanto videt remotius. aues hmōi ad tantā diſtantiā videre poterāt. Uel dʼr ꝙ forſan validis ventis poterant fumi ad tantā diſtantiā ꝓpelli. Has igit᷑ ſolutiones Auicēne Albtus nō reijcit. licet opinionē eius falſam fateat᷑. Immo dʼr ꝙ ꝓpter hoc experimentū nō oporteat dicere odorē nō diſtingui a fumali euaporatione. ſed potius dʼr hoc ſcꝫ ꝙ odoꝛ nō ſit fumalis euaporatio ⁊ ꝙ ſit ab eo ſepabilis. Pro cuius intellectu ponit aliud experimentū de cāphora. qꝛ in aqͣ miſſa pua pticula cāphore inficitur aqͣ. multo lōgius ꝗ̄ cāphora poſſet p fumū extēdi Odoꝛ ergo ſicut alia ſenſibilia diffundit᷑ ſine oīmi materia p eſſe ſpūale. Nec valet dcm̄ qͣrundā volentiū vtriuſqꝫ opinioni et Areſtotelis ⁊ Platonis ſatiſfacere dicentiū ꝙ odoꝛ ſit euaporatio ſpūalis ⁊ nō materialis Quia ſi vocāt ſpūalē euaporatōem corpus raꝝ ⁊ tenue ſicut eſt aer. tūc oīs euaporatio ſpūalis eſt. Si aūt ſpūalem euaporatōem vocant alteratōem mediꝫ que fit ſola ⁊ ſimplici qͣlitate odoris. tunc non ſaluāt Platonē. qꝛ ipſe hoc negat. Et inſuper improprie loquunt᷑. qꝛ ſpūs in phyſica corpus ſubtile eſt ⁊ aereū. Sed in ꝯtrariū arguit᷑ Pomū qḋ diu odorat᷑ p exiccationē odoris leuius efficit᷑ ⁊ citius putreſcit. Siliter odores venenoſi aīalia necāt ⁊ hoīes. Preterea odores p ventos impediunt᷑ qḋ non fieret ſi ſpūaliter tm̄ diffunderent᷑ ſicut coloꝛ. Solutio. argumēta qbus Auicenna ſuū ꝓpoſitum ꝓbare niſus eſt concludunt ꝙ odoꝛ nō reſoluit᷑ a corpe odorifero niſi mediāte fumali euaporatione. quapropter ſup̄ dictū eſt ꝙ odoꝛ non reſpicit nutrimentū immediate ſicut ſapoꝛ. ſed mediāte fumali euaporatione. cuius reſolutione minorant᷑ corpa a qbus reſoluunt᷑. ⁊ qꝛ illis mediantibꝫ odoꝛ diffundit᷑ a corpe odorifero ſeu a nutrimēto. ideo inquantū hmōi fumales euaporationes ventis impediunt᷑ etiā odores p ventos impediunt᷑. Nec eſt ſile de coloꝛe. qꝛ odoꝛ hꝫ eſſe in medio ad certā diſtantiā reale. nō aūt coloꝛ ſed ſoluꝫ ſpūale. Et qꝛ fumus a corpibus venenoſis reſolutus venenoſus ē. Ideo vt ſic inſpiratꝰ p poros occultos ⁊ ad interiora animaliū corrūpit ⁊ necat hoīes ⁊ animalia. Odores autē ſm̄ eſſe ſpūale a quocūqꝫ reſoluant᷑ non inficiunt ſicut nec viſibilis qualitas ſm̄ eſſe quod habet in medio inficit. Ad rōnes principales patet ſolutio ex dictis

## Incidūt dubia circa tex

tum expoſitū. Primū eſt. Utrum olfactus vnus ſit ſpē in reſpirantibꝫ ⁊ nō reſpirātibus ¶ Et videt᷑ ꝙ nō. qꝛ diuerſitas principioꝝ infert diuerſitatē principiatoꝝ. Sed principia olfactus in reſpirantibꝫ ⁊ nō reſpirantibꝫ ſꝫ diuerſa. imo in oībus aīalibus. Unde dici ſolet ſm̄ opinionē Alberti ꝙ viſus in homine ⁊ in aſino ſpecie differūt

Preterea. potentia olfactiua eſt virtus organica. ergo diuerſitas organoꝝ in reſpirantibꝫ ⁊ nō reſpirantibꝫ arguere videt᷑ diuerſitatē ſpecificam. Solutio. ſic. Non obſtante ꝙ qͣdam dixerūt reſpirātia nō eundē habere ſenſuꝫ olfactus cum nō reſpirantibꝫ. tamē contrariū dicendum eſt. Cuius ratio eſt. qꝛ odoꝛ eſt vnum aliquod actiuū in ſpecie inferēs paſſionē oībus olfacientibꝫ. ergo odoratus ipſoꝝ eſt vnius rōnis ⁊ nature ſpecifice quo ad odorum pceptiuā potentiā. Cōſequentia patet. quia quorūcūqꝫ eſt vnū aliquod actiuū ſpecie. ꝓpriam inferens paſſionē. hoꝝ potentie paſſiue ſunt vnius ſpeciei ſeu rationis Licet em̄ ſpecie ſentientiū differant ⁊ inquantū vires ſꝫ in animalibꝫ ſpecie diſtinctis. vt probat argumentuꝫ primū. tamē in ratione potentie idētificantur inquantū ipſa potentia nata eſt ab obiecto pati. idē em̄ actiuū ⁊ actiuū eſt omniū olfactuū. Et quia organū medietas qͣdā eſt contrarioꝝ ſenſibiliū. ideo ſubſtātialiter organū eſt in oībus vnū. licet accidētaliter multipliciter variatū Et eſt due papille dicit Albertus in cōmento ſup de anima ad modū papillaꝝ (que ſunt in māmillis) in parte anteriori cerebri cōſtitute. porrecte directe contra oſſa triangularia naſi. ⁊ in qͣbuſdam ſunt coopte tenui pelle ne ledātur ex aere ⁊ vapore attracto. Nec habēt motū ex ſeipſis pelles ille. ſed vento ſeu aere inſpirato exufflante eleuantur. ⁊ tunc odores ſimul cuꝫ aere venientes immutāt eas. Cuius ſignū eſt. ꝙ ſtrictiſſimū habētes naſum ꝓpter clauſuram foraminuꝫ que p oſſa triangularia aſcendunt aut non odorant oīno aut valde paruꝫ. In qbuſdam vero non ſunt cooperte. Sicut em̄ inuenit᷑ differētia in animalibus quo ad oculos. quia qͣdam nō habēt palpebras. quedam aūt habēt. ſic eſt in olfacientibus quo ad coopertulum papillaꝝ in qbus reſidet p cōtinuationē ad neruum obticū virtus olfactiua. ¶ Et p hoc patet ſolutio ad ſecundū. quia non eſt eſſentialis. ſed accidētalis diuerſitas non quo ad determinatā ſpeciem animalis. quia omnibꝫ regulariter indiuiduis certaꝝ ſpecieꝝ ꝯuenit. ſed quo ad totum genus animaliū olfacientium

## Secundum dubium

An reſpirātia ⁊ nō reſpirantia equaliter virtuteꝫ habeāt olfactiuā. ¶ Solutio. non reſpirantia meliorē habēt olfactum reſpirātibus. Et inter reſpirantia quo ad olfactum eſt multiplex analogia: in cuius fere vltimo gradu videtur eſſe homo. exceptis quibuſdā piſcibus ⁊ animalibus marinis. Primū ſcꝫ ꝙ in non reſpirantibꝫ ſit olfactus vigoroſioꝛ patet ex differētia viſus ⁊ olfactus. quia licet cōueniant quo ad ſimilitudinē illam que eſt habere velamina. quia ſcꝫ habētia viſum velatū non poſſunt videre niſi ſublato velamine ſicut habētia olfactum velatum olfacere nō poſſunt niſi velamine reuelato. tamē hoc habēt differētie. quia habētia oculos velatos lachrymabilibꝫ palpebris qbus oculi cuſtodiunt᷑. et diſponunt᷑ ad debite videndum. melius vidēt non habētibus oculos palpebris velabiles. Habētia em̄ duros oculos et pcipue aquatica nō bene ſentiunt colores. Immo differētie medioꝝ colorum ſunt eis immanifeſte. excellentias aūt ſentiunt qͣ cuꝫ terrore ſunt. Nam excellētia viſibilis cum terrore immutat oculū. pcipue multū humidū humiditate aliena. eo ꝙ humiditas talis mouet᷑ ⁊ diſcurrit in oculo. ⁊ foramina receptiua lucis vel albedinis diuaricat. et ſic facit apparere monſtruoſe formā viſibilis Cuiꝰ experimentū eſt in nobis Si em̄ hō indigeſta humiditate diſcurrēte p oculum ſubito videat candele lumē. hoc lumen iudicabit᷑ magne coruſcationis vel incendij. ⁊ ꝓpter hoc terretur quo ad viſum Nō habētia aūt olfactum velatū melius olfaciūt. qꝛ habēt organū magis liberum ad quod eſt odoris liber ingreſſus. Unde organū olfactus in nō reſpirātibus propter ſiccitatem vel paruitatē cerebri nō eget operculo nec eſt ita humidū naturaliter ſicut in reſpirantibꝫ. ergo reſpirātibus meliorē habēt olfactum nō reſpirātia. Preterea. reſpirātia ſolum olfaciunt in aere. ⁊ nō in aqua. que tamē eſt mediū diffuſionis odorū. Et nō poteſt in reſpirantibꝫ potētia olfactus ſine reſpiratiōe fieri in actu. Nō reſpirātia aūt in aere ⁊ in aqua olfaciūt. ⁊ ſine reſpiratiōe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

fit olfactus eoꝝ in actu. Veruꝫ quia inſpiratio nō ſolum ſeruit ad apertionē. ꝛ ad detectionē papillaꝝ. ſed etiā ad fortem odoꝝ attractionē. ideo etiam ex ea pte ſm quid reſpirātia excedunt nō reſpirātia. Scdm patet. quia cuꝫ homo ꝓpter magnitudinē cerebri ꝛ humiditateꝫ eius ſit peſſimi olfactus. ergo nō diſcernit minimas odoꝝ differentias ſed magnas. ꝛ ita nō diſcernit odorabilia ꝑ odores ſicut faciunt multa aīalia. que res eiuſdē ſpeciei indiuiduales ꝑ odores diſcernunt. ſicut canes q̄ diſcernūt veſtigia vnius cerui a veſtigijs alterius queꝫ etiam ſic inſequentes inueniūt. Diſcernūt etiā veſtigiū vnius homis a veſtigijs alterius. ſicut patꝫ in canibus q̄ inueniūt furē. Hoc aūt multo melius inquit Albtus facerēt non reſpirantia aīalia ſi eſſent ita diſciplinabilia ſicut canes. Pauca eīn aut nulla aīalia ſanguinē nō habētia diſciplinabilia ſunt. Pauciſſimis ergo aquaticis exceptis. homo ē peioris olfactus. Unde nō regulariter ſunt oīa nō reſpirantia reſpirātibus melioris olfactus. ſed frequēter. ꝛ ꝗ nō obſtat. dictis aquaticis quibuſdā pauciſſimis. homines eſſe melioris olfactus. Verū etiam eſt quoniā cū homo intellectualis nature ē. ideo ſibi ꝑ ceteris ex ea parte conuenit de differentijs odoꝝ intēdere. cōparando eas ad inuicē. tamē ſimplr ſenſus olfactus nō eſt ꝑfecte q̄ntum ex parte organi in eo ꝑfectus. nec bene odoꝝ diſcretiuus. Verū etiam quia odores liberius ꝑ aerem diffundunt velut per medium aptius. Ideo ex ea pte ꝑfectius olfaciunt reſpirātia. ꝛ ad hoc etiam confert fortis attractio odoris que fit ꝑ reſpirationem.

# Tercium dubium eſt

Quomō odor diuerſimode reſpicit ipm odorabile et fumalē euaporatōem. ¶ Solutio. cōuenienter ꝛ differēter Cōuenienter quia vtrūqꝫ eſt odoris ſubiectum. Sꝫ differēter quia odor in medio exiſtēs habet fumalē euaporationē pro materia. ꝛ als non eſt in ipſa. neqꝫ etiam eſt in ea ꝑmanenter ſicut in corpore odorabili. Preterea. in odorabili habet eſſe potētiale. ſed actuale in fumali euaporatione. Item In odorabili habet eſſe tm̄ materiale. Sed in fumali euaporatione ꝓpter ſubtilitatē eius habꝫ eſſe q̄dammō etiam intētionale ꝛ ideo fumalis euaporatio eſt odori quodāmō loco medij. ꝛ inquantū cū tali fumo deferꝰ ad olfactū tēperat vel diſcraſiat olfactū diuerſimode ſm fumalis euaporatiōis diuerſitatē. ꝛ cuꝫ odor per talem fumalem euaporationem venit ad olfactū agit in ipſum inquantū habet eſſe in fumali euaporatione vt in medio. ꝛ non vt in ſubiecto.

# Quartum dubium eſt.

Utrum nō reſpirantia ſicut reſpirātia odoribus corrumpanꝰ. ¶ Et videtur ꝙ nō. quia non poſſunt aīalia corrūpi odoribus ſm eē formale. ſed quātū ad eſſe materiale. quod eſt fumalis euaporatio que in aquis locum nō habꝫ in qua ſunt ea aīalia que nō reſpirando olfaciunt. ¶ Solutio ſic. vt dicit Albertus. quod ꝓbat experimēto. Nam ſulphur in lacunis proiectum. odore interficit piſces. Occurrunt eīn eis odores in medio ſine aeris vel aque attractione. eo ꝙ inſtrumenta odoratus in eis diſcooperta ſunt. ad que liberum habent ingreſſum per medium per quod eſt odoratus. ¶ Et ad argumentum dicendū. ꝙ licet odores nō corrūpant niſi ꝑ eſſe materiale. maxime quod habēt in medio. tamē piſces et animalia nō reſpirantia in aquis odoribus materialiter acceptis ledi poſſunt. quia corpora que nata ſunt odorem ſpirare per hoc ꝙ ſua materiali actione alterant aquā que ē medium diffuſionis odorum quodāmodo ſicut aer ledi poteſt. Et licet fumalis euaporatio ꝑfectum eſſe nō habeat in aqua ſicut in aere. vtiqꝫ tamen habet eſſe vtcunqꝫ in aqua. quantū ſcꝫ ad fieri. quādo ſaltem a fundo. aqua calore apprehēditur. Nō enim ſolum ab aque ſuperficie fumus aſcendit. Verū etiam a fundo aque penetrando aſcendit vſqꝫ ad aerem. ꝛ odores cum tali fumo venientes ad organa animaliū nō reſpirantiū interficiunt q̄ndoqꝫ ea. Qꝫ autem reſpirādo odorē materialiter acceptuꝫ corrumpanꝰ probat Albertus experimēto. Naꝫ a fumo carbonuꝫ capita grauedine opprimunꝰ. eo ꝙ groſſus et ſiccus nimiū eſt talium vapor. Et hac de cauſa tēperanꝰ infuſiōe vini ꝛ ſalis vt fumus per hoc ſubtilietur ꝛ humectetur ac ꝑ hoc minus ledat. Quando aūt ſic nō temperātur carbonū fumi ꝛ facti ſunt carbones de lignis viridibꝫ groſſe cōmixtis ꝛ terreſtribus. tunc ſepe interficit homines fumus eorum. ꝑcipue ſi in arto loco maneat incluſus vt diffundi non poſſit nec euaporare. Et ex tali caſu inquit Albertus nuꝑ in Colonia pauperes tres in quadam camera apud carbones mortui inuenti ſunt. Sīliter multi moriunꝰ a ſulphuris virtute. ꝛ virtute diuerſoꝝ afflatuum ſicut argenti viui qui ſpiritus ab alchimicis vocaꝰ. ꝛ tales fugiunt animalia

O Bijciet autem aliquis. Si omne corpus in infinita diuiditur. ꝛ paſſiones ergo ſenſibiles. puta color et ſapor et odor ꝛ grauedo et frigiditas et calidum et leue et durum et molle.

¶ Iſte eſt tractatus tercius ꝛ vltimus huius libri. In quo phs ſoluit tres dubitatōes de ſenſibilibꝫ ex q̄bꝫ antiqui occaſionē erroris ſumpſerūt. Prima eſt de ſenſibilibꝫ in ſe cōſideratis Scda eſt de eis ꝑut ſꝫ in motu ad ſenſuꝫ Tercia eſt de eis ſm ꝙ iā in ſenſu exiſtūt ꝛ actū ſentiēdi ꝑficiūt. Et ſm hoc diuidiꝰ phs tractatꝰ in tria capla Secundū ibi (Obijciet aūt aliqs) Terciū ibi (Eſt aūt quedam obiectio alia) Primū caplm ſubdiuidiꝰ in tres ptes In pma mouet q̄ſtionē. In ſcda ad ptes obijcit. In tercia eā ſoluit Scda ibi (Aut impoſſibile) Tercia ibi (De ſolutōe aūt hoꝝ) Proponit ꝗ pmo q̄ſtionē dicēs An ad diuiſionē corpoꝝ ſenſibiliū diuidi poſſint in infinitū paſſiones ſenſibiles que ſunt color. ſapor. odor. grauedo. frigiditas. caliditas. leue. durum. et molle

Aut impoſſibile. actiuū enim eſt vnūquodqꝫ ipſorum ſenſus. In eo eīn quod poſſunt mouere illum dicunt oīa. quare neceſſarium ſenſum in infinita diuidi ꝛ omnē magnitudinē eē ſenſibilem. Impoſſibile eīn album quidē videre. non aūt quantū. Si eīn non ſic. vtiqꝫ cōtinget aliquod corpus nullū habens colorē neqꝫ grauedinē neqꝫ talē aliā paſſioneꝫ. q̄re nec oīno ſenſibile. hec eīn ſenſibilia ſunt Senſibile igiꝰ erit cōpoſitū nec ex ſenſibilibꝫ. Sꝫ necē nō ſolū ex mathematicꝭ. Amplꝰ cui adiudicabimꝰ h. aut ꝯgnoſcemus. niſi intellectui. ſꝫ non intelli-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gibilia. Nec em̄ intelligit intellectus que exte/rius niſi cũ ſenſu. Sed ſi hec habẽt ſic videt̃ teſtificari illis qui indiuiſibiles faciũt magnitu/dines. Sic q̄dem vtiqꝫ ſoluetur ſermo ſed hoc impoſſibile. dictum eſt enim prius in ſermoni/bus qui ſunt de motu.

¶ In hac ſcđa pte capli arguit ad ptes huius queſtõis Et pmo ad partẽ negatiuã. ſcđo ad affirmatiuã. Ad partem negatiuã arguit tali rõne. Nam ſi qlitas ſenſibilis diuideret̃ in infinitũ ſequeret̃ ꝙ ſenſus ⁊ ipm ſentire diuiderent̃ in infinitũ. ſequeret̃ etiam oẽm magnitudinẽ eẽ ſen/ſibilẽ. Sed hoꝝ vtrunqꝫ falſum eſt ⁊ impoſſibile. ꝑ qua/litas ſenſibilis nõ poteſt in infinitũ diuidi. Maiorẽ pro/bat q̃ ad primã partẽ. q̄ vnũquodqꝫ ꝓpriũ ſenſibiliũ eſt actiuũ in ꝓpriũ ſenſum. In hoc em̄ ꝯſiſtit rõ ſenſibilis ꝓ/prij vt poſſit mouere ſenſum. et om̄ia q̃ ſenſibilia ſunt eo dicunt̃ ſenſibilia. q̄ pñt mouere ſenſum. Quo ad ſcđam partẽ ſic ꝓbat. q̄ impoſſibile eſt videre albũ ⁊ nõ quantũ Minor pꝫ. q̄ minimũ in qđ pt diuidi albũ impoſſibile ẽ videre. ⁊ ita non pt om̄is magnitudo q̄ntũcunqꝫ parua ſenſibilis eẽ. ⁊ p ꝯñs virtus ſentiẽdi ⁊ ſentire nõ diuiduntur in infinitũ. ¶ In oppoſitũ ⁊ p pte affirmatiua arguit phs tali rõne. Si qlitas ſenſibilis nõ diuideret̃ in infini/tum. ſequeret̃ ꝙ erit dabile aliquod corpus carẽs om̄i q̄/litate ſenſibili qđ ſcꝫ nec habebit colorẽ nec grauedinẽ neqꝫ aliquã ſilem ſenſibilẽ paſſionẽ ⁊c̃. ⁊ ita p diuiſionẽ derelinquent̃ corpa om̄o inſenſibilia. qđ eſt incõueniens. ꝑ pt in infinitũ diuidi qlitas ſenſibilis ad diuiſionẽ corpis in q̃ eſt ⁊ ſubiectat̃. Maior nota eſt. q̄ poſtqꝫ ſteterit diuiſio ſenſibiliũ qlitatũ corpus in q̃ ſubiectat̃ adhuc erit diuiſibile in ptes q̃ erũt corpa. Sed minorẽ ꝓbat phus dupłr. ducẽdo ad duplex incõueniens. Primũ eſt. q̄ cum eadeꝫ ſint pncipia cõſtitutionis ⁊ reſolutionis corpus ſenſibile eſſꝫ ex inſenſibilib' cõpoſitũ ⁊ ex mathematicis qđ falſuꝫ eſt. ex nihilo em̄ nihil fit. ⁊ ita ex non ſenſibili ſimplr. nõ pt fieri ſenſibile. Nec ex mathematicis fieri poſſunt. q̄a ma/thematica nõ ſunt pncipia corpoꝝ ſenſibiliũ. Secũdum incõueniẽs eſt ꝙ hmõi inſenſibilia nõ poſſunt a nobis cognoſci. q̄ nõ ſenſu cum ſint inſenſibilia. nec intelligibilia. q̄ nihil intelligit intellectus quod exterius ſenſu nõ appre/hendit̃. Nec valet ad ſoluendũ dictam dubitatõnem ꝙ dicat̃ vt q̄dam q̃ ſcꝫ om̄ia ſenſibilia ex indiuiſibilib' ꝯpo/ni dixerũt ⁊ magnitudines eẽ indiuiſibiles. hoc eẽ falſuꝫ oñſum eſt ſupius in ſmonib' de diuiſiõe mot'. ſ. vi. phyſi.

De ſolutõe aũt eoꝝ ſimul erit manifeſtũ. Et q̃re terminate ſpẽs coloꝝ ⁊ ſaporum ⁊ ſonoꝝ et alioꝝ ſenſibiliũ. Quoꝝ q̄dem em̄ ſi ſunt vltima neceſſe terminata eſſe q̃ intus. ꝯtraria autẽ vltima Om̄e em̄ ſenſibile hꝫ cõtrarietateꝫ. velut in colore album ⁊ nigrũ In saporib' dulce ⁊ amarũ. et in alijs vtiqꝫ om̄ibus. vltima ſunt que cõtraria. Continuũ quidẽ igit̃ ad infinita diuiditur inequalia. ad equalia vero finita. quod autẽ nõ ẜm ſe continuũ in ſpecies finitas. Om̄ ergo paſſiones q̄dem vt ſpẽs dicendũ. exiſtũt aũt in cõtinuitate et in his ſumendũ. q̄ quod poten/tia ⁊ quod actu aliud Et ꝓpter hoc decimũ milleſimũ milij latet viſum. q̄uis viſus ſupueniat et q̃ in dieſi ſonus latet. q̄uis cõtinuus exiſtẽs audit̃ om̄is cantus. diſtãtia vero interexiſten/tis ad vltima latet. Similiter aũt ⁊ in alijs ſenſibilib' parua om̄o. potẽtia nanqꝫ viſibilia ip/ſa. actu autẽ non. niſi quãdo ſepauerint. Etem̄ ineſt potẽtia que pedalis bipedi. actu itaqꝫ diuiſa Separate aũt tante ſupabundãtie rõnabiliter vtiqꝫ reſoluunt̃ in cõtinẽtia. velut minimus ſapor mari infuſus. q̄nimo qm̄ neqꝫ ſenſus ſupabũdantia ẜm ipam ſenſibilis nec ſeparata Potentia em̄ ineſt certiori ſupabũdantia. Nec tm̄ ſenſibile ſeparatũ erit actu ſentiri. ſed tñ erit ſenſibile. Potẽtia em̄ eſt. ⁊ actu erit adueniens Q̄ q̄dẽ igit̃ q̄dã magnitudines ⁊ paſſiones latẽt. ⁊ ꝓpter quã cãm. ⁊ q̄uo ſenſibilia. ⁊ q̄uo nõ dictũ eſt Cũqꝫ aũt vtiqꝫ inexiſtẽtia ſic quãta q̄dã ſint vt actu ſenſibilia ſint. ⁊ nõ ſolũ qđ in toto ſed et ſeorſum finita neceſſe eſt ẜm aliquẽ numeruꝫ et colores ⁊ ſapores ⁊ ſonos eſſe

¶ In hac tercia pte ſoluit phs dictã dubitatiõem dicẽs ꝙ dubitatõem dictam ſoluẽdo ſimul manifeſtabit̃ ꝙ fini/te ⁊ terminate ſint ſpẽs qlitatũ ſenſibiliũ ſcꝫ coloꝝ. ſapoꝝ ſonoꝝ ⁊ alioꝝ ſenſibiliũ. Anteqꝫ ergo dictã dubitationeꝫ ſoluat Primo oñdit qlitates ſenſibiles nõ diuidi in infinitũ q̃ ad ptes ſubiectiuas q̃ ſtꝫ ſpẽs eaꝝ ⁊ ptes ẜm formaꝫ. Et h tali rõe. q̄ qlitates ſenſibiles ſaltẽ vni' gñis ad inuicẽ ꝯriant̃. om̄e em̄ ſenſibile hꝫ ꝯriũ. In ꝯrietate aũt inueniunt̃ duo extrema vltima. q̃ necẽ eſt eẽ terminata. ꝑ extrema ſenſibiliũ qlitatuꝫ ꝯriaꝝ ſtꝫ finita q̄ duo. Et q̄ inter duo extrema fit mot' finit'. opꝫ media p q̃ eſt mot' eẽ finita. ⁊ ſic etiã erũt finita media inter duo ſenſibilia ꝯria Oſteſa ꝑ finitate ſpeꝝ ſeu ptiũ ſubiectiuaꝝ qlitatũ ſenſi/biliũ ſoluit dictã dubitatõem dicẽs in effectu qlitates ſenſibiles finitas eſſe q̃ ad ptes integrales ⁊ q̄ntitatiuas in q̃s p accñs diuidunt̃ ad diuiſionẽ corpoꝝ in q̄bus ſunt. Pro q̃ ſupponit tria. Primũ eſt qđ dcm̄ eſt. iij. phyſicorũ de infinito videlꝫ ꝙ qñ cõtinuũ diuidit̃ p ineq̄lia. tũc diuiſione tali fit ꝓceſſus in infinitũ vt dꝛ aliq̄d diuidi in duo et medietas iterũ in duo. ⁊ ſic de alijs ꝯñter. Si aũt diuidat̃ in q̄cunqꝫ eq̄lia vt in tres tercias. ⁊ in tres q̄rtas. ⁊c̃. vel in alia eq̄lia. Illa abſqꝫ dubio meſurabũt totũ. ⁊ talis diuiſio ſtabit. Scđm ſuppoſitũ eſt. Qđ ẜm ſeipm non eſt cõtinuũ. hoc nõ diuidit̃ diuiſione cõtinui niſi p accñs. ſed in ſpecies oppoſitas, et ergo non diuiduntur qualitates ſenſibiles ad diuiſionem cõtinui. ſed ſolum in partes ſubiectiuas p accidens. ergo ſolum ad diuiſionẽ cõtinui diuidunt̃ in quo ſunt. Terciuꝫ ſuppoſitum eſt ꝙ aliud eſt ſenſibile potentia aliud actu. Quod declarat phus per exẽpla. Primo de viſu Nam decimamilleſima pars milij non eſt actu viſibilis. ſed totum videtur cuius eſt ps Similit̃ ſcđo declarat hoc de auditu. Nã ſoni minima ps et ſoni minima dr̃ña que dꝛ dieſis grece ⁊ apud muſicos cõma cõmatis (exiſtẽs illud quo ſemitoniũ maius excedit ſemitoniũ minus) dꝛ actu inaudibilis. q̄uis ois hoc eſt

totus cantus audiaꝛ. cuius diaſis ps eſt. ⁊ ita totũ ſenſi-
bile eſt actu. ſed diſtãtia tñ minimaꝝ partiũ medij qđ in
tereſt latet. ⁊ eſt inſenſibilis ſm actuꝫ. Et ſiliter dđm ē de
ſenſibilib⁹ alijs alioꝝ ſenſuũ. q2 in oibus pua ſunt potẽtia
ſenſibilia ⁊ nõ actu ſicut bipedale ineſt potentia in pedali.
Albtus aũt aliter textũ exponẽdo ꝓbat h̄ ꝑ lociũ a mi
nori dicẽs. ꝙ greſſibile qđ ꝑ definitõem ꝯuenit homi qñ-
qꝫ potẽtia ⁊ virtute ineſt bipedi ⁊ nõ actu. ḡ id qđ eſt po
tẽtia ſenſibile pt fieri in actu ſenſibile. Qñ eñ abũdantie
et excellẽtie ſenſibiliũ ſepanꝛ. tũc reſoluunꝛ in cõtingentia
que ſtꝫ virtute tñ ſenſibilia ⁊ non actu. ſicut rheumon ſe-
paraꝛ ⁊ diuidiꝛ ſubtiliſſimus nari infuſus. q̄ etiã diuidiꝛ
in ea q̄ tñ potẽtia ſtꝫ odorabilia. Uel vt cõiter dici ſolꝫ
ſm ỽba text⁹ ꝑut in exẽplarib⁹ modernis hẽm⁹ ſic. ſ. Qñ
abũdãtie ⁊ excellẽtie ſenſibiliũ diuidũꝛ. reſoluũꝛ in ꝯtinẽ-
tia ſic minim⁹ ſapoꝛ infuſus mari Uñ cũ abũdãtia ipſi⁹
ſenſibiľ actu nõ ſit ſepata tũc ſentiꝛ ſenſibile. et q̄diu ꝑ di-
uiſionẽ ſenſibiľ manet ꝑtes ꝑ diuiſionẽ derelicte ſupabũ-
dãtes ad mouendũ ſenſum. tãdiu pñt eſſe actu ſenſibiles
ſed qñ diuidunꝛ in ꝑtes mĩmas actu nõ hñtes abũdan-
tiã mouẽdi ſenſum. tũc ſtꝫ potẽtia ſolũ ſenſibiles ⁊ non ac
tu. Ex q̄bus ſic ſuppoſitis ꝯcludit phs ꝑncipale ꝓpoſitũ
et ſolutõem dubij. ſ. ꝙ q̄dã magnitudines ⁊ paſſiões ſeu
ſenſibiles q̄litates latent ꝓpter paruitatẽ tãq̄ actu inſen
ſibiles. ſenſibiles tñ potẽtia. Quapropter q̄litates actu
ſenſibiles nõ poſſunt diuidi in infinituꝫ. ſed ſunt numero
determinate. vt determĩate ſtꝫ ꝑtes coloris ſaporis ⁊ ſo-
ni. Sed potẽtia ſenſibiles q̄litates. diuiſibiles ſunt ad di
uiſionẽ magnitudinis rerũ naturaliũ. ⁊ non ſunt numero
determĩate. Senſus igiꝛ ⁊ ſentire determĩata ſunt ſm ea
que actu ſtꝫ ſenſibilia. ⁊ nihilomin⁹ q̄litates ſenſibiles ſtꝫ
diuiſibiles ad diuiſionẽ corpoꝝ ſenſibiliũ in quib⁹ ſtꝫ. Et
nõ diuiduntur in inſenſibilia ſimpliciter actu et potẽtia.
ſed actu tñ. que tamen ſunt potentia ſenſibilia. et inq̄n-
tum potentia ſenſibilia. a nobis cognoſcibilia ſunt primo
ſenſu. ⁊ ex cõſequenti intellectu

## Incidũt dubia. Primũ

Utrũ q̄litas ſenſibilis ſit diuiſibilis. ¶ Et videꝛ ꝙ non.
quia eſt ſimplex forma que diuidi nõ poteſt Preterea.
quãta nõ eſt. ergo non eſt diuiſibilis. nihil eñ diuidiꝛ ni-
ſi quantũ ¶ Solutio. ſic. duplr. ſcꝫ ꝑ ſe in ꝑtes ſubiecti-
uas. ⁊ in ꝑtes integrales ꝑ accidens ad diuiſionẽ ſubiec
ti cui ineſt. Omis eñ ſenſibilis q̄litas q̄ eſt terminus al-
terationis eſt nata intẽdi et remitti extẽſione quãtitatis
ꝑter intenſionẽ ꝑ radicatõem eius in ſubiecto Ad rõ
nes Ad primã dđm. ꝙ licet nõ ſit diuiſibilis ꝑ ſe in par-
tes quãtitatiuas et integrales. vtiq̄ꝫ tñ ꝑ accidens diui-
di etiam poteſt in partes eſſentiales ⁊ definitiuas. vt di-
ctũ eſt. Non eñ dꝛ ſenſibilis q̄litas quaſi ꝑticulariter ac
cepta que diuidiꝛ in partes ſubiectiuas ſed ỽſiter accep-
ta ¶ Ad ſcđam patet ſolutio ex dictis. quia eſt ꝑ accñs
quanta et per accidens diuiſibilis.

## Secundum dubium eſt

Utrum ſit diuiſibilis in infinitũ. ¶ Et videꝛ ꝙ ſic. quia
ꝑ accidens eſt quãta. ergo diuidi pt per accidens in infi
nitũ. ¶ Solutio. non. Nec quo ad ꝑtes ſubiectiuas. nec
quo ad ꝑtes integrales. Nõ quantũ ad ꝑtes ſubiectias.
q2 ille ſolũ ſunt determinate. vt pꝫ inductiue de ſenſibili-
bus q̄litatib⁹ omniũ ſenſuũ tam viſus q̄ꝫ auditus ⁊ alio
rum ſenſuũ. Et hoc quidẽ verũ eſt ſi loquamur de parti
bus que accipiunꝛ ſm debitã ꝓportionẽ. vt ſupra dictuꝫ
eſt. ⁊ que ſunt determinate ſpẽi ab extremis. q2 alˢ inter
cõtraria poſſent accipi infinite ꝑtes ſm potẽtiam. nõ ſo-
lũ ex ꝑte ſpacij qđ eſt in genere quãtitatis et eſt quãtitas
in mobili. ſed quantũ ad intenſionẽ forme que formaliꝛ
in motu fluit. Nec etiã quantũ ad ꝑtes integrales quas
hꝫ ꝑ accñs. q2 in illis ꝑtibus q̄litas ſenſibilis finitatẽ ha-
bet ⁊ infinitateꝫ ſm exigentiã ſubiecti ſeu rei naturalis in
qua eſt. Res autẽ naturalis finita eſt. ⁊ iõ nõ pt diuidi in
infinitas ꝑtes eiuſdẽ quãtitatis. In ꝑtes aũt eiuſdẽ pro
portionis diuidi pt res naturalis ⁊ q̄litas ſenſibilis in ea
exiſtẽs in infinitũ ſub rõne corporis mathematici. ⁊ ſub rõ-
ne phyſica ⁊ generica ꝑut nõ eſt ꝑ ſpẽm determĩata. cuꝫ
q̄litas ſenſibilis nõ eſt in corporib⁹ ꝑut ſunt ꝯſideratio-
nes mathematice ſed phyſice. Ideo ad diuiſionẽ corpoꝝ
ſm rõem mathematicã non pt q̄litas ſenſibilis diuidi in
infinitũ ſeu in infinitas ꝑtes. Uerum q2 q̄litas ſenſibilis
non cõſeq̄tur rem naturalẽ ſm ꝙ ꝑ ſpẽm determĩata eſt.
ſicut ꝓprietates ſequẽtes ſpẽm. Ideo videꝛ velle Albtus
ꝙ poſſit q̄litas ſenſibilis in ꝑtes infinitas diuidi ſm po-
tentiã. nõ ſolũ nobis ⁊ quo ad nos ſed ſimplr. Sicut ex-
preſſe habet Areſtoteles ſexto phyſicoꝝ. q̄ loquens de al
teratione que eſt ad q̄litates ſenſibiles dicit ꝙ in alterati
one aũ oĩe alteratũ eſt alteratũ eſſe in cõmuni. ⁊ nõ eſt da
bilis ꝑma alterationis pars. Licet ergo q̄litas ſenſibiľ nõ
poſſit in infinitũ diuidi ꝑut eſt in aliqua re naturali deter
minata ꝑ ſpẽm. tñ rõe ſui ſubiecti cõis. phyſice accepti pt
diuidi in infinitũ in ꝑtes eiuſdẽ ꝓportionis. q̄ tñ oẽs ꝑ di
uiſionẽ accepte nõ ſunt actu ſenſibiles ſed potẽtia vel ac
tu. Si aũt ꝯtrariũ dicaꝛ ſequeꝛ ꝙ fieret ex nõ ſenſibilib⁹
actu ⁊ potentia aliqđ ſenſibile. ⁊ ita aliq̄d fieret ex nihilo
qđ falſum eſt ⁊ impoſſibile. Nõ ḡ videꝛ dicendũ ſicut q̄-
dam aũt hunc textũ exponentes. ꝙ q̄litas ſenſibilis non
poſſit in infinitũ diuidi in ꝑtes eiuſdeꝫ ꝓportionis. Nam
deꝛ ps indiuiſibilis. ſi ergo diuidatur corpus in quo eſt ⁊
manet ps q̄litatis indiuiſibilis tũc ſenſibile erit cõpoſituꝫ
ex mathematicis qđ eſt platonizare. ⁊ ꝑ ꝯñs illa ps indi
uiſibilis eſſꝫ integraliter ex partib⁹ corporis inſenſibilibus
actu ⁊ potentia. Nam mathematica nec actu nec poten
tia ſunt ſenſibilia vt hmõi. Si aũt diuidaꝛ ergo nõ eſt in-
diuiſibilis. ¶ Aduertendũ tamẽ ꝙ nõ ſolum eſt diuiſibi
lis in infinitũ modo nunc dicto ſenſibilis qualitas ſm ꝙ
eſt q̄nta ꝑ accñs extẽſiue. ſꝫ etiã ꝙ eſt q̄nta intẽſiue. eo ſiq̄-
dẽ mõ eſt diuiſibiľ ſicut q̄nta Sed ꝯ. potẽtia ſenſitiua
et act⁹ ꝓportionanꝛ obiectis q̄ ſtꝫ ſenſibiles q̄litates. ſꝫ po
tẽtie ſtꝫ determĩate. ꝯſequunꝛ eñ ſpecificã formã Solo.
potẽtie ꝓportionanꝛ obiectis ſm ꝙ ſtꝫ in actu. et ita ſtꝫ ꝑ-
tes q̄litatis actu ſenſibiles. etiã actu determĩate ſic ponẽ

## Tercium dubium eſt

Utrũ ꝑtes q̄litatis ſenſibiľ ſint ꝑus ſenſibiles q̄ꝫ tota q̄li-
tas ¶ Et videꝛ ꝙ ſic. q2 totũ hꝫ eẽ ex ꝑtib⁹. tota ḡ ſenſibi
lis q̄litas erit ſolũ ſenſibilis ꝑ ꝑtes ¶ Solõ. nõ. Cui⁹ rõ
eſt. q2 ꝑtes in toto hñt eẽ in potẽtia. qñ aũt ſepanꝛ accipi-
unt eẽ actu. ⁊ cũ nihil ſentiꝛ niſi in actu. iõ ꝑtes ſenſibilis
nõ ꝑus ſentiunꝛ toto. ſed totũ ꝑ ſe ſentiꝛ. ⁊ ꝑtes ꝑ ꝯñs in-
q̄ntũ ſunt in toto ⁊ ſub actu totius. Ex quo patꝫ falſitas
dicti q̄rundã mathematicoꝝ dicentiũ. ꝙ nullum totũ ſi-
mul videaꝛ. ſed ꝙ viſus currat ꝑ ꝑtes ipius viſibilis qua
ſi videre eſſet cõtinuũ ſicut ⁊ moueri. Decipiunꝛ eñ illi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ ꝑtes ꝯtinui viſibilis nõ ſunt actu viſibiles. ſed ſolũ potẽtia. Vñ viſus vtit̃ quodãmodo toto viſibili tanq̃ quodam indiuiſibili in ſuo gñe. nõ quidẽ vt indiuiſibili ſimplr. ſʒ vt potẽtia eſt diuiſibile. actu indiuiſum. Verum tñ ꝯtingit viſum vti ꝑtib⁹ viſibilis indiuiſi. q̃ſi eſſet diuiſuʒ. ſicut dũ ſigilla tũn inſpicit vnã ꝑtem poſt aliã. ſed tñ ſic nõ ꝓcedit vſq̈ ad q̈ſcũq̈ minimas ꝑtes. ꝙ ſit̃ dabiles adeo ꝑue q̈b⁹ minores videri nõ pñt. Ille tñ minores dabiles ſit̃ potẽtia viſibiles. licet nõ actu. ¶ Ad rõem dõm. ꝙ licet qualitas ſenſibilis tota accipiat eẽ ex ꝑtib⁹. nõ tñ vt actu ſenſibilib⁹. ſed ſolũ potẽtia. vt dcm̃ eſt. Vñ vt potẽtialiter eſt in q̈libet ꝑte ſenſibili. nõ eſt totũ ſenſibile. Sed ꝑ actũ ꝓpriũ. quẽ nõ hʒ ex ꝑtib⁹ ſeorſum ſumptis. ſed ſil̃ ſumpt̃ et vnitis. q̃ nihil aliud ſit̃ q̃ totũ integrũ ſm̃ eſſe integri vt hmõi acceptũ. ꝙ totũ pt habere eẽ in actu ꝑ ſpẽalem formã ꝑ quã diſtinguit̃ a ꝑtib⁹ ſil̃ collectis. Etiã diſtinguit̃ a ꝑtib⁹ ſil̃ ſumptis. ſʒ non vnitis. ⁊ ꝙ vt ſic eſt ſenſibile in actu. quia vt ſic diuiſuʒ. ideo ꝑtes tam ſimul ſumpte q̃ ſeorſum ſumpte ſentiunt̃ ꝑ ꝯñs ſcʒ rõne totius

Obijciet ãt vtiq̈ aliq̈s Aut ꝑueniũt ſenſibilia vel motus q̃ a ſenſibilib⁹ q̃litercũq̈ fiat ſenſus cum operent̃ in mediũ ꝑmo. quẽadmoduʒ odor videt̃ facere ⁊ ſonus. Propius eñ prius ſentit aliq̃d odorẽ. ⁊ ſonus poſterius ictu. Venit ne ergo ita ⁊ viſibile ⁊ lumẽ. Quẽadmoduʒ et Empedocles dr̃ attingere ꝑus qđ a ſole lumen ad mediũ priuſq̃ ad viſum aut ad terram Putabit̃ aũt vtiq̈ hoc ratõnabiliter accidere. Motũ eñ videt̃ ab aliquo in aliud. Quare neceſſe eſt quoddã tẽpus eſſe in quo mouetur ab altero in alterũ. Tẽpus autem omne diuiſibile quare erat quãdo videbatur: ſed adhuc ferebatur radius in medio

¶ Iſtud eſt ſcđm caplm. In quo ph̃s ſoluit ſcđam queſtionẽ que ꝑtinet ad immutatõem ſenſus a ſenſibili. Et diuidit̃ in duas ꝑtes. In ꝑma ꝑte mouet queſtionẽ. In ſcđa eam ſoluit. Scđa ibi (Vel circa ſonũ quidem.) Prima pars ſubdiuidit̃ in duas ꝑticulas. In ꝑma mouet q̃ſtionem. In ſecũda remouet quandã falſam obiectioneʒ. Scđa ibi (Etſi oĩe ſimul audit. Quantũ ad primã ꝑticulã mouet hanc queſtionẽ An oĩa ſenſibilia quantũ ad motũ quo immutãt ſenſum ꝑueniãt ad ſenſum ſubito vel ſucceſſiue. Ita ꝙ ꝑus immutãt mediũ q̃ ſenſum. Quẽadmodũ odor ⁊ ſonus que ſunt ſenſibilia olfactus et auditus ſucceſſiue veniunt ad ſenſum auditus ⁊ olfactus. Prius eñ odor de ꝓpinquo ſentitur q̃ de remotis. Sonus etiam poſterius venit ad audituʒ q̃ fiat ꝑcuſſio cauſans ſonũ. Dubiũ ergo ⁊ difficultas ſolũ ſtat in hoc. An viſibile ⁊ lumẽ ꝑus immutẽt mediuʒ q̃ viſum ſicut videt̃ dixiſſe Empedocles q̃ poſuit ꝙ lumẽ ſolis ꝑus ꝑueniat ad mediũ q̃ ad viſum. ⁊ ꝑus ad viſum q̃ ad terram. plus diſtantẽ a ſole q̃ viſus. Et ꝓ ꝑte affirmatiua queſiti arguit ph̃s tali rõne. Viſibile venit ad viſuʒ mediãte motu q̃ eſt de termio a q̃ in terminũ ad quẽ. g̃ neceẽ eſt eſſe quoddã tẽpus in quo mouet̃ de termino a quo in terminũ ad quẽ. Tempus aũt oĩe eſt diuiſibile. ⁊ eſt diuiſio talis in tpe qualis eſt in ſpacio. ſi eq̃li velocitate mobile moueat̃. ⁊ ideo minus ſpaciũ citius ⁊ prius ꝑtranſit q̃ maius. et ſic in ꝑma ꝑte tpis eſt in ꝑma parte ſpacij. et prius in medio q̃ in fine. Cũ ergo radius ⁊ lumẽ ſeu viſibile ꝑ mediũ veniant ad viſum. iđ q̃ñ nondũ venerũt ad viſum ꝑus fuerunt ⁊ mouebant̃ in ſpacio medio.

Etſi omne ſil̃ audit ⁊ audiuit ⁊ oĩno ſentit et ſenſit et, non eſt generatio eorum. ſed ſunt abſq̈ fieri. tamen nihil minus quẽadmodũ ſonus iam facto ictu nondũ apud auditum. Manifeſtat aũt hoc ⁊ litterarꝫ traſfiguratio quẽadmodũ facta latione in medio. Non eñ dictũ videtur audiuiſſe ꝙ traſfiguraẗ aer delatus. Sic ergo et color ⁊ lumẽ Non eñ in eo q̃d q̃ñocunq̈ habet hoc q̃dem videt. hoc vero videt̃ quẽadmodũ equalia ſunt. Nullum eñ optet alicubi vtrunq̈ eſſe. equalib⁹ enim factis nõ differt vel prope vel longe ad inuicem eſſe

¶ Hic ꝯñter ph̃us remouet quandã obiectiõem dicẽs ꝙ ſi aliquis dicat ꝙ tota forma ſenſibilis ſimul veniat ad ſenſum et non pars eius vna ꝑmo ⁊ poſtea alia. totus eñ ſonus ſimul auditur ⁊ nõ per partes et ſonũ hunc totuʒ ſimul audit ⁊ audiuit. ⁊ vniuerſalit̃ totum ſenſibile in q̈libet ſenſu ſimul accipit̃. ita ꝙ ſimul ſenſus quilibet ſentit et ſenſit. Hoc nõ impedit dictã rõnem Nec refert quia de tota forma ſenſibili querit̃ quomõ veniat ad ſenſum. Licet eñ ſenſibiliter non ſit ſucceſſiua generatio ſenſibilis qualitatis in ſenſu ſm̃ eſſe quod habet in ſenſu ꝑ ſpẽm et intentionem. quia ſcʒ ſic eſt abſq̈ fieri ſucceſſiuo et tota forma ſenſibilis eſt ſimul in ip̃o ſenſu. tamẽ qualitas ſenſibilis venit ad ſenſum ſucceſſiue ꝑ medium. licet totũ ſenſibile ſimul moueat̃. Sicut patet de ſono veniente ad auditum ſucceſſiue quãdo iam ꝑ aliquod tẽpus factus fuit ictus ꝑmi ꝑcutientis. Probat etiã ⁊ manifeſtat hec figura litterarꝫ que fit in aere moto localiter. Nã vox litterata diu ⁊ lõge dicta non ſtatim auditur. q̃ñ dr̃. Sed iđ ſonus totus ſucceſſiue venit ad auditũ. q̃m aer in quo ẽ ſonus transfert̃ circulariter ꝑ locũ ſucceſſiue ad auditũ Ergo etiã ſic erit de lumie ⁊ colore dicendũ ꝙ ſcʒ veniãt ſucceſſiue ad viſum. Quod cõfirmat. ꝙ licet viſus ⁊ viſibile ſint relatiua. nõ tamẽ talia qualia relatiua ſunt equalia Equalia eñ ſunt eq̃lia ⁊ ad inuicẽ eq̃liter referunt̃ relatõne equalitatis ex quacunq̈ diſtãtia. ſed ſic non eſt de viſu et viſibili. Viſus eñ nõ videt quodcũq̈ viſibile. ⁊ viſibile non videtur actualiter ſemꝑ a viſu. vt ſic actu ad inuicem referantur. quia non referuntur ſic ad inuiceʒ niſi ex determinata diſtantia viſus ⁊ viſibilis.

Vel circa ſonũ quidẽ ⁊ odoreʒ hoc accidere rõnabile. quẽadmodũ enim aer ⁊ aq̃ cõtinua q̃dem. partibiles autẽ amborꝫ motus. ꝓpter q̃d et eſt quidẽ vt ideʒ audierat ꝑmus ⁊ extremus et odoret. eſt aũt q̃ñ nõ Videt̃ aũt q̈buſdã eẽ obiectio ⁊ de his. Impoſſibile enim dicũt quidã alium ꝑ alium idem audire ⁊ videre ⁊ odorare. non enim poſſibile eſſe multos et ſeorſum exiſtentes audire et odorare. Intercipiens eñ ipſum ipſius eſſe vel mouens primũ puta tota

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

num vel thus vel ignē eundē et vnum numero ſentiūt oēs. Id aūt quod iā propriū alterū numero. ſpecie aūt idem. quare ſimul multi vidēt et odorāt ⁊ audiūt. Sunt autē neqꝫ corpa hec. ſed paſſio ⁊ motus quidā. Nō eñ vtiqꝫ hoc accideret. neqꝫ ſine corpe. De lumie aūt alia eſt rō Per ineſſe eñ aliqͩd lumē eſt. ſed nō motus aliqͩd. Oino aūt nec ſilr in alteratione ſe hꝫ ⁊ latione. Lationes nāqꝫ rōnabiliter in medio ꝓus attingūt. Videt̄ aūt ſonus eſſe lati cuiuſdaꝫ motus. Quecūqꝫ vero alterant̄ nō adhuc ſilr. contingit eñ ſil' totū alterari. ⁊ nō dimidiū prius: velut aquā ſil' oēm coagulari. Attñ ſi fuerit; multū qꝺ calefit aut coagulat̄. habitū ab habito patit̄. Primū aūt aut ipo faciēte trāſmutari neceſſe eſt ſil' alterari ⁊ ſubito. Eſſꝫ aūt vtiqꝫ ⁊ guſtare queādmodū odoꝛ ſi in humido eſſem⁹ et remoti⁹ añ tāgere ipm ſentirem⁹. Rōnabilit' aūt quoꝝ eſt intermediū ſenſitiuū non ſil' oīe pati niſi in lumine ꝓpter ꝑdicta. ꝓpter hoc autē ⁊ dicimus videre. Lumen autem facit videre.

¶ In hac ſcꝺa pte ꝑncipali ponit .p. verā ſolutionē dicte dubitatōis. Et in effectu ſolo ſtat in hoc ꝙ oīa ſenſibilia ꝗ ſentiunt̄ ꝑ mediū extrinſecū ꝓus imutāt mediū ꝗꝫ ſenſum excepto ſenſibili ſenſus viſus .ſ. lumie ⁊ coloꝛe ſeu viſibili. Et ꝓ euidētia hui⁹ ſolutōis ponit .p. duas dr̄ās lumis ⁊ viſibil' ad q̄litates ſenſibiles ipius audit⁹ ⁊ olfactus ſcꝫ odoꝛes ⁊ ſonos. Prima ē ꝙ rōnabile eſt h̄ accidere circa ſonū ⁊ odoꝛē .ſ. ꝙ ſucceſſiue veniāt ad ſenſuꝫ ſuū qꝛ aer ⁊ aq̄ ꝗ ſunt media ſoni ⁊ odoꝛis .lꝫ ꝯtinuitatē habeant a ꝑmo ſonāte ⁊ odoꝛem ſpirāte vſqꝫ ad ſenſum. tñ in eis ſtꝫ motus ſucceſſiui ſm ptes ſuas ſm ꝙ ꝑ aerem et aquā odoꝛ ⁊ ſon⁹ diffundunt̄ queādmodū fit in motu ꝓiectōis de ꝗ dcm̄ eſt .viij. phyſicoꝝ ꝙ ſint multi mot⁹ ſibi ſuccedētes ꝓpter diuerſitatē ptiū medij ſuꝑ ſe inūdantiū et ſicut in motu ꝓiectōis idē ē ꝓiectū qꝺ diuerſis motib⁹ ſucceſſiue mouet̄ ita cū ſon⁹ ⁊ odoꝛ ſic ꝗdāmō veniāt ſucceſſiue ꝑ mediū videt̄ ꝗdāmō idē ſon⁹ quē audit ſtans ꝓpinqui⁹ iuxta ꝑmū ſonās ⁊ ꝗ extrem⁹ eſt ⁊ diſtātioꝛ. et ꝗdāmō nō idē. ⁊ ſilr videt̄ idē odoꝛ quē ꝑcipit ꝓpinqͦꝛ odorabili et diſtātioꝛ. ⁊ ꝗdāmō nō idē. Quō aūt ſit idē ſon⁹ a diuerſis ſic auditus et quomō nō idem. ⁊ ſilr quō odoꝛ idē ⁊ nō idē declarat ꝯñr .p. dicēs ꝙ ꝗbuſdā videt̄ impoſſibile ꝙ idē nūero ſenſibile ꝑ aliā ⁊ aliā ptē medij. audiat̄. videat̄. vl' odoꝛet̄. Quia forma ſenſibil' eē ꝗddā hꝫ in medio. Ois aūt forma diuerſificat̄ ſm diuerſitatē ei⁹ in ꝗ ē. Cum igit̄ diuerſe ptes medij ſint diuerſa ſubiecta nō pt idē ſm idē eē in diuerſis ptib⁹ medij. Et ita nō pt idē ſonus ferri ad aures diuerſoꝝ. ⁊ idē odoꝛ ad olfactū diuerſoꝝ. etiā ſilr ꝗdāmō diſtantiū. Nec eſt ſile de ꝓiecto. qꝛ ꝓiectū idē manet. qꝛ nō hꝫ eſſe formale in medio ſicut ſon⁹ et odoꝛ. Licet ḡ mouēs ꝑmū ſcꝫ ſonās vel odorabile. ſcꝫ totanū vel thus ſit idē numero. intercipit̄ tñ in medio ⁊ diuerſificat̄ ſtatim ⁊ multiplicat̄. Et ſilr lumē ſic diuidit̄ ſm ptes ab inuicē diuiſas. Et ſic ꝑcipit̄ a diuerſis ſentientib⁹ idē ſenſibile ſpē. ſed nō numero. ⁊ ita eſt idē ſpē ⁊ nō idē numero Nō eñ hmōi forme ſenſibiles ſunt corpa ſicut ꝓiectū. ſed paſſiones ⁊ motōes formales ꝑmoꝛum ſenſibiliū. ⁊ hoc eſſe nō habēt ſine corpe. neqꝫ idē eſſe in diuerſis corpibus. Sic ḡ nō ꝯtingit ſil' ⁊ ſubito audire ⁊ olfacere ſed ſucceſſiue. Sed ſonus ⁊ odoꝛ in medio ſunt añ ꝗꝫ in ſenſu. ⁊ ꝓus in vna pte medij ꝗꝫ in alia. De lumie āt et viſibili eſt alia rō. In eo eñ ꝙ aliqꝺ aliud eſt. lumen eſt nō quidē ꝙ ſit relatiuū. ſed eſt ad aliqͩd ꝓ eo. qꝛ ſp eſt alicui⁹ .ſ. mot⁹ localis lumioſi corpis ⁊ illi⁹ finē ꝯſeqͥtur illuīatio ꝑſpicui ſubito. ⁊ ita lumē diffundit̄ in inſtāti. et ē alteratio ſubitanea ꝗ ſil' eſt cū mutato eē motus local' corporis lucidi. Scꝺa dr̄ña ſumit̄ ex diuerſitate motus local' ad motū alteratōis ⁊ vnius alteratōnis ad aliā. Vñ dr ꝙ nō eſt ſile de alteratōe ⁊ motu locali ꝗ ad eſſe ſucceſſiuū Quod ꝓbat. qꝛ ois motus localis eſt ſucceſſiuus ⁊ ꝓus mobile eſt in vna pte medij ꝗꝫ in alia. ⁊ ita cū ſonus fit cū motu locali ⁊ eſt alicuius localit' moti ſcꝫ aeris. ideo diffuſio eius neqͥt eſſe inſtātanea. Sic aūt nō eſt in alteratōne q̄liter. Cōtingit eñ ſil' totū mobile alterari. ⁊ non dimidiū ꝓus vel vnā ptem añ aliā ſicut ꝯtingit totaꝫ aquā ſil' cōgelari ſeu coagulari. Et ſilr dici poſſet ꝙ ꝯtingeret aliqꝺ ſm ſe totū ſil' calefieri vt qñ multuꝫ de aq̄ ſil' coagulat̄ vel calefit. tūc eñ vnū habitū trāſmutat̄ ab altero. hoc ē vna ps magna ſeu multa coagulata vel calefacta ſil' coagulat̄ ab altera ſibi ꝓxima ꝗ ſe hꝫ ad aliā ſicut qꝺdā habitū. Et qꝛ ꝑma ps alterata eſt tota ſil' ſine ſucceſſione ptiū ſuaꝝ. iō ps tota ſil' ſubiecto alterata eſt. Nō eſt tñ neceſſariū oīa ſil' alterari ⁊ ſubito qꝛ nō ois alteratio facta ē a fine motus alicui⁹ ⁊ nō ab ipo motu. Si eñ ſubito fieret ois alteratio. tūc etiā guſtatio ſiue guſtabil' diffuſio in humido lingue eſſet ſil'. ⁊ odoꝛis diffuſio in medio in humido aeris ⁊ aq̄ qꝺ falſum eſt. qꝛ in iſtis medijs ſentim⁹ odoꝛes ⁊ ſapoꝛes ꝓus in eo qꝺ remoti⁹ eſt alibi añqꝫ tangamus ipm in ſenſu. qꝛ ꝓus ꝑcipit ꝓpe ſtās ꝗꝫ ſtans longe. ⁊ ḡ qñ lōge ſtamus depꝛehendimus ſigno ſenſibili formā ſenſibilis ꝓus eſſe in ꝓpinquo ꝗꝫ in remoto Cōcludit ḡ ex oib⁹ his .p. ꝙ rōnabile ē dicere ſenſibilia ꝗ imutāt ſenſum ꝑ mediū extrinſecū in ꝗ hñt aliqꝺ eſſe. nō ſil' totū ſine ſucceſſione ptiū eſſe in medio. ⁊ in ſenſu. ꝑter lumē ⁊ q̄litates viſibiles. ſcꝫ coloꝛes. que tamē non agunt in mediū ⁊ ſenſum niſi ratione luminis. ⁊ ita rōe luminis ſubito imutant. lumen eñ facit videre coloꝛes

## Incidūt dubia. Primū

Quid mouit Empedoclem ad dicenduꝫ viſibile prius eſſe in medio ꝗꝫ in ſenſu. et prius in parte medij ꝗꝫ in toto. ¶ Solutio. quia dixit lumen et radiū luminis eſſe corpus. Oē aūt corpus mouet̄ in tempoꝛe. vt ꝓbatum eſt ſexto phyſicoꝝ. Et quod in tēpoꝛe mouetur taleꝫ habet diuiſionē in tpe qualē in ſpacio ſi eque velociter moueat̄. et iō ad minus ſpaciū ꝑuenit citius. ⁊ ad maius tardi⁹.

## Secundum dubium eſt

Quare non mouet phus difficultatem de ſenſibilibus ſenſus tactus. ⁊ guſtus. ſicut de ſenſibilibus alioꝛū triuꝫ ſenſuum. ¶ Solutio. quia ſenſus guſtus et tactus ſentiunt per medium intrinſecum. et ideo de ſenſibilibus illoꝛum ſenſuum nō eſt difficultas. quia ſimul ſunt in medio et ſenſu. Sed alij tres ſenſus ſentiunt ſua ſenſibilia per medium extrinſecum. ⁊ ideo de illis difficultas eſt. et maxime de qualitatibus viſibilibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sed ɔtra. dr in fine textus ꝙ ſapores ſicut odores diffundunt̃ p̱ mediũ ſucceſſiue ¶ Solo. vtriqʒ verũ eſt ſapores ſucceſſiue in humido diffundi vt dr in textu. qr ſtʒ q̃litates ɔtrariũ hñtes. extẽſibiles etiã ad extẽſionẽ ſubiecti. ⁊ ſilr dr de q̃litatib; tãgibilib;. Sʒ non eſt tñ tẽporalis ordo prioritatis quo prius ſit in medio q̃ʒ in ſenſu. cuʒ medium ſit intrinſecum organo

# Tercium dubium eſt

Utrũ audiẽs ſil' audit ⁊ audiuit. vel aliq̃ ſenſu ſentiẽs ſil' ſentit ⁊ ſenſit. ¶ Et videt̃ ꝙ nõ. qr intellectus noſter intelligit cũ cõtinuo ⁊ tpe. g̃ maxime ſenſus ſentit tpe cõtinuo. actus aũt q̃ ɔtinuo tpe mẽſurat̃ nõ hʒ ſil' fieri ⁊ factũ eſſe. ⁊ ita cũ ſentire ſit in tpe non vident̃ ſil' eſſe ſentire et ſenſiſſe. ¶ Solo. cuiuſlibet ſenſus ſentire ſil' eſt cuʒ ſenſiſſe. vt dr phs in textu. Cui⁹ rõ eſt. qr in om̃i mutatõe inſtãtanea. ſil' in nũc tpis ſtʒ mutari ⁊ mutatũ eſſe. Nũc tpis dico qr inſtãti nature mutatio mutatũ eẽ precedit. cuʒ ergo ſentire ſit inſtãtaneũ ⁊ in nũc tpis fiat. ſimul ſunt in ſtanti tpis ſentire ⁊ ſenſiſſe. licet nõ inſtãti nature ¶ Ad rõem dcm̃ ꝙ ſentire accipit̃ duplr. Uno mõ put eſt patiẽdo formã rei ſenſibilis ſuſcipe ⁊ ſic fit in inſtãti tẽporis Scdo mõ accipit̃ p actõe hmõi paſſionẽ ſequẽte quo ſentire dr q̃ de ſenſibili ſenſibile iudiciũ hʒ. ⁊ hoc mõ fit cũ cõtinuo tpe. ſicut cuiuſlibet potẽtie organice opatio. licʒ em̃ paſſio firmata ſit in eodẽ motu cũ actiõe. ⁊ p ɔñs rõe motus ſeu mutatõis. inſtãtanea ſit paſſio vel tpalis. ⁊ etiam actio. ⁊ ecõuerſo. vt ſi in mutatõe fundent̃ ſunt inſtantanee. etſi in motu ꝓprie dicto ſunt ſucceſſiue. tñ q̃a ſentire nõ eſt actio inferẽs paſſionẽ ſenſus a ſenſibili ſed eã ſequit̃ Ideo nõ repugnat actionẽ ſentiẽdi tpalem eẽ ⁊ paſſionez eſſe inſtãtaneã. Et rõne iſtius actõis tpalis ſentiẽdi tam interiori q̃ʒ exteriori ſenſu dr intellectus humanus intelligere cũ ɔtinuo ⁊ tpe. Uerũ tñ ꝓprie intellectus nõ dicit̃ intelligere cũ cõtinuo ⁊ tpe q̃ſi intellectio dicat̃ mẽſurari tẽpore vel etiam potẽtia ſenſitiua ſibi ſubſeruiens. Sed quia non intelligit ſine phãtaſmate. phãtaſma aũt eſt rei tẽporalis ⁊ cõtinuitatẽ quantitatis habentis

# Quartum dubium eſt.

Utrũ idem ſonus numero veniat ad aures diuerſorum. ¶ Et videt̃ ꝙ ſic. qr diffuſio ſoni fit p modũ motus ꝓiectorum. vt dr. p. ſed ꝓiectũ ẽ vnũ ⁊ idẽ nũero in toto motu. g̃ ſonus erit vnus numero. Et hoc ɔfirmat̃ dicto platonis dicẽtis. Unũ ⁊ idẽ verbũ numero fieri in aurib; diuerſorum. ¶ In oppoſitũ eſt dcm̃ phi ⁊ pluriũ aliorum dicentiũ hoc eſſe impoſſibile. ¶ Solo. diſtinguendũ eſt de ſono. Nã ſonus accipit̃ duplr. Uno mõ ẽm eẽ reale qd hʒ in medio p motũ localẽ. Scdo modo ẽm eſſe intẽtionale. Primo mõ ſonus accipit vnitatẽ numeralẽ ab aere velut a ſubiecto. ⁊ ꝓpterea ſi aer maneat ɔtinuus videtur eẽ ⁊ manere ſonus vnus numero. ſed ad diuiſionẽ aeris diſcõtinuat̃ ſonus. Uerũ ſi aer cõtinuus mãſerit. ⁊ tñ ſon⁹ nõ ſit in aere ẽm vnũ motũ. iterum nõ erit vnus ſonus. ſicut nõ eſt vna albedo q̃ eſt in diuerſis ptib; parietis indiuiſi. dũ modo fuerit ſitualis diſtinctio albedinis. Et qd plus eſt ſi motus localis quo defert̃ ſonus in aere ſit p diuerſas inundatões multiplicatus tũc etiã neccãrio erit ſon⁹ multiplicatus iuxta inundationes diuerſas ſicut motus ibi multiplicat̃. Nõ eſt em̃ aer ſubiectũ qd ipſius ſoni. niſi per ſubiectum q̃. qd eſt motus violẽtus ipſius aeris Et quia non venit ad aures diuerſorum ſub continuitate ⁊ vnitate vnius motus aeris. idõ nõ eſt vnus ſonus ad diuerſas aures ꝓlatus. Si vero cõſideret̃ ſcdo mõ. tunc dcm̃ ꝙ ali⁹ ſit ⁊ alius numero. ⁊ ẽm illos q̃ dicunt intentiõem ſoni in medio ſubiectari. Scdm̃ illos aũt q̃ dicũt intentiõem nõ indiuiduari p mediuʒ nec habere eſſe numerale in medio. cõtrariũ dici pt. Unñ ꝓprie ẽm illã opinionẽ loquẽdo intentio nõ dr habere vnitatẽ numeralẽ. Illa em̃ cõpetit reb;. intentio aũt nõ eſt res ſed rei intentio ſeu ſilitudo. ⁊ idõ nõ hʒ rei realis vnitatẽ neqʒ diuerſitatẽ. ſicut nec virtus ad rem dr eſſe res ſed ad rẽ. ¶ Ad rõem dcm̃ ꝙ nõ eſt ſimile. qr proiectũ velut res q̃dam mobilis manet vna ⁊ eadem p totũ motũ. ſed ſonus nõ eſt id qd mouet̃. ſed aer. ſonus aũt exiſtẽs in aere moto eſt in aere ipo. ſicut accñs in ſuo ſubiecto et ſicut paſſio ex eius motu cauſata. ita ꝙ eſſe ſoni et eſſe motus ſimul ſunt. ¶ Ad dictũ aũt platonis dcm̃ ꝙ ea facilitate qua aſſumitur cõtemnitur

# Quintum dubium eſt

Utrũ lumẽ ſit ad aliquid ſicut videt̃ innuere phs in textu. ¶ Solo nõ. cũ ſit q̃litas ſimplex p̃mi corporis alterantis habẽs ſe p modũ habitus vel diſpõnis. talis aũt nequit eſſe ad aliq̃d niſi forſan fundamẽtaliter. Et ſilr nec viſibile qd eſt in actu p lumẽ dr ad aliq̃d niſi ẽm ꝙ refert̃ ad ſenſuʒ viſus ſub rõe obiecti nec vt ſic ẽ ad aliq̃d ẽm eẽ ſed ẽm dici. ¶ Ad rõem dcm̃ ꝙ lumẽ dr ad aliquid ſicut ad motũ localẽ corporis lucidi. nõ q̃ſi motũ ſequat̃ vt cõtinu⁹ eſt. ⁊ vt eſt in rõne mutari acceptus ſed rõe mutati eſſe. ſeq̃tur em̃ finẽ motus qui cũ ſit indiuiſibilis ⁊ in momento. g̃ etiã illuminatio indiuiſibil' eſt et in momẽto. Unñ p hoc ꝙ corpus lucidũ cõtinue mouet̃ non ſeq̃tur ꝙ luminis diffuſio ſit ɔtinua. qr lumẽ fit pñs medio ſil' ⁊ in inſtãti p tota pte ad quã extẽdit ſe vis illumĩatiua corporis lucidi. vt eo inſtãti q̃ ſol pñs ẽ hemiſperio. totũ ẽ ſubito illumĩatũ.

# Sextum dubium eſt.

Utrum cõtingat aliquã alteratiõem eſſe inſtantaneam. ¶ Et videt̃ ꝙ ſic. Nã illumĩatio inſtãtanea ẽ Et cõfirmat̃ auctoritate phi in textu adducẽtis etiã de hoc exemplũ de ɔgelatõe. ɔtingit em̃ inq̃t totam aquã ſil' ɔgelari. ¶ Solo. Alteratio ꝓprie dicta q̃ eſt motus ꝓprie dictus eſt tpaliter ſucceſſiua ſicut mot⁹ localis. qr q̃libet talis alteratio eſt de ɔ̃rio in ɔ̃riũ. Unñ ſicut in motu locali tps cõmẽſurat̃ diſtãtie magnitudĩs ſup quã fit mot⁹ ita in motu alteratõis ꝓprie dicte tps ɔmẽſurat̃ diſtãtie eẽ intẽſibilis forme fluẽtis de ɔ̃rio in ɔ̃riuʒ. Unñ plus tpis req̃rit̃ ad hoc ꝙ ex calido fiat frigidũ q̃ʒ tepidũ. Ois g̃ alteratio q̃ eſt inter ɔ̃ria ꝑmiſcibilia ad inuicẽ ſp ẽ ſucceſſiua. Illa aũt q̃ eſt de ꝑuatione in habitum ſeu de nõ ſubiecto in ſubiectũ eſt inſtãtanea ſicut illumĩatio q̃ nõ eſt motus ſʒ mutatio quedã Et talis alteratio eſt ab aliq̃ fine motus et non eſt a motu continuo. ⁊ ſic etiaʒ qr generatio eſt ab aliquo fine motus alterationis ipſa eſt inſtãtanea. ¶ Et per hoc patet ſolutio ad primã rõem. ¶ Ad ſcdam dicẽdum ꝙ cõtingit aquã ſimul cõgelari non ſic quaſi ſubito forma frigiditatis congelatiue fiat in aqua. quoniã eſt de cõtrario in ɔtrariũ inter que nõ eſt mutatio nec alteratio que poteſt eſſe ab aliquo fine motus. Sed ſic intelligitur qr nõ vna ps prius alterat̃ alia. et ſic non eſt ſucceſſio quo ad ptes alterabilis. ita ꝙ vna ps aq̃ prius congeletur. et ſic ɔ̃ñter alia ſed eſt ſucceſſio totius ptis cõgelabilis aq̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De immutatõe viſus et audit⁹ a ſuis ſenſibilibus

in forma frigiditatis congelatiue

## Septimum dubium eſt

Iſta ẽ ps executiua q diuidit in duos tractatus Quorum pͥmus ẽ de memoria. ſcõs de reminiſcẽtia. Scõus ibi (Reminiſci aũt) Primus tractat⁹ ſubdiuidit in tria capl'a. Primũ tractat de obiecto memorie. Scõm autẽ oſtẽdit cui⁹ ptis aĩe memoria ſit paſſio. Terciũ ſoluit quandã incidentẽ dubitatõem. Scõm ibi (Qm̃ aũt de phãtaſia) Terciũ ibi (Dubitabit aũt) Primũ capitulũ ſubdiuidit in tres ptes. In pͥma oñt qd ſit memorie obiectũ. Scõo ifert definitõem memorie. Tercio ifert corolarũ. Scõa ibi (Eſt qdeȝ igit memoria) Tercia ibi. (Quare qcũqȝ) Quantũ ad pͥmã ptẽ ſupponit pͥmo ꝙ in qrẽdo qdditatẽ memorie Primũ ſcire oportȝ qlia ſint memorabilia. q2 ignorãtia illi⁹ ſepe decipit memorie qdditatẽ inqrẽtes. ꝓ eo q2 obiecti ignorãtia ẽ cã deceptõis circa qdditatẽ potẽtie. Quo ſic ſuppoſito vult i effectu hãc ꝯcluſionẽ. Memoria nõ eſt futuroꝝ neqȝ pñtiũ. ſed pteritoꝝ. Primũ pȝ. q2 futura nõ ꝯtingit memorari. ſȝ ſunt opinabilia vel ſperabilia qꝝ ẽ ſcia qdã ſperatia quã qdã mathematicoꝝ diuinatiuã dicũt. Scõm pȝ. q2 ſenſus ſcȝ exterior pñtis ẽ a q memoria diſtinguit. Per ſenſum em̃ exteriorẽ neqȝ futuꝝ neqȝ factũ cognoſcim⁹. ſed tm̃ pñs. Terciũ pȝ. q2 cũ memorabile ꝯcernat aliquam drãm tpis. neceẽ ẽ cũ nõ ſit memoria pñtis neqȝ futuri ꝙ ſit facti ſeu pteriti. Et totã hãc ꝯcluſionẽ declarat phus exẽplarit dicẽs. Nã cũ pñs adẽ ſenſui vt cũ aliqs videt albũ pñs nõ dr̃ qs p hoc memorari. Simılr cum aliqs conſiderat aliquid per intellectum nõ dicitur memorari q2 quod per ſe ſaltem et directe intelligitur. vñ eſt quod

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Cuius partis anime memoria ſit paſſio

eſt vbiqꝫ et ſp.ꝛ ab oi drã tpis ſm ſe ſepatũ. Illud ergo qđ adeſt pñs ſenſui dr ſentiri.ꝛ qđ ꝑ intellectũ ꝯſiderat dr ſolũ ſciri. Cũ aũt qs ſine actib hoc eſt ſine actõe propria obiecti ꝑticularꝫ.ſenſibilẽ noticiã habeat ſenſibil'.vl' vlis ſciam.ſic dr memorari. Sicut exempli grã. Si qs ꝑ intellectũ ſpeculet' hoc.ꝙ triangulꝰ habeat tres angulos equales duobus rectis:qꝛ ſcꝫ hoc didicit vel prius hoc ſpeculatus fuit. Et ſi ꝑ ſenſibilẽ apprehenſionẽ apprehendat ſenſibile aliqđ.qꝛ ꝓus vidit vel audiuit tunc dr memorari. Oportet eñ cum aliqs ſm memoriã agit memorando ſic in anima dicere.ꝙ hoc prius audiuit vl' aliter ſenſit vel intellexit.

Eſt quidẽ igitur memoria neqꝫ ſenſus neqꝫ opinio ſed hoꝝ alicuius habitus aut paſſio cuꝫ factum fuerit tempus Ipius ãt nunc in ipo nũc non eſt memorari vt dictum eſt. Eſt eñ pſentꝫ quidem ſenſus.futuri vero ſpes.facti aũt memoria eſt. vnde poſt tempus memoria oĩis

In ſcđa pte huius capituli infert pħus ex ꝓdictꝫ qđ ſit memoria.dicens ꝙ memoria.neqꝫ ſenſus eſt.neqꝫ opinio.ſꝫ hoꝝ alicuius habitus vel paſſio cũ factũ fuerit tẽpus. Et hanc memorie definitõem ex dictis ſic declarat Quia ipius nunc ſeu pñtis tpis nõ eſt memoria qꝛ ſenſus.neqꝫ futuri.qꝛ ſpes ꝛ opinio vt dictũ eſt.ergo oĩs memoria eſt poſt tempus ſiue preteriti eſt

Quare q̃cunqꝫ tempus ſentiunt ꝛ quo hec ſola animalia memorantur ꝛ iſto quo ſentiunt.

In tercia ꝑticula infert pħus in qbus animalib ſit memoria.dicens ꝙ queciiqꝫ animalia tempꝰ ſentiũt memorant'.ꝛ hec ſola memorant' in eo in quo tempꝰ ſentiũt

Quoniã autẽ de phantaſia prius in his que ſunt de anima dictum eſt ꝛ intelligere non ẽ ſine phantaſmate. Accidit eñ eadem paſſio intellectui que quidem ꝛ in deſcribendo Ibi eñ nulla vtentes quãtitate trigoni determinata.tñ finitum ſm quantitatẽ deſcribimus. Et intelligens ſimil'r etſi non intelligat q̃ntum quod ponitur ante oculos.q̃ntum intelligit autẽ nõ ſm ꝙ q̃ntum eſt. Si autẽ natura quantoꝝ.infinitorum autẽ.ponitur tamẽ quantum determinatum.itelligit autẽ ſm ꝙ q̃ntum ſolum. propter quã igitur cauſam non contingit intelligere nihil ſine continuo.neqꝫ ſine ratione temporis entia.alia ratio.

Oſtenſo quid eſt memoria. Hic ꝯſequenter in hoc ſcđo capitulo oſtendit ad quam anime potentiã ꝑtineat Et diuiditur in duas partes.In ꝓma repetit quoddã dictum in libro de anima.ꝛ hoc ponit hic per moduꝫ ſuppoſitõnis. In ſcđa exequitur ꝓncipale propoſitum. Secunda ibi (Magnitudinẽ aũt ꝛ motum) Quo ad primam partem dicit.ꝙ de phantaſia dictum eſt in libro de anima.ſcꝫ quid ſit ꝛ quomõ diſtinguatur ab alijs ſenſibus. Dictum eſt etiam ꝙ non contingit intelligere ſine phantaſmate. Et iſtud vltimũ probat in effectu tali ratione. Nam eadem paſſio accidit intellectui que eſt in deſcriptõne figuraꝝ. Sed in deſcriptõe hmõi q̃uis nulla vtamur quãtitate trigoni determinata que demonſtratõnem ingrediatur.tamẽ deſcribendo ꝛ diſcretã cognitõnem habere volentes de quãtitate.deſcribimꝰ ipſam finitã ꝛ figuratam.ergo ſimil'r intellectus vt intellectus etſi nõ intelligat quantitatẽ determinatam.ſꝫ ſolũ ſm ratõnem quãtitatis.ꝛ nõ ſm ꝙ eſt ſic vel ſic figurata.tamẽ quando reducit intelligibilia ad res ponit añ oculos quantitatẽ quam refert ad rem figuratam quaſi ſtaret ante oculos. Et q̃uis natura ꝛ rõ quantitatuꝫ ſit talis ꝙ quãtitates in vlĩ ſint infinite.hoc eſt figuris iſtis vel illis nõ determinate ſeu terminate tamẽ intelligibilia reducendo ad res ponit et diſponit quãtitatẽ determinatam ꝑ figuram talem. Et hanc quãtitatẽ ſm ꝙ eam ſolum abſolute intelligit nõ referẽdo ad res ad extra nõ intelligit niſi ſm ꝙ quãtitas eſt in vlĩ. Vel ſic leuius formari poterit hec ratio. Eadem paſſio accidit intellectui que eſt in deſcriptionib figuraꝝ. Sed geometer q̃nqꝫ in ſua demonſtratõne non vtatur aliquo determinato triangulo.tamẽ finitum ꝛ determinatum deſcribendo figurat.ergo intellectꝰ.q̃uqꝫ nõ intelligat hoc quantũ.quod ante oculos eſt.qꝛ intelligit id quod ẽ vle ſicut quãtitatis naturam (ꝛ nõ ſm ꝙ eſt quantũ determinatum.hoc vel illud) ad quod ſe ꝯuertendo intelligit. Et ſubdit pħus dicens. Quare igitur intellectus nihil intelligit ſine continuo ꝛ tempore.eſt etiam alia ratio ꝓter eam que tacta eſt.que ſcꝫ vt dr Albertus ꝑtim in tercio de anima dicta eſt. vbi oſtenſum ẽ.ꝙ intellectꝰ poſſibilis mouetur a phantaſmate quod habet ſpecieꝫ ꝯtinui et tꝑalis.ꝑtim aũt de intellectu ꝛ intelligibili.

Magnitudinẽ autẽ ꝛ motum cognoſcere neceſſe quo ꝛ tempus ꝛ phantaſma cõmunis ſenſus paſſio eſt. Quare manifeſtũ eſt ꝙ ꝓmo ſenſitiuo hoꝝ cognitio eſt. Memoria autẽ ꝛ que ẽ intelligibiliũ non ſine phantaſmate eſt. Quare intellectiui ſm accidens vtiqꝫ erit. Per ſe ãt ꝓmi ſenſitiui. Unde ꝛ alteris qbuſdã ineſt aĩalium ꝛ non ſolũ hominib habentib opinionẽ et prudentiã. Si ãt intellectiuaꝝ aliqua partiũ eſſet.non vtiqꝫ ineſſet multis alioꝝ animalium Forte ãt nulli mortaliũ. Quoniã neqꝫ nunc oĩbus propter id ꝙ non oĩa tpis ſenſum habẽt ſemꝑ eñ cum agat memoria ſicut ꝛ ꝓus diximus qm̃ vidit. Hic ãt audiuit aut didicit ſemel ſentit qꝛ ꝓus. Prius ãt ꝛ poſterius in tpe ſunt. Cuius qdẽ igit' eoꝝ q̃ ſunt aĩe memoria ſit. manifeſtũ.qm̃ qdẽ ꝛ cuiꝰ phantaſia ẽ ꝛ ſunt memorabilia. Per ſe qdẽ quoꝝ ẽ phãtaſia. Scđm accidens aũt q̃cunqꝫ non ſine phantaſia.

In ſcđa pte huiꝰ capl'i oñt cuiꝰ ꝑtis aĩe paſſio ſit. dicens in effectu ꝙ memoria ſit paſſio ꝓmi ſenſitiui. Qđ ſic ꝓbat. Quia illiꝰ memoria ẽ paſſio cuiꝰ ẽ cognoſcere tps. Sꝫ cognoſcere tps ẽ ꝓmi ſenſitiui.g͛ memoria ẽ paſſio ꝓmi ſenſitiui. Minorẽ ꝓmo ꝓbat.qꝛ eiuſdẽ ẽ cognoſcere tps cuiꝰ ẽ cognoſcere magnitudinẽ.ꝛ motũ.ꝛ phãtaſma.eo ꝙ tps nõ hꝫ rõeꝫ q̃titatꝫ niſi ex motu ꝛ magni

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tudine. ſed ſenſus cōis cognoſcit magnitudinē. motū et phantaſma. qđ eſt paſſio ſenſus cōis. phantaſma aūt ē ſilitudo ꝯtinui ⁊ tp̄alis. Maiorē ꝓbat. qꝛ memoria etiā intelligibilis nō eſt ſine phantaſmate qđ eſt ſpēs ꝯtinui et tp̄is. ideo memoria etſi ꝑ accñs ſit paſſio intellectiui. tñ ꝑ ſe eſt p̄mi ſenſitiui. Qꝫ aūt ꝑ ſe nō ſit ꝑtis intellectiue ꝓbat. Quia memoria nō ſolū ineſt hominibꝫ ⁊ omnibus habentibꝫ opinionē ⁊ prudentiā. ſed etiā alijs aialibus. ergo nō eſt ꝑtis intellectiue. Cōſequentia ꝑʒ. qꝛ ſi eſſet aliqua partiū intellectiuaꝝ nō ineſſet multis alioꝝ animaliū ab homine. ⁊ forte nulli mortaliū ꝯueniret vt hmōi. Et ſubdit pħus ꝙ ꝯuis nō ſit paſſio ꝑtis intellectiue. ſed ſenſitiue. nō tñ omnibꝫ animalibꝫ ꝯuenit ſenſum ꝑticipantibꝫ. qꝛ nō oīa aīalia habent ſenſum temꝑis. Memoria aūt cū agit vt ſup̄ dictū eſt agit memorando cū determinato p̄terito tp̄e ſicut apprehendit hoc qđ prius vidit vel audiuit. ⁊ hoc loquendo de memoria reſpectu eius cuius eſt ꝑ ſe. Aut apprehendit qđ p̄us didicit loquendo de memoria ꝙtum ad id cuiꝰ eſt ꝑ accñs memoria. Et vt generalr̄ dicaꝛ. memoria agit ſicut id repreſentans qđ p̄us ſenſit Prius aūt ⁊ poſterius ſunt in tp̄e. Ex his ḡ ꝯcludēdo p̄ncipale ꝓpoſitū dr̄ ꝙ manifeſtū ē cuius ꝑtis aīe paſſio ſit memoria. qꝛ eſt ꝑtꝫ ſenſibilis cōcipientis q̄ntitatē ⁊ tp̄s cuius etiā eſt phantaſia. Sunt eñ ꝑ ſe memorabilia quoꝝ eſt phantaſia. ſm̄ accidens aūt illoꝝ eſt que non ſunt ſine phantaſia

Dubitabit autē vtiqꝫ aliquis ꝓpter q̄d qui dem paſſione p̄ñte. re vero abſente memoratur qđ non p̄ñs Manifeſtū eñ quoniā oportet intelligere talē aliquaꝫ factam propter ſenſum in anima ⁊ in parte corporis habente ipſam velut picturam quandā paſſionē cuius habitū dicimꝰ eſſe memoriā. Factus eñ motus imprimit velut figuram quandā ſenſibilis ſicut ſigillantes anulis. Unde ⁊ his q̄dem qui in motu multo propter paſſionē aut propter etatem ſunt. non fit memoria tanq̄ꝫ vtiqꝫ in aquam fluentem incidente motu ⁊ ſigillo. alijs quidem propter frigida eſſe ſicut antiqua edificioꝝ. Et propter duriciā accipiētes paſſionē nō fit impreſſio Propter quod q̄dam multi noui ⁊ ſenes imemores. Fluunt eñ hi quidem propter augmentum. illi vero propter decrementum. Similiter autē et multum veloces aut tardi neutri videntur memores hi q̄deꝫ eñ plus oportuno humidiores ſunt. Illi vero duriores. His q̄dem igitur nō manet phantaſma in anima. alios vero nō tangit. Sed ſi quidem tale accidens ē circa memoriam. vtꝝ hanc memoraꝛ paſſionem. aut illud a quo facta eſt. Si quidem eñ eſt hoc abſentiū nihil vtiqꝫ memorabimur. Si vero illud. quō ſentientes hoc memoramur quod non ſentimꝰ quod abſens. Etſi eſt ſimile ſicut figura aut pictura in nobis huius ipſius ſenſus propter q̄d. vtiqꝫ erit memoria alterius. ſed non huius ipſius. Agens eñ memoria ſpeculatur hāc paſſionem ⁊ ſentit hanc. Quō igitur non preſens memoratur. Erit ei vtiqꝫ videre non p̄ñs ⁊ audire.

Hic ꝯſequēter in tercio capl'o oſtenſo ꝙ memoria ſit paſſio p̄mi ſenſitiui reſpectu p̄teriti vt p̄teriti. ſoluit q̄ndam dubitatōem incidentē. Et diuidiꝛ in tres ꝑtes In p̄ma ponit dubitatōem ⁊ arguit ad ꝑtes. In ſcđa ſoluit eam. In tercia determinat cauſas quorundā accidentiū circa memoriā. Scđa tāgiꝛ ibi (Aut ē vt ꝯtingit) Tercia ibi (meditatōes aūt) Quantū ad p̄mā ꝑteꝫ mouet queſtionē quare q̄s paſſione in memoria exñte. re vero abſente memoraꝛ id quod nō eſt p̄ñs. Suppoſitū huiꝰ queſtionis videlicꝫ ꝙ paſſio aliqua ſit in memoria declarat pħus dicens q̄m manifeſtū eſt in ꝑte corporis memoratiua que habet virtutē memoratiuā eſſe aliquā ſpēm ſeu paſſionē a ſenſibili ꝑ ſenſum exteriorē ⁊ ſenſuꝫ cōem impreſſam que habet ſe velut pictura quedam ⁊ hec pictura eſt paſſio ſenſibilis ꝑtis anime cuius memoriā dicimus eſſe habitum. Cuius ratio eſt. qꝛ factus motus ſenſibilis ad animam imprimit memorie figuram quandam ſenſibilis ſicut ſigillans imprimit figuram anuli in ceram. Quod ꝓbat pħus ſigno ſumpto ex diſpoſitōne diuerſa potentiaꝝ receptiuaꝝ ſm̄ quaꝝ variatōnē multiplicem etiā multiplr̄ variatur memoria. quod nō eſſet niſi memoria ſilitudine rei intelligereꝛ vere ſigillari. Nā aliqui ſunt male memoratiui. quia non bene reſeruant et hoc ꝓpter frigiditatē inducentē humiditatē que nō eſt bene ꝯſeruatiua. Et fit in eis ſicut in ruinoſis edificijs in quibus nō fit ſigillatio ꝓpter putrefactōnem coꝝ. omnia eñ putrefacta ſunt interiꝰ arida ⁊ foris humida. Alij vero ſunt male memoratiui. qꝛ nō bene recipiunt licꝫ bene reſeruent. qꝛ ꝓpter duriciem accipientis paſſionē non fit in eis facilis impreſſio ſeu receptio. Et ꝓpter hoc multi iuuenes ſeu noui in quibus humida etas dominatur et multi decrepiti ſenes immemores ſunt. ꝓpter fluxum humoꝝ. Infantes quidem ꝓpter humidum fluens a calido in augmentum ⁊ ꝓpter motum augmentatōis. Senes vero propter motus decrementi ⁊ propter humidū humectans extra ⁊ fluens inordinate eo ꝙ interiora manent arida ⁊ deſiccata. Et ſimiliter multum velocis ingenij ⁊ multum tardi nō ſunt bene memores. illi ſcꝫ qui ſunt velocis ingenij. qꝛ ſunt plus oportuno humidiores et per ꝯſequens male conſeruatiui. Hi vero. qꝛ duriores ſunt plus oportuno. ⁊ per ꝯſequens male receptiui. Ad bonitatem aūt memorie req̄ritur vtrūqꝫ. ſcꝫ phantaſma bene recipere ⁊ receptum conſeruare. Suppoſito ergo dicte dubitatōis ſic declarato. videlicꝫ ꝙ huiuſmodi accidens ſit circa memoriam. ⁊ paſſio ſit memoriā ſigillans. queſtionem prius motam repetit pħus dicens. Utrū memoria memoretur paſſionem. vel illud a quo facta eſt paſſio. Et arguit ꝙ nō ſit paſſionis preſentis. qꝛ tunc memoria nihil memorabiꝛ. qꝛ de p̄ſentibꝫ alias habemus apprehenſiones ſcꝫ ſenſus exterioris. ſenſus cōmunis. et virtutis imaginatiue ⁊c̄. Ita ad talium apprehenſionē nō oporteat habere memoriā Scđo arguit ꝙ nō ſit abſentis ſeu p̄teriti. ⁊ h̄ triplr̄. Primo ſic Quia q̄ñ memoramur ſentimꝰ. ſenſus aūt nō eſt abſentiū. Secundo ſic. Nā vt dictū eſt id qđ eſt in memoria ſeu ſpēs ꝑ quā memoramur ē in ipſa ſicut pictura i pariete. ꝓpter

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# An memoria ſit abſentis vel preſentis

q̄d ḡ e͞e alteriꝰ rei q̄ȝ illiꝰ cuiꝰ eſt ſenſus: q̄ſi diceret eiuſdez e. Aſpicie͞tes em̄ parietē vtriq̄ȝ picturā reſpiciu͞t. ḡ videt memoria p̄ntꝭ ⁊ nō abſentꝭ ſeu p̄teriti. Tercio ſic. qꝛ memoria agēs ſeu actu memorās ſpeculaẜ paſſionē p̄ſentem ⁊ ſentit eam. quō ergo non memorabit p̄ns. Si em̄ nō dicaẜ p̄ns memorari etiā nō erit p̄ſentis ip̄e ſenſus ſi ne quo nō eſt memoria ⁊ ſic ꝯtinget videre id qđ nō eſt p̄ns. ⁊ audire qđ nō eſt p̄ns. qđ falſum eſt. ergo memoria videẜ eſſe p̄ntis. Albertus au͞t aliter exponendo textum iſtū quo ad iſtas duas rōes vltimas elicit rōem ꝓbantē p̄mo memoriā e͞e abſentis h̄ mō. Nā ſi memoria ſit paſſio ad modū picture quā ſigillauit res ſenſibiľ tu͞c cū illiꝰ ſit ſenſus nō poterit eiꝰ eſſe memoria q̄ a ſenſu differt. qꝛ p̄mū i q̄ ſigillat ſenſibile ſuā ſilitudinē ſeu picturā eſt ſenſus. ergo cū memoria nō eſt ſenſus ip̄a erit alteriꝰ cuiuſdā q̄ȝ p̄ntis hmōi. Si em̄ dicereẜ ꝙ erit alicuiꝰ preſentis. tunc memoria agens ſeu in actu exn̄s qn̄ memoratur hanc paſſionē. vt p̄ſentē ſpeculaẜ. qn̄ ſcȝ incipit ab intellectu. vel ſentit qn̄ incipit a ſenſu. ⁊ vtrūq̄ȝ hoꝝ eſt incōueniens. qꝛ tunc nō eſſet diſtincta memoria ab itellectu ⁊ a ſenſu. Memoria igiẜ nō eſt p̄ntis vt p̄ſens eſt. In oppoſitū au͞t ꝙ ſit p̄ntis ſic ꝓbat dicens. Querere ḡ oportet quō memoria p̄t nō e͞e p̄ntis. Si em̄ poterit memoria fieri in actu ꝑ id qđ nō eſt p̄ns. tunc eadem rōne om̄es potentie paſſiue poſſent fieri in actu ꝑ illud qđ nō eſt p̄ns. Ita ꝙ contingeret videre non preſens ⁊ audire non preſens.

Aut eſt vt contingit ⁊ accidit hoc. vt em̄ in tabula ſcriptum aīal. ⁊ animal ē. ⁊ imago ⁊ vnū et idem ip̄m eſt ambo. eſſe tn̄ non idem amboꝝ et eſt ꝯſiderare ⁊ ſicut imaginē. Sic ⁊ quod in nobis phantaſma oportet ſuſcipere ⁊ ip̄m aliq̄d ẜm ſe eſſe. ⁊ alterius phantaſma. Scđm q̄dem ſeip̄m ſpeculamur. aut phantaſma. Inq̄ȝtum vero alterius. vt imago ⁊ memorabile. Quare et cum agat motus ip̄ius ſiq̄dem inq̄ȝtum ẜm ſe. ſic ſumpſerit anima ip̄m vt intelligibile aliq̄d aut phantaſma videre ad eſſe. Si autē inq̄ȝtuȝ ip̄m alterius ⁊ ſicut in pictura tanq̄ȝ imaginē cōſiderat. Et q̄ non vidit coriſcum vt coriſci imaginem. Hec alia paſſio huius ſpeculatōis. Et quādo ſicut animal vľ pictum cōſiderat. in aīa. hoc q̄dem fit ſicut intelligibile ſolum. Hoc au͞t vt ibi. qꝛ imago memorabile. Et ob hoc aliquādo neſcimus factis nobis in anima hmōi motibus ab eo quod prius ſenſimus ſi ẜm ſenſiſſe accidit etſi eſt memoria. aut nō dubitamꝰ quādoq̄ȝ. Aliquādo autē accidit intelligere ⁊ reminiſci quoniā aliquid audiuimus p̄us vel vidimus. Hoc autē contingit cum ſpeculans tanq̄ȝ ip̄m ꝑmutetur ⁊ ꝯſideretur ſicut alterius. Fit autē ⁊ aliquando ꝯtrarium vt accidit antifonti ⁊ aliȷ̄s extaſim paſſis. Phantaſmata em̄ dicebant vt facta ⁊ vt memorantes. hoc autē fit cum aliq̄s imaginem nō ꝯſideret vt imaginem.

In hac ſcđa parte huius capituli ponit p̄hus veram ſolutōem dicte dubitatōnis dicens. ꝙ contingens ⁊ accidens eſt. memorari id quod abſens eſt. Quia id quod in memoria eſt. ſcȝ ſpecies ⁊ pictura in modum contingētis ⁊ accidentis habet diuerſos modos q̄bus diuerſimode eſt in vſu. Quod declarando in effectu đr ꝙ phātaſma illud quod in memoria eſt ꝯtingit dupľr ꝯſiderari. Uno mō in ſe ⁊ ẜm ſe ⁊ vt phantaſma eſt. Alio mō vt eſt imago rei abſentis. Sicut aīal ſcriptum vel pictū in tabula. hoc em̄ ꝯſideraẜ dupľr. Primo vt aīal. ſcđo vt imago imitando rep̄ſentans id cuius eſt imago Et hoc idem. ſubiecto q̄dem vnum eſt ⁊ idem. ſed ẜm eſſe non qꝛ vnum eſt abſolutū. ⁊ alteꝝ reſpectiuū. Primo mō cōſideraẜ vt res. ſcđo mō vt rei imago. Similr̄ đr de coriſco q̄ poteſt ꝯſiderari vt res vľ vt imago coriſci. Si ergo ꝯſideretur phantaſma quod eſt in memoria p̄mo mō in quantū motus ip̄ius phantaſmatis agit in animā ẜm ꝙ ꝯſideratur abſolute ẜm ſe. videtur adeſſe aīe velut aliq̄đ ſenſibile quod ꝑ reſolutōem vlteriorē fit itelligibile. Sȝ ſcđo mō quo accipitur vt imago ſic eſt memorabile. ⁊ qꝛ phantaſma in memoria exiſtens rep̄ſentat id quod abſens ⁊ p̄teritū eſt. Ideo nō obſtante ꝙ paſſio ip̄i memorie p̄ns ſit ſeu phantaſma. tn̄ qꝛ eo phantaſmate vtitur vt ad rem in p̄terito ſenſatam relato. ideo ꝓ tāto memoria abſentis ⁊ p̄teriti eſſe đr. Quod ꝓbat. Quia ob ignorantiā dicte duplicis ꝯſideratōnis phantaſmatis neſcimus quādoq̄ȝ an tales motus phantaſmatū ſeu phātaſmata ſint in nobis ab his que ſenſimus quoꝝ motus phantaſmata ſeu imagines ſunt vel accipiuẜ vt phantaſmata ⁊ non vt imagines Sic etiam quādoq̄ȝ neſcimꝰ et dubitamus. An actus talis in nobis ſit memoria vel nō. Aliquādo vero nō latet hoc nos. ſed accidit nos ſcire. nos memorari ⁊ reminiſci ꝙ aliquid audiuimus vel vidimus prius. et hoc accidit quando phantaſma ſpeculatum reflectitur. ac per hoc permutatur in id cuius eſt. Contrariū au͞t fit ꝙ ſcȝ nō referatur ad alteruȝ. ſed ẜm ſe ꝯſideratur ẜm ꝙ ad animam venit ⁊ vt res quedā eſt. ſicut accidit Antifonti ⁊ aliȷ̄s extaſim paſſis qui verſabaẜ circa phantaſmata vt circa facta. ⁊ non vt circa ſimilitudines ſeu vt imagines vt memorantes faciunt.

Meditationes autē memoriam ſaluant in reminiſcendo. hoc autē eſt nihil alterum q̄ȝ ſpeculari multotiens ſicut imaginem. et non ſicut ẜm ſe. Quid quidem igitur eſt memoria et memorari dictum eſt. quoniā phantaſmatis vt imaginis. cuius phantaſma habitus. et cuius particule earum que in nobis. quia primi ſenſitiui ⁊ quoniā tempus ſentimus

In hac tercia ⁊ vltima parte oſtendit per quid memoria conſeruatur dicens ꝙ meditationes ſaluant memoriam ⁊ hoc etiam quodāmodo reminiſcendo. Sic autē meditari nihil aliud eſt q̄ȝ ſpeculari multotiēs imaginem vt imaginē ⁊ non quaſi eſſet res ẜm ſe. Epilogando autē poſt hec om̄ia dicit p̄hs. ꝙ quid ſit memoria ⁊ memorari dictum eſt quoniā phantaſmatis eſt vt imaginis. ⁊ ꝓut phantaſma hmōi habitus eſt et paſſio ꝑticule p̄mi ſenſitiui quo ⁊ tempus ſentimus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Circa iam dicta mouetur

Queſtio. Utrū definitio memorie ſit bene tradita ab Areſtotele.

Et arguitur ꝑmo ꝙ nō. qꝛ definitur ꝙ ſit paſſio ꝑmi ſenſitiui. ſed hoc eſt falſum. qꝛ memoria eſt vna potentia ab alijs diſtincta. ſꝫ vna potentia ab altera diſtincta non dr̄ alterius paſſio. Qd̄ ꝯfirmatur. qꝛ cū paſſio ſit in eo cuius eſt paſſio ſi memoria eſſet paſſio ꝑmi ſenſitiui eēt ipa in ꝑmo ſenſitiuo qd̄ falſum eſt. Scd̄o Eſt ꝗdam memoria intellectualis ꝗ nō eſt ꝑmi ſenſitiui paſſio. ꝭ male dr̄ in generali ꝙ memoria ſit paſſio ꝑmi ſenſitiui. Tercio Memoria eſt potētia. ergo nō eſt paſſio. Quarto Male dr̄. cū factū fuerit tp̄s. qꝛ ꝗlibet interior potētia a ſenſu cōi videtur paſſio ꝑmi ſenſitiui cū factū fuerit tp̄s. qꝛ in abſentia ſenſibiliū apud quēlibet īteriorē ſenſum imo etiā apud exteriorē. manet paſſio. Quinto Paſſio cū ſit effectꝰ ⁊ illatio actōis. ſilr̄ tp̄e ē cū actōe. etiā motu. qd̄ amplíꝰ eſt. ꝭ cū ſenſus cōis nō ſit ſenſibilis p̄teriti neqꝫ agat circa ſenſibile p̄teritū. ſed patitur a p̄nti. ꝭ non videtur vn̄ paſſio iſta inferri dicatur. In oppoſitū eſt ph̄us in textu. Pro reſponſione ordinantur duo diſcurſus cuiꝰ ꝑmi ꝑma ꝓpoſitio ⁊ maior hec eſt.

Maior Memoria nō eſt p̄ſentis neqꝫ futuri ſed ſolum ſenſibilis preteriti. Minor Et ideo ꝑ ſe eſt partis ſenſitiue ⁊ ꝑ accidens intellectiue. Cōcluſio Igitur ꝯuenienter deſcribit eā ph̄us ꝙ nec ſenſus eſt nec opinio ſꝫ horū alicuiꝰ habitꝰ aut paſſio cū factū fuerit tempꝰ.

Prima ꝓpō eſt ph̄i in ꝑmo capl̄o Et ꝯfirmatur. qꝛ memoria eſt ſenſibilis rei. ⁊ ſub certa tp̄is drā apprehenditur. ſꝫ nō eſt ſenſibilis ſub drā tp̄is p̄ntis cuius eſt ſenſus exterior. vel aliꝗs interior alius a memoria. neqꝫ futuri. qꝛ eius eſt opinio vel ſcia diuinatiua ſeu ſperatiua. ꝭ ē preteriti. Sed ꝯtra. Cōtingit interiori ſenſu ſentire hoc qd̄ abſens eſt. ⁊ qd̄ in p̄terito exteriori ſenſu apprehenſum eſt. ꝭ nō ſolū memoria eſt p̄teriti. Sol̄o Licꝫ interior ſenſus alius a memoria ſentiat id qd̄ p̄teritū ē nō tn̄ vt in p̄teritōe. Et ſilr̄ memoria bn̄ apprehēdit id qd̄ p̄ſens eſt. nō tn̄ ſub forma p̄ntꝭ. ſꝫ ſub forma p̄teriti. Solum ꝭ memoria eſt ſenſibilis p̄teriti ſub ratōne p̄teriti.

Scd̄a ꝓpō ſic oſtenditur ꝗtū ad ꝑmā partē. Quia oīs potentia tp̄is cognoſcitiua ſub determinata eius drn̄a eſt potentia ꝑtis ſenſitiue ꝑ ſe. Memoria āt hmōi ē. ꝭ eſt ꝑ ſe potentia ſenſitiue ꝑtis. Maior pꝫ. qꝛ eiuſdē potētie eſt apprehendere tp̄s cuiꝰ eſt apprehendere magnitudinē ⁊ motū. Motus aūt ⁊ magnitudo cognoſcuntur ꝑ partē ſenſitiuā. ꝭ ⁊ tp̄is drn̄e. Scd̄a pꝰ ꝓpōnis parꝫ. ꝙ ſcꝫ ſit ꝑ accn̄s ꝑtis intellectiue ⁊ nō ꝑ ſe. Quia ſi eſſet ꝑtis intellectiue ꝑ ſe. nō ꝯueniret brutꝭ aīalibꝰ qd̄ falſum eſt. Preterea Intellectus eſt vl̄is qd̄ eſt vbiqꝫ ⁊ ſꝑ ab omī drn̄a tp̄is remotū. Quia oīs drā tp̄is materiā ꝯcernit a qua abſtracta eſt forma intellectualis. Inꝗtū autē intelligibilia nō intelliguntur ſine phantaſmate. ſic ꝑ accidens eſt ꝑtis intellectiue ad ſenſibilē memoriam reflexe. Et hoc eſt qd̄ dr̄ cū Areſtotele Gregorius nixenꝰ ꝙ ſenſibilia ſcd̄m ſeipa memorantur. itelligibilia vero ꝑ accn̄s.

Sꝫ ꝯtra. Intellectus intelligit quātitatē ⁊ drās eiꝰ. ꝭ etiā eius eſt cognoſcere tp̄s ⁊ drās eius. ⁊ ꝑ ꝯn̄s memoria ꝗ eſt tp̄is facti ſeu p̄teriti videtur eſſe ꝑtis intellectiue. Qd̄ ꝯfirmatur. qꝛ intellectus ſcd̄m ph̄m. iij. de aīa ꝯponit verū ⁊ falſum ſcd̄m oēm drām tp̄is. ꝭ cognoſcit tp̄s et drās eius. Et ſi dicatur ꝙ intellectꝰ nō apprehēdat magnitudinē motū ⁊ tp̄s. ⁊ horū drās ſub eſſe ꝗtitatꝭ. ꝗntitatiue extenſe quo mō apprehenduntur a ſenſu. ſed ſolum ſcd̄m ſimplicē rōnem ſue eſſentie ⁊ ꝗntitatis (Ut dr̄ Albertus in libro de hoīe) hoc nō valet. Quia itellectꝰ determinatiſſime hec oīa cognoſcit imo ꝑfectiꝰ ipo ſenſu. Un̄ qn̄ intellectus cōponit vel diuidit p̄dicatū tp̄ale de re tp̄ali ſub drā certa tp̄is tunc nota tp̄is quā apprehendit intellectus nō eſt ſeꝑata a motu ⁊ magnitudine. licet hoc forſan fiat qn̄ cōponit vel diuidit vl̄ia. Sꝫ intellectꝰ cōponens ⁊ diuidens tp̄alia determiatiſſime apprehendit tp̄s. Et id̄o aliter dd̄m. ꝙ talis determinatio tp̄is accidit intellectui cōponenti ſcd̄m ꝙ ꝯuerſus eſt ⁊ reflexus ad ſenſibilē memoriā ꝑ intentōes ⁊ imagines in rē in p̄terito ſenſatā ſe reflectentē. ⁊ ex hoc ꝯcluditur ꝙ ſit ꝑtis intellectiue ꝑ accn̄s ⁊ nō ꝑ ſe. Sed ꝯtra Memoria eſt ꝑ ſe ꝑtis intellectiue. ꝓbatur qꝛ Auguſtinꝰ ın libro de trinitate ponit memoriā ꝑtem imaginis ꝗ ꝯfiguramur trinitati ꝑſonarū. Talis aūt memoria ꝑtꝭ intellectiue ē. imo ſcd̄m ſupmā eius ꝑticulā qua reſpicimꝰ ea ꝗ ſup̄ nos ſunt.

Sol̄o Argumentū deficit penes equocatōem. qꝛ memoria equocatur ad memoriā ſenſitiuā ꝗ eſt potentia ſenſitiua ꝯſeruatiua intentionū ꝗ reflectitur in rē ſenſibilē in p̄terito acceptā a ſenſibilibꝰ ꝑ intentōes ⁊ imagines. de qua memoria loquuti ſunt ph̄i. ⁊ p̄cipue Areſtoteles ⁊ et ꝗdā ſancti ſicut Gregoriꝰ nixenus ⁊ Damaſcenus. Equocatur etiā ad memoriā intellectualē ꝗ eſt potētia cōſeruatiua p̄ntis. p̄teriti. ⁊ futuri. imo illius qd̄ ſeꝑatū eſt ab his differētijs. Et hanc dn̄s Albertꝰ vocat intellectū agentē ꝗ eſt theca oīm naturalr̄ intelligibiliū. Alij dicunt eā potentiā ab agente ⁊ poſſibili intellectu diſtictā ſicut btūs Thomas. Alij dicunt ipm itellectū poſſibilē fecundatū ſpēbꝰ intelligibilibꝰ ſcd̄m ꝙ ꝑ eas fertur in rem ſicut in p̄terito intellectualr̄ apprehenſam. Un̄ dr̄ ꝙ hec memoria eſt p̄teritorū ꝗtū ad p̄teritōem actꝰ. ſed nō obiecti. ſicut memoria ſenſitiua ꝗ eſt p̄teritorū ꝗtū ad preteritōem actꝰ ⁊ obiecti ſil̄. Et ſic hec memoria qualitercunqꝫ ꝯſiderata potentia ē ⁊ paſſio ꝑtis itellectiue ſimpliciter ⁊ ꝑ ſe. Quo tn̄ nō obſtante intellectus poſſibilis p̄t dici memoria ſcd̄m ꝙ ꝯuerſus ad ſenſibilē memoriam. actus memoratōis exercet circa ſenſibilia in p̄terito apprehenſa. Et ꝓ tanto memoria ſenſibilis p̄t eē ꝑtis intellectiue indirecte ⁊ minus ꝑncipalitur. Pro declaratōe ꝯcluſionis ꝯſiderandū. Qꝫ memoria ſenſitiua de ꝗ ſermo diuerſimode accepta. ſ. vel ꝓ habitu. potentia. vel obiecto a diuerſis ph̄is ⁊ ſanctis. definitur diuerſis definitōnibꝰ. ex ꝗbus tn̄ hec Areſtotelꝭ definitio intellecta. videtur oībꝰ melior ⁊ artificialior. Nam Algazel ph̄s ꝯſiderans potentiā memoratiuā ꝑ cōparatōem ad ꝓpriū habitū ſic definit eā. Memoria eſt ꝯſeruatrix harū intētionū quas apprehendit eſtimatiua. Un̄ arca eſt intentionū. ſicut imaginatiua imaginū. Habitus eni memorie ꝯſtituitur ex intentionibꝰ ꝗ ꝑus ſunt accepte ꝑ phantaſiam ⁊ eſtimatōem. Et ꝓpter hoc etiā dr̄ Areſto. ꝙ memoria ſit paſſio ſenſus ⁊ phantaſie. vt infra declarabitur latius. Verū tn̄. qꝛ imagines ꝓximiores ſunt rebꝰ ipis intentionibꝰ. inꝗtum reuertitur memoria in rem. Ideo Areſto. ꝓ tanto dr̄. ꝙ memoria phantaſmatꝭ ē ⁊ ima-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ginis. Iſaac aūt in libro de definitionibꝫ cōſiderans me/
moriā ꝑ ꝯparatōem ad ꝓpriū obiectū ⁊ ad ꝓprium actū ſic
definit eā. Memoria eſt ꝯprehēſio rerū exiſtentiū in aīa
cū inquiſitōe Res em̄ exiſtētes in aīa dicunt̄ ab ipō Iſaac
res exītes in p̄terito que vt ſic nō habēt eſſe niſi in aīma
Inq̄ſitio aūt in ꝓpoſito nō eſt actus rōnis. imo fieri pt in/
ſtinctu nature. alˀs em̄ nō cōueniret brutis. ſed eſt actus
req̄ſitus ad actū recordatōis ad quē ſm̄ Alphorabiū
in ſuo libro de memoria ⁊ reminiſcētia q̄ttuor req̄runt̄. ſcꝫ
imago. intētio illius imaginis elicita ꝑ eſtimatiuā. ⁊ face/
re illam intentōem p̄ntem. ⁊ iudicare illā intentōem eē il
lius imaginis p̄us accepte. Collectio em̄ que in his q̄t/
tuor cōſiſtit ab Iſaac inq̄ſitio vocat̄. Gregorius nicenˀ
ſic definit memoriā Memoria eſt memoratiuū ⁊ memo
rie ⁊ rememoratōis cā ⁊ ꝓmptuariū. Et dat̄ de memo
ria ꝑ habitu accepta. talis em̄ habitus eſt cā memorie.
id eſt actus memorādi ⁊ ꝓmptuariū eſt ſeu potētia habi
tuata ex qua tāq̄ꝫ ex ꝓmptuario fit ꝓgreſſus ſup ꝑtē obli
ti reminiſcēdo. ⁊ ita eſtˀ ꝓmptuariū rememoratōis. hoc ē
reminiſcētie. Et ab eodē Gregorio etiā ſic definit̄. Me/
moria eſt phātaſia relicta ab aliq̄ ſenſu ſm̄ actū apparen/
tem. Et dat̄ de memoria ꝑ ꝯparatōem ad primaꝫ cauſam
que eſt ſenſus ſm̄ actū. In hoc em̄ ꝙ dr̄ eſt phātaſia de/
relicta ab aliq̄ ſenſu ſm̄ actū. accipit̄ phātaſia nō ꝓ potē/
tia ſed ꝓ intentōe elicita ab imaginibꝫ ꝑ collatōnem quā
facit phātaſia. Sed hec defintio nō videt̄ bona ſi inten/
tio ſeu imago nō acciperet̄. vt eſt intētio ſeu imago redu
cens in rē que in p̄terito accepta eſt. q2 nō eſſet cū defini/
to cōuertibilis. q2 eſtimatiue vel phātaſie ꝯuenit. Nunc
aūt nō accipit̄ ꝓut eſt motˀ a ſenſu ſm̄ actū factus q̄ño ē
in phātaſia vel in alio ſenſu. Sed accipit̄ ꝓut eſt imago re
ducens in rē in p̄terito acceptā. Quinto a platone ⁊ da/
maſceno definit̄ ſic. Memoria eſt ꝯſeruatio ſenſus ⁊ intel/
ligētie. Et dat̄ de memoria ꝑ ꝯparatōem ad id cuius eſt ꝑ
ſe ⁊ ꝑ accn̄s. eſt em̄ ꝯſeruatia ſenſus ꝑ ſe. ꝑ accn̄s aūt con/
ſeruatio intelligētie. Sine em̄ phātaſmatibꝫ ⁊ intētioni/
bus in memoria nō manet vſus intelligētie in nob. licꝫ em̄
ſm̄ veritatē maneāt ſpēs intelligibiles ī intellectu pˀ ac
tū intelligēdi. tn̄ eis memorabilit̄ vti nō cōtingit ſine me/
moria ſenſitiua. ⁊ ſic eſt ꝯſeruatio intelligētie. Sexto ma
gis ꝓpriam oībus his ponit Auicenna in. vi. de naturali
bus hāc videlꝫ Memoria eſt vis ordinata in ꝯcauitate
cerebri poſteriori ꝯtinens qđ apprehēdit vis eſtimatiua
de intētionibꝫ ſiue ſenſatis ſingulariū ſenſibiliū. Que defi
nitio dat̄ de memoria ꝑ ꝯparatione ad ꝓpriū organuꝫ q̄ ad
primā ꝑtē definitionis et quo ad ꝓpriū habitū q̄ ad ſecun/
dā partē. Septimo Tullius ponit definitōem memorie
hāc videlꝫ. Memoria eſt ꝑ qđ aliq̄s repetit ea q̄ fuerūt
Et dat̄ hec definitio de memoria q̄ntū ad obiectū qđ eſt
id qđ repetit̄ in p̄terito acceptū. Areſto. aūt definit mēo/
riā ſic. Memoria eſt paſſio p̄mi ſentiui cū factū fuerit tē/
pus. Hec etſi ſit ceteris obſcurior. tn̄ ex alijs intellecta ce
teris vt dc̄m eſt melior eſt ⁊ ꝑfectior. ¶ Pro q̄ aduerten
dū ſcđo. ꝙ memoria ſicut q̄libet potētia paſſiua habꝫ duo
videlꝫ vnū ⁊ magis ⁊ eēntiale ſibi qđ eſt pati ſeu recipere
et receptū ꝯſeruare. Aliud minus p̄ncipale. eſt ꝑ recep
tum agere. qđ eſt in reꝫ in p̄terito apphenſam ꝑ intentio/
nem in ea exiſtentē. ⁊ ex ꝯñti ꝑ imaginē redire Primū ho
rū hꝫ ꝑ ſe. Scđm aūt ex ꝯñti rōne p̄mi ⁊ ꝑ actū virtutis
eſtimatiue ⁊ phātaſie. ⁊ ꝓpter hoc ab Algazele illo primo
definit̄ ⁊ nō alio. Et ſilr̄ hoc facit Auicēna. q̄propt̄ etiaꝫ
Alphorabius dr̄. ꝙ memoria nihil aliud eſt q̄ꝫ ꝯſeruatio
cōtinua. reminiſcētia vero interciſa. eo ꝙ eſt ad ꝑtē obliti
¶ Tercio notandū. ꝙ memoria ſicut intellectus accipit̄
multiplr̄ Nā ſicut intellectus aliq̄n noīat potentiā. aliq̄n
habitū p̄ncipiorꝫ ꝯtra ſapientiā ⁊ ſciam diſtinctū. Aliq̄n
vero noīat opatōem intellectualē. Ita ⁊ memoria aliq̄n
accipit̄ ꝓ memoratiua potētia. aliq̄n ꝓ habitu ſeu paſſio
ne. aliq̄n ꝓ obiecto. aliq̄n ꝓ actu. q̄ño ſup dc̄m eſt. et ſm̄
hoc memoria diuerſimode definit̄. Quibꝫ notatis ꝓbat̄
ſic cōcluſio q̄ ad terciā partē. q2 q̄ ad p̄maꝫ ⁊ ſcđam ꝑtes
pꝫ ex dictis ſup̄. Nā memoria ab Areſtotele accipit̄ nō ꝓ
ꝓprie ꝓ potētia memoratiua. ſed ꝓ habitu ſeu paſſione q̄
memoratiua potētia ſpūaliter ꝑficit̄ ad actū memorandi
Sic ḡ accepta memoria nō dr̄ ſenſus nec opinio. ſed ē ho/
rum alicuˀ habitus vel paſſio. Illa em̄ intētio ꝑ quam
memoria habilitat̄ ad actū memorādi eſt paſſio q̄dā ꝑfe
ctiua memoratiue potētie ſeu habitus q̄daꝫ. Et hec dr̄
eſſe horꝫ alicuius ſenſus vel opinionis. Dr̄ eſt paſſio p̄mi
ſenſitiui ⁊ ꝓ tāto ē paſſio ſenſus ⁊ nō alˀs. vt ꝓbatū eſt in
textu. Dicit̄ aūt paſſio p̄mi ſenſitiui vt ſtētūs ille nō regat̄
ex vi demōſtratōnis eſſentie. Sed ex vi effectus cauſe in
ſtrumētalis vt ſit ſenſus. Memoria. hoc eſt memoratia
intētio eſt paſſio ſeu habitus p̄mi ſenſitiui. i. facta a pri/
mo ſenſitiuo miniſterialiter in virtute ſenſibilis memora
tiuā potentiā mouente. ſicut phātaſia dr̄ motus factus
a ſenſu ſm̄ actū. i. a p̄mo ſenſitiuo qđ eſt ſenſus ſm̄ actum
Sicut em̄ phātaſia ḡnaliter accepta ꝓ q̄libet iteriori ſen
ſu alio a ſenſu p̄ᵒ ſm̄ actū q̄ eſt ſenſus cōis. eſt motˀ factˀ
a ſenſu ſm̄ actū. ſeu paſſio facta a ſenſu ſm̄ actū. Ita me/
moria dr̄ paſſio p̄mi ſenſitiui. hoc eſt facta a p̄mo ſenſitio
Addit̄ aūt cū factū fuerit tempˀ. q2 ꝑ hoc diſtinguit̄ ab
alijs interioribꝫ ſenſibꝫ ſeu a phātaſia. Et licꝫ ꝓxime nō
ſit paſſio p̄mi ſenſitiui. ſed potius paſſio virtutis eſtima
tiue ſeu phantaſie. tn̄ p̄mordialiter eſt p̄mi ſenſitiui. ⁊ iō
definit̄ ꝑ ꝓpriū obiectū. ⁊ originalē cām. Originalis cā in
ſtrumētalis eſt primū ſenſitiuū. ⁊ obiectū ꝓpriū eſt ſenſibi/
le ſub forma p̄teritionis acceptū. Sed ꝯtra dicta ar/
guit̄ primo. Hec definitio ꝯuenit eſtimatiue. q2 eſtimati
ua p̄t ꝑ intentōem elicitam ferri in id cuius eſt intētio. ta
lis aūt eſt rei in p̄terito accepte. ḡ ſi hec definitio data de
memoria eſſet ſufficiens. tunc nō videretur diſtingui eſti
matiua a memoria. Preterea. ſicut intētio eſt in mēo/
ria tanq̄ꝫ in potētia ꝯſeruatiua intentionū rerū in p̄terito
ſenſatarꝫ. ſic etiā imaginatiua q̄ eſt ꝯſeruatiua imaginum
erit rerꝫ in p̄terito ſenſatarꝫ. ⁊ iō ꝑ formā p̄teritōis nō vi
det̄ diſtingui memoria ab imaginatiua. ¶ Solō ſm̄ Alb
tum. Dr̄a eſt inter ꝯſideratōem ⁊ memoratiōem ſeu ac
tū memorādi. Nā ꝯſideratio eſt eius qđ eſt p̄ſentialit̄ in
ipa potētia ꝯſiderāte ꝑ intentōem vel imaginē. ⁊ hec ꝑti
net ad interiores ſenſus alios a memoria. Vt ꝯſideratio
ꝑ imaginē ꝑtinet ad imaginatiuā. ⁊ ꝯſideratio ꝑ inten/
tionē ad eſtimatiuā. ⁊ vtriuſq̄ꝫ ad phantaſiā. Memora/
tio aūt eſt acceptio eius qđ eſt in p̄terito vt hmōi. ⁊ ē rei
nō vt ꝑ intentōem p̄ſentis ſed vt p̄terite. Potētie alie in
teriores. licet vt dc̄m eſt ſint rei p̄terite ⁊ realiter abſentꝭ
nō tn̄ niſi vt p̄ntis. qđ nō dr̄ de memoria. q̄ ꝑ intentioneꝫ
ꝓprie eſt rei abſentis ſeu p̄terite vt hmōi. Ex hoc tn̄ non
putandū ꝙ imaginatiua ꝑ imaginē nō ferat̄ in rē cogniti/
ue. ⁊ eſtimatiua ꝑ intentionē. Ita ꝙ ſolū patiant̄ a ſenſibi
libꝫ ⁊ nō agāt. Sūt em̄ omēs potētie ſenſitiue interiores
paſſibiliter actiue. āñcedenter patientes. ⁊ ꝯñter actiue.
Et ita nō differūt iteriores ſenſus alij a mēoria in hoc. q̄ꝫ
ſi interiores alij a memoria ſuſciperet ſolū. ⁊ ꝙ memoria



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ageret reflectēdo ſe ſuꝑ ſenſibile. formā ſui ſenſibilis obie
cti ſuſcipiēdo. ⁊ ꝑ eā ſuſceptā in actū exiēs iudicādo. Sed
in h̄ differūt. q2 memoria ſuſcipit añter intentōēz mediā-
te eſtimatiua tanq̄ʒ rei p̄terite. ⁊ ꝑ hāc ſuſceptaʒ mēorari
d2. Hoc eſt ferr ſe in rē in p̄terito ſenſatā eā iudicando ⁊
cognoſcēdo. Et lʒ imaginatiua in h̄ ꝯueniat cū mēoria.
q2 eſt reſeruatiua ſeu ꝯſeruatiua imaginuʒ ſicut memoria
intentionū. nō tn̄ tanq̄ʒ reꝝ in p̄terito ſenſataꝝ. ſicut me-
moria. q̄ lʒ ſolū formalit̄ habeat intentōnes. virtualiter tn̄
in eis hʒ imagines. Immo per eas p̄t ſe ad eſtimatiuā ⁊
imaginatiuā. imo ad ſenſum cōem ꝯuertere. ⁊ ſic de reb9
in p̄terito ſenſatis nō ſolū ꝑ intentōes. ſed vtrunq̄ʒ ꝑ ima
gines iudicare. Et ſi dicat̄. ſuꝑ dcm̄ eſt ſm̄ Albertū. ꝙ
memoria vt intētio eſt ⁊ imagine vt imago eſt vtat̄. ſ. vt
referant̄ in rem. Sed alij interiores ſenſus vtant̄ iſtis ſm̄
ꝙ ſṫ motus facti a ſenſu ſm̄ actū ſine relatōe ad rē p2ius
ſenſatā. Ad h̄ dōm eſt ꝙ ꝓ tāto dicunt̄ interiores ſenſus
alij a memoria vti ſuis paſſionib9 ſeu formis ſm̄ ꝙ ſṫ in
eis a ſenſu ſm̄ actū. nō q2 hm̄ōi cōſiderēt obiectaliter qđ
eſt phātaſtice ⁊ deceptiue ꝯſiderare. qđ etiā eis ꝯuenire
nō p̄t. q2 nō pn̄t reflecti ſuꝑ ſuā ſpēm. Sed q2 ꝑ eas ſoluʒ
res ꝯſiderāt ⁊ nō ſm̄ ꝙ in p̄terito app̄henſe ſṫ ſiue ꝑ ſen-
ſum exteriorē ſiue quecunq̄ʒ interiorē alium a memoria.
Nō em̄ p̄t mēoria ſuꝑ ſuū ꝓpriū actū Si em̄ ꝯſiderando
imaginē vt imaginē. mēoria diceret̄ mēorari. vt inq̄t Alb
tus in li° de hoīe. tūc poſſit mēorari futura. ſicut artifex
reſpiciens ꝑadigma ſeu imaginē. ad quā rem aliquā facit
et operatur. quod falſum eſt. ⁊ ergo ſub interp̄tatione ta
cta dictum illud intelligendū eſt.

¶ Scđs diſcurſus. Maior Licet in mēo
ria ſit pn̄s paſſio rei ſenſate. eſt tn̄ vt obiecti. rei
p̄terite. Minor Sunt aūt in hoc obiecto
tria. ſcʒ p̄teritū. imago vt imago. ⁊ intētio Cō
cluſio. Ergo memoria ſm̄ quid eſt p̄ſentis.
ſimpl'r aūt rei p̄terite et abſentis

¶ Prima ꝓpō eſt phi in textu in vltimo cap'lo. Q2 āt in
memoria necāria debeat eſſe paſſio pn̄s pʒ. Quia poten-
tia paſſiua eſt q̄ nō p̄t opari p̄uſq̄ʒ patiat̄ vt dictū eſt. Fit
aūt hec paſſio pn̄s a ſenſibili ꝑ mediū ſenſuūʒ interioꝝ et
alicui9 ſenſuū exterioꝝ. Nihil em̄ eſt in mēoria niſi prius
fuerit in ſenſu exteriori formalit̄ vel virtualit̄. Virtualit̄
dico. q2 intentōnes q̄ꝝ thezauraria potētia eſt mēoria et
ꝓmptuariū nō ſṫ formalit̄ in ſenſu exteriori vel in ſenſu cōi
vl' imaginatia. ſʒ ſolū virtualit̄ ⁊ elicibilit̄ inq̄ntū v̄tute
eſtiatia ab ill'elici pn̄t. Dr̄ āt mēoria rei p̄terite n̄ abſolu
te. q2 rei p̄terite p̄t eē ali9 interior ſenſus Sʒ rei in p̄terito
ſenſate aliq̄ ſenſu. nō ſic q̄ſi ſolū ſenſatio p̄terita ſit illud qđ
mēorari ꝯtingit. imo q̄cunq̄ʒ res in p̄terito ſenſate dicun
tur mēorabiles. P̄teritio ḡ formale ē obiecti memorie.
nō ſm̄ ꝙ ſpecificat ſenſatōem ſm̄ ſe nec vt ſpecificat rem.
ſed rē ſenſatā. Sic aūt interiores ſenſus nō ferunt̄ in reʒ
ſenſibilē vt in p̄terito ſenſatā. Si em̄ imago eēt in imagi
natiua poſſet ſentire id qđ nō eſſet ſenſatuʒ p̄ori ſenſu ſm̄
actū. ꝓſuppōnūt ipſi interiores ſenſus alij regularit̄ ſenſa
tionē ſenſus ſm̄ actū. ſed tn̄ abſolute ferunt̄ in ſuū ꝓpriū
obiectū ſenſibile nō ſm̄ ꝙ ſenſatū eſt ſicut mēoria ¶ Mi
nor ꝓpō eſt Alphorabij in ſuo libro de mēoria et reminiſ-
cētia. Et declarat eā Alb. in li° de hoīe dicēs ꝙ in obiec-
to mēorie ꝯcurrūt tria q̄ꝝ vnū determiat rē in quā fert̄
mēoria ꝑ actū recordatōis qđ eſt tp̄s p̄teritū. Scđm eſt
qđ ducit in illā rē ex p̄te aīe et eſt ꝓprimū rei qđ eſt imago
vt imago ducēs in rē imaginatā. Terciū eſt id ꝑ qđ illa
imago eſt illius rei. ⁊ hoc eſt intētio ellicita ꝑ ꝯpoſitionem et
diuiſionē imaginū. ⁊ h̄ ē ꝓximū mēorie. ꝑ intētionē deue
nit mēoria ī imaginē. ⁊ ꝑ imaginē ī rē in p̄terito acceptā
Sed ꝯtra. idē nō eſt obiectū ꝯgnitū. ⁊ p̄ncipiū cogno
ſcēdi. In mēoria āt p̄ncipia cognoſcēdi ſṫ intētio ⁊ ima-
go ḡ. nō ſṫ illa duo p̄ter p̄teritū tp̄s repta in obiecto me-
morie. Minor ē manifeſta. ⁊ ſil'r maior. So°. hec non ſṫ
in obiecto mēorie ſm̄ ſe. ſic em̄ vt dcm̄ eſt obiectuʒ mēorie
eſt ſenſibile in p̄terito app̄rehēſum. ⁊ ita de rōe obiecti me
morie eſt ſolū p̄teritō rei app̄rehēſe. ita ꝙ res ipſa vt app̄
henſa ⁊ h̄ in p̄terito ē mēorie obiectū. vn̄ formalizās ſim-
pl'r obiectū mēorie ē p̄terito Apprehēſio āt h̄ ſolū fac̄ ſm̄
q̄d. Alia āt duo. ſ. imago ⁊ intētio dicunt̄ ꝓ tāto ad mēo-
rie obiectū ꝑtinere. q2 nos in obiectū ducūt ⁊ nō al's. Ip-
ſius em̄ intentōis ꝓprie nō eſt mēoria. ſed ꝑ eā mēoria re-
cordari d2. Vel p̄t dici ꝙ imago ⁊ intētio accipiunt̄ ꝓ re
imaginata vel intenta q̄ cū p̄terito ad obiectū mēorie re
q̄runt̄. Arguit̄. terciū ꝯcurrēs ad obiectū nō videt̄ eē
id ꝑ qđ imago videt̄ eē illius rei. q2 h̄ ꝯpetit imagini ꝑ ſe.
eo ꝙ ꝑ ſe eſt in imaginatū tanq̄ʒ ꝓpria ſilitudo eius referi
bil'. ⁊ h̄ ꝑfectius intentōne q̄ ſolū eſt q̄dā ſcđaria rei ſilitu
do. So°. ꝓprie ꝑ imaginē res imaginata rep̄ntat̄ ⁊ mag'
q̄ʒ ꝑ intentionē. Nec intētio ſic videt̄ necāria. q2 ſcʒ ſoluʒ
imaginē facit eē illius ꝓprij ⁊ ꝑ ſe imaginari. Sed iō q2 fa
cit imaginē eē illi9 rei cuius imago nō eſt ꝑ ſe ſilitudo. ſed
ꝑ accn̄s. ſicut eē amicū vel inimicū. dn̄m. vel hm̄ōi. vt ima
go lupi oñdit colorē ⁊ figurā lupi ꝑ ſe. ſed ꝙ ſint lupi ini-
mici ouiū h̄ oñdit eſtimatia. ¶ Ꝯcl'o ſeq̄tur ex p̄miſſis.
Eſt em̄ mēoria imaginis pn̄tis in mēoria ſicut q̄ fit mēo-
ria. ⁊ eſt ipſius rei p̄terite ⁊ abſentis ſicut ei9 de q̄ eſt me-
moria. Dicit̄ ḡ rei abſentis nō ꝓpter abſentiā intentōnis
vl' imagis. q2 intētio in mēoria eſt. ⁊ imago in imaginatia
nec ꝓpt abſentiā rei rep̄ntate ꝑ imaginē vel intētionē. q̄a
illa p̄t eſſe pn̄s. ſed ꝓpter abſentiaʒ rei vt in p̄terito ſic vel
ſic app̄hēſe ¶ Ad rōes Ad p̄mā dōm ꝙ mēoria nō ē paſ
ſio p̄mi ſeſitiui formalit̄. vt ille ꝯtūs p̄mi ſenſitiui regat̄ ex vi
demōſtratōis eēntie. ſed ex vi effectus cauſe efficientis in
ſtrumētalis. vt ſit ſenſus. mēoria eſt paſſio p̄mi ſenſitiui. i.
facta a p̄mo ſenſitiuo. ⁊ non in primo ſenſitiuo. ſic em̄ vna
potētia bene p̄t eſſe alterius paſſio Nec ſolū mēoria ſic eſt
paſſio p̄mi ſenſitiui. ſed oēs interiores ſenſus ſunt paſſio-
nes primi ſenſitiui. Et per hoc patet ſolutio ad confir-
matōem ¶ Ad ſcđam dōm ꝙ argumentū virtualit̄ pec
cat penes fallaciā equocationis. q2 memoria equocat̄. In
tellectual' em̄ mēoria de q̄ ꝓcedit argumentuʒ nō ē paſſio
p̄mi ſenſitiui vt hm̄ōi. ſed mēoria ſenſitiua. Dico vt hu-
iuſmōi. q2 intellectual' mēoria q̄dammō lōginq̄ origine ē
paſſio p̄mi ſenſitiui inq̄ntuʒ nihil fit in intellectu q̄n prius
aliq̄ mō fuerit in ſenſu. Et h̄ maxime veritatē hʒ de mēo
ria intellectuali ad ſenſibilia ꝯuerſa. ¶ Ad terciā dōm
ꝙ mēoria eſt potētia formalit̄ accepta in ſe. ſed ſm̄ ꝙ acci-
pit̄ ꝓ potētia ꝑfecta ꝑ formā intētionalē rei ſenſibil' in p̄e
terito app̄rehēſe. vel potius ſi accipiat̄ ꝓ illa forma q̄ etiā
q̄dāmō habit9 d2. ſic ē paſſio. Vel p̄t dici paſſio accipien-
do paſſionē ꝓ motu q̄ mēoria patit̄ a ſenſibili mediāte p̄-
mo ſenſitiuo ſeu ſenſu ſm̄ actū. q̄ mō etiā phātaſia d2 mo-
tus factus a ſenſu ſm̄ actū. Sepe nāq̄ʒ motus ꝓ paſſiōe
et ecōuerſo paſſio ꝓ motu accipiunt̄. Vn̄ ſuꝑ dcm̄ eſt ꝙ
mēoria ſicut intellect9 aliq̄n accipit̄ ꝓ potētia. q̄nq̄ʒ ꝓ ha
bitu vel intentōe. q̄nq̄ʒ ꝓ actu. hic accipitur pro habitu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**rei p̄terite et abſentis. ſcdm quid vero preſentis.**

¶ Ad quartā dōm ꝙ lꝫ q̄libet interior ſenſus eſſe poſſit ſenſibil' abſentis ⁊ p̄teriti. nō tñ vt p̄teriti ⁊ abſentis. ſed potius vt p̄ntis vt dcm̄ eſt. ¶ Ad q̄ntā dōm ꝙ paſſio in mēoria a p̄mo ſenſitiuo nō eſt niſi miſterialit'. ⁊ nō eſt a p̄o ſenſitiuo ꝑ rep̄ntatōem ſui obiecti ꝓprij vel forme ſenſibil' intētionaliter in p̄mo ſenſitiuo exn̄tis. ſed eſt ab ip̄o iſtrumētalit' originalit' ꝑ imp̄ſſionē ꝓprij obiecti ip̄ius mēorie qd̄ eſt ſenſibile in p̄terito ſenſatū. qd̄ licet nō ſit tñ fuit. ita eius p̄t eſſe aliq̄ imp̄ſſio ex actione quaꝫ habuit in p̄terito per ordinē in diuerſis potentijs app̄rehēſiuis. et proxime patit' inſtrumētaliter a virtute eſtimatiua

**Incidūt dubia circa tex**tum expoſitū. Primū eſt. Utrum futura ſint ſenſibilia. ¶ Et videt' ꝙ ſic. qꝛ inuenit' q̄dā potētia ſenſitiua p̄ntiuꝫ q̄dā p̄teritoꝝ ſicut mēoria. ḡ quedā erit futuroꝝ. ⁊ ita futura erūt ſenſibilia ¶ Scdo. Bruta aīalia itellectu carētia futura cognoſcūt ⁊ circa futura ſibi ꝓuidēt. vt pꝫ de formicis q̄ colligunt' in domibꝫ ſuis ꝑcipiētes pluuias futuras ¶ Tercio ſic. Si futuroꝝ nō eſſet ſenſus nō poſſꝫ taliū haberi aliq̄ noticia hūana ſaltē. q᷑m oīs noticia hūana eſt vel ſenſitiua. vl' miſterialit' ea coopante naſcit' ¶ In oppoſitū eſt auctoritas ph̄i in textu dicētis. ꝙ p̄ntiū ē ſenſus. ⁊ p̄teritoꝝ mēoria. futuroꝝ aūt eſt opinio vel ſciā ſperatiua. ¶ Solō non. qꝛ nihil eſt ſenſibile niſi ſit natū mouere ſenſum. ſed futura nec̄ꝫ exteriorē nec̄ꝫ interiorē ſenſum mouere p̄nt. ḡ nō ſunt ſenſibilia. Minor ꝓbat'. qꝛ futurū in ſe nō eſt. ſed ſolū in cā. ⁊ ita nō p̄t ꝯgnoſci ꝑ ſilitudinē ꝓpriā. ſed ſolū ꝑ ſilitudinē cauſe inquantū cā ſic ꝑ ſuā ſilitudinē ꝯgnita refert' in cauſatū futurum. qd̄ nō fit niſi collatōe ⁊ relatione cauſe ad cauſatū. Sꝫ ſic ꝯferēdo cognoſcere ſolū p̄tinet ad intellectū ſeu potentiā intellectualē. ſenſus eñ nō eſt vnū alteri cōferre Nec eſt ſile de p̄terito. qꝛ p̄teritū manet in ſenſu ꝑ picturā ex p̄terito derelictam. vñ lꝫ p̄teritū vt p̄teritū nō moueat ſenſum mouet tñ inquantū aliq̄ñ fuit p̄ns. ¶ Ad rōnes. Ad primā dicendū. ꝙ nō valet ꝯn̄a. vt pꝫ ex dictis. qꝛ futura nō ſufficiūt mouere ſenſum ſicut p̄ntia ⁊ p̄terita ſed ſolū mouent ſenſum in cā ſenſibili ex qua nō poteſt ſenſus in effectum app̄rehēſiue moueri. cū hoc ſit diſcurrere qd̄ rationis eſt. ¶ Ad ſcdm dōm. ꝙ illa nō cognoſcūt niſi in p̄nti ſicut in vapore. calore. vel aliquo hm̄oi. ⁊ hoc non ꝓprie. ſed ſolum aliquo inſtinctu nature ex q̄bus ſignis p̄ſentibꝫ de futuris quodā naturali inſtinctu circa futura que non cognoſcunt' operant'. ¶ Ad terciā negāda eſt ꝯn̄tia. qꝛ futura p̄cognoſci p̄nt ꝑ intellectū ad ſenſum ꝯuerſum q̄ affectus eſt vel afficit' ſilitudine cauſe vñ futurus effectus vt neceſſario vel vt in pluribꝫ ſequi cognoſcitur

## Secundum dubium

Quā differēter futurū dicit' a ph̄o opinabile ⁊ ſperabile Solō ſm Albertū. futura opinabilia ſunt que expectantur ſolū vt vera. Sperabilia aūt ſt̄ q̄ expectant' vt profictua. Exēplū p̄mi vt eclip̄ſ ſolis vl' lune vl' terremot⁹ ⁊c̄. Exemplū ſcdi. vt fertilitas anni. victoria belli. vel hm̄oi. Sub ſperabilibꝫ aūt timēda ꝯtinēter q̄ expectant' vt mala ⁊ nociua. Eſt eñ q̄dā ſciā ſperatiua ſicut q̄dā mathematicoꝝ dicūt diuinatōem eē ſperatiuā ſciam. ⁊ eā maxime q̄ eſt ꝑ aſtroꝝ pōem ⁊ motū. eo ꝙ illa ſuꝑ certiora fundat' p̄ncipia. Sunt aūt tales necromātia. hydromantia. pyromātia. chiromātia. geomātia. ⁊ aerimātia. Unde hec dictio' mātia idē eſt ꝙ diuinatio. ⁊ ꝯponit' cū alijs dcōibꝫ et ſyllabis ad ſignificandū diuerſaꝫ ſpēm art̄ diuinatiue

## Tercium dubium eſt

Quā differēter intellectus ⁊ ſenſus cognoſcūt tp̄s ¶ Solutio Albti. Tēpus ſentit' duplr̄. Uno mō in ſe ſm ꝙ eſt nūerus motus ſm p̄us ⁊ poſterius. ⁊ ſic intellectus ⁊ intellectū hn̄tia cognoſcūt tēpus. Alio mō ſentit' tp̄s in tēporali ⁊ nō ꝑ ſe. ⁊ tunc ſentit' ſub determinata tp̄is dr̄ōna. ſm quā adiacet rei tp̄ali. ⁊ hoc eſt obſcure ꝑcipere tempus. Et ſic ſentit' in p̄terito q̄ñ res p̄terijt ſicut oues ⁊ capre vertunt' ad caulas. cognoſcētes caulas vbi habitauerunt in tp̄e p̄terito. ⁊ formice colligunt' in domibꝫ ſuis ꝑcipiētes pluuias in futuro. Sed tñ min⁹ ſentiūt bruta futurū q̄ꝫ p̄teritū. ſentiūt eñ p̄teritū ꝑ picturā p̄teritoꝝ q̄ ſunt in ip̄is. futura aūt nō p̄ſentiūt niſi ſigno aliq̄ p̄nti ſicut vapore vel calore vel aliq̄ hm̄oi Et ita videt' dōm de tp̄e ſicut de nūero. Sicut eñ bruta aīalia ꝯgnoſcūt nūerū ſm eſſe materiale. Intellectualia āt ⁊ rōnalia ſm eſſe formale. Ita etiaꝫ ſm eē materiale ꝯgnoſcūt bruta tp̄s. ſed nō ſm eē formale. q̄uo cognoſcit' ab intellectū hn̄tibꝫ. Unde duplr̄ intellect⁹ vt ex p̄oribꝫ et nūc dictis colligi p̄t tp̄s ꝯgnoſcit. p̄mo ſm rōem ſue eēntie ⁊ q̄dditatis. ſcdo ſm rōem determinataꝫ cuiuſlibet ꝑtis tp̄is ſm ꝙ inuenit' in p̄mo motu ⁊ ſm ꝙ extrinſecus alijs q̄buſlibet tp̄alibꝫ applicat'. Et hoc ſecūdo mō intellectus nō intelligit tempus niſi ꝑ ꝯuerſionē ad ſenſum memorie. ⁊ ꝯn̄ter ad p̄mū ſenſitiuū poteſtatiue exteriores cōtinente

## Quartum dubium eſt.

Utrū neceſſe ſit quēlibet intelligentē ph̄ātaſmata ſpeculari. ¶ Solō. quēlibet hūanitus intelligentē neceſſe eſt (licet dr̄ñter) ph̄ātaſmata ſpeculari. Dixi hūanitus intelligentē. qꝛ ſub̄e ſp̄ūales ſep̄ate intelligūt ſine ph̄ātaſmatuꝫ ſpeculatōe. Et ſilr̄ hō poſtq̄ꝫ ſtudio virtutū ⁊ exercitio intellectualis op̄ationis ſingula infra ſe q̄ ſunt de p̄ncipali vniuerſi cōſtitutōe intellexerit. ⁊ adepto toto lumīe intellect⁹ agētis ad ſe ⁊ ad ſeparata ꝯpleta ⁊ iocūda reditione redierit. tūc eñ ad modicū tp̄s ⁊ ſubito ad modū raptus aliq̄ñ ſine ph̄ātaſmate ſe ⁊ ſeparatas cōtuet' ſub̄as. oīno a ph̄ātaſmatibꝫ auerſus. Sed an̄ ſtatū hm̄oi pauciſſimus ꝯuenientē necāрio intelligit ꝑ ꝯuerſionē ad ph̄ātaſmata. Et hoc duplr̄. Primo ſcꝫ ex p̄te intellectus intelligētis. Scdo ex p̄te rei intelligibil'. Ex p̄te intellectus. qꝛ intellectui noſtro accidit eadē paſſio q̄ accidit deſcriptioni. vt dr̄. p. in textu. hoc eſt diſcrete ⁊ diſtincte ꝯgnitioni. q̄ fit inq̄t Albtus q̄ñ applicat' vl'e p̄ticularibꝫ. vt ex ꝓprijs p̄ticulariū habeat' diſtincta ꝯgnitio. et iō etſi intellect⁹ vt intellectus q̄ntitatē intelligat ſm ſe abſolute ſm rōem ⁊ q̄dditatē q̄ntitatis. ⁊ nō ſm ꝙ eſt q̄ntitas ſic vel ſic figurata. tñ q̄ñ reducit q̄ntitatē ad res. diſcreta cognitōe. tūc ponit an̄ oculos q̄ntitatē. qꝛ refert eā ad rem figuratā tali vel tali figura que rebꝫ cōpetit p̄us ꝑ ſenſum acceptis. Et hec paſſio adeo vehemēter ſeq̄tur intellectū poſſibilē q̄ ex ſenſu noticiā accipit ꝙ Dionyſius ariopagita dr̄ q̄ñ aliq̄s intelligit aliqd̄ diuinoꝝ ip̄m adaptat ad q̄ntitatē ⁊ figurā in q̄bus manifeſtat' ꝑ actū ſuū. ſicut motorē intellectiuū attribuim⁹ figure circulari ſimplici more ab ip̄ſo Et de h̄ plenior ⁊ ꝓfundior reſolutio circa. iij. de aīa danhꝫ. Ex p̄te aūt rei intelligibil' nc̄cē eſt phantaſmata ſpeculari q̄ñ intelligibilia ſt̄ ſub ſenſibilibꝫ ꝯditionibꝫ. cuiuſ

# Juuenes et ſenes naturaliter ſunt male meōrie

modi ſunt phyſicalia ⁊ ꝗdammō mathematicalia. nō aurē metaphyſicalia. Vñ nō oꝫ ex pte ꝗrumlibet intelligibiliū phãtaſmata ſpeculari. ſed ex pte ꝗrundã tm̄. ſcꝫ ſenſibiliū quoꝝ noticiã determinatã nō habem⁹. niſi intellectum ad interiores ſenſus. ⁊ p̄cipue phãtaſiã retorquentes. vel ꝯiūter ad ſenſum aliquē exteriorē. Et hūc moduꝫ talia cognoſcēdi vocat Alb. cognitōem diſcretã ⁊ deſcriptiuã q̄ ſine phãtaſmatib⁹ in nobis eſſe nō pt. In nobis dico qꝛ ſpūales ſubē ſepata intelligūt p ſpēs vniuerſi ordinis. etiã ſenſibilia. nō ad aliquē ſenſum intellectū ſuum ꝯuertētes. cū ſenſum nō habeant. Spēs em̄ p q̄s intelligunt. determiatiſſime repn̄tant in vlī ꝑticulariſſima. qd nō faciūt ſpēs abſtracte p q̄s hūanus intellectus intelligit. Verū ſpūales ſubē ꝯuertūt intelligibilia ad determinata intelligibilia ſingularia. ſed nō p ſenſum vel phantaſma. ſed per hoc ꝙ ſpecie vniuerſi ordinis (repreſentatiua tam vniuerſaliū q̄ȝ ſingulariū) per voluntatē ſic determinate vti p̄cipiunt et volunt

## Quintum dubium eſt

ſanguine calido abundãtes. Senes autem et exiccati et
frigdi. graues ſunt et ſeueri

## Vigeſimũprimũ dubiũ

Vtruꝫ in ſomno inferioꝛa ſicut interioꝛa ſñt ceteris ꝑtibꝫ
corꝑis magis calida ¶ Et videť ꝙ nõ. q꞉ ꝯ naturã calo/
ris ẽ poti⁹ deoꝛſuꝫ q̃ꝫ ſurſũ aſcẽdere. ꝗ ꝑtes ſuꝑioꝛes erũt
magis calide Preterea. pl⁹ diſtãt pedes a fonte caloꝛꝫ
q̃ꝫ caput. ꝗ pedes in ſomno frigidioꝛes ſñt capite. Soᵒ ſic.
Nã hũidũ vaporabile in capite doꝛmiẽtis infrigidatum
deſcẽdit ad ſuꝑioꝛa faciei ⁊ tũc ꝯcidũt palpebꝛe. vñ in ſõ
no infrigidanť pl⁹ ſuꝑioꝛa q̃ꝫ inferioꝛa. ⁊ exterioꝛa q̃ꝫ inte
rioꝛa. Suꝑioꝛa q̃dẽ pl⁹ infrigidanť inferioꝛibꝫ. q꞉ ad in/
ferioꝛa deſcẽdit groſſus hũoꝛ ſanguis calefacti ⁊ nõ infri
gidati ꝑ cerebꝝ. ⁊ ob h̄ freq̃nter doꝛmientes pedes mo/
uẽt. Qꝫ aũt imobilitanť crura in ſomno. h̄ eſt iõ. q꞉ nerui
motiui q̃ a capite veniũt in ſuis ꝑncipijs imobilitanť ab
hũoꝛe frigido ſurſum exiſte in poſterioꝛi capitis ꝑte. In/
terioꝛa vero iõ caleſciũt. q꞉ ſñt iuxta fontẽ caloꝛis. Ad
rõnes. Ad ꝑmã dõm. ꝙ verꝝ ẽ ceteris paribꝫ ⁊ niſi aliud
obſtaret. Hic ãt caloꝛis aſcẽſus. ꝑ frigiditatẽ deſcẽdẽtis
hũoꝛis ꝓhibeť. ⁊ iõ deoꝛſuꝫ deſcẽdit. ingenit⁹ groſſo ſang
uini. ſua ꝗuitate deoꝛſuꝫ deſcẽdenti Ad ſcḋam dõm ꝙ
pedes plus diſtãt a fonte caloꝛis. ⁊ ꝓpterea ꝑ ſe nõ ſñt ma
gis calidi. ſꝫ ꝑ accñs ſcꝫ ꝓpter ꝗuitatẽ ſanguis groſſi deſ/
cendẽtis ad iferioꝛa mẽbꝛa. ⁊ ꝓpter deſcẽdentẽ hũoꝛẽ fri/
gidũ. ꝓhibentẽ aſcẽſuꝫ ſanguis ſubtiĺ et calidi. Et dicũt
aliq̃ ꝙ tãta frigiditas in ſomno occupet ꝑtes ſuꝑioꝛes ꝙ
aĩalia maxĩe timida q̃ ꝓpter timoꝛẽ q̃ꝫdiu ꝑñt detinẽt ocu
los apertos. doꝛmiũt ocuĺ apertis. q꞉ anq̃ꝫ ocli in talibꝫ clau
danť caloꝛe reciprocato ꝑ frigus palpebꝛe ruganť vt clau
di nõ valeant. Dictũ tñ eſt ſuꝑ de leporibꝫ ꝙ palpebꝛas
non habeant nec eis egent ꝓpter oculoꝝ duriciem. ⁊ ꝙ iõ
apertis oculis doꝛmiant.

## Vigeſimũſecũdũ dubiũ

Vtrꝫ ꝯpletio digeſtõis ſit cã naturaĺ ipius diſſolutiõis
ſõni ¶ Et videť ꝙ nõ. q꞉ multi euigilãt añ digeſtiõis cõ/
pletõem ¶ Preterea. ſomn⁹ nõ eſt ꝓpť digeſtõeꝫ. ſꝫ ꝓpť vi
giliã ad quã req̃riť q̃es ſenſuũ q̃ ſꝑ ĩ exercitio ſuoꝝ actuũ
ẽẽ nequnt. In ſignũ cui⁹ nihil comedẽtes ſõno nõ egent.
Siĺr nõ doꝛmiẽtes in vigilia cibũ digerũt. Soᵒ. expꝗefa
ctiõis duplex ẽ cã. ſ. ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs. Per ſe ẽ ꝯpletio dige/
ſtiõis. ⁊ ꝑ ꝯñs victoꝛia calidi ſuꝑ frigidũ Cõpleta eñ di
geſtõe nõ ſolũ ꝑtialiť ſꝫ totaliť. h̄ eſt ſegregato ſanguĩe pu
ro ab ipuro. caloꝛ et ſpũs inſtaurati ad exterioꝛa mẽbꝛa
diffundũť ad act⁹ vigilie. Cã aũt ꝑ accñs eſt q̃cq̃d ꝑter
modũ nũc tactũ fac̃ ad aꝑtõeꝫ meatuũ. q̃ ſpũs a ꝑᵒ ſenſiti
uo ad oꝛgana exterioꝝ ſenſuũ diffundũť. ſiue ſit nimi⁹ me
tus aut nimia cura ſeu ſollicitudo q̃ q̃s moueť phãtaſian/
do. cogitãdo ꝓpť anxietatẽ. Aut inoꝛdinat⁹ motus coꝛ/
dis vĺ accñs doloꝛ alicui⁹ mẽbꝛi ⁊ maxĩe capitꝫ Leſo eñ
capite vĺ oꝛgano interioꝛis ſenſus. ſpũs ⁊ caloꝛ naturaliť
in adiutoꝛiũ illi⁹ mẽbꝛi ad ipm̃ abũdanť deferũť. ⁊ ſic ſõ/
nũ diſſoluũt Ad rões Ad ꝑmã pꝫ ſolõ ex dictis Ad
ſcḋam dõm ꝙ ſomn⁹ nõ eſt ꝓpť digeſtõeꝫ finaliť ſꝫ ꝓpť vi
giliã. Ad vigiliã eñ ſomn⁹ ſufficiẽter non ꝓmouet niſi ꝑ
digeſtõeꝫ q̃ ſpũs inſtauranť Nã ſi in ſõno nõ fiat digeſtio
alleuiari q̃dẽ poterũt menbꝛa exterioꝝ ſenſuũ ab laboꝛe
fatigatio. ſꝫ ſpũs nõ iſtaurareť. ſꝫ poti⁹ depaupareť. et ſic
debilitareť doꝛmiẽs. Ad q̃tẽ ꝗ a fatigatio laboꝛe nõ re/
q̃riť ſomn⁹. q꞉ ad eã ſufficit ꝑuatio nuda ſenſitiaꝝ oꝑatio
nũ exterioꝝ ſenſuũ. Et q̃ñ dr̃. nihil comedẽtes ſomno nõ
egẽt. verũ eſt q̃ ad digeſtõem ꝑficiendã in ſe. egent tñ ꝓp/
ter ſpirituũ generatõem ad quã finaliť oꝛdinať digeſtio.
Et licꝫ in vigilia digeſtio ꝑficiatur. nõ tñ adeo ꝑfecte ſi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cit in ſomno. nec ſpūs cū quiete mēbroꝝ adeo ꝯuenīēter generat̄ ꝓpter defectū ⁊ depauperatōem caloris q̄ fortifi caꝛ ꝑ eius reciprocatōem in ſomno qḋ nō fit in vigilia.

## Vigeſimūterciū dubiū

Quale regimē ſomni plus eſt ſalutare ⁊ expediens dor/ mīēti ❡ Solō. vt dī Alphorabius Areſtotelē dixiſſe in de regimīe dn̄oꝝ ad Alexandrū. Homo dꝫ ſeruare me/ diū inter vigiliā ⁊ ſomnū. Naꝫ nimia vigilia extenuat. et vires debilitat. calorē ⁊ ſpūs cōſumēdo Preterea. per nimiā vigiliam groſſi vapores derelinquunt̄ incōſump ti ⁊ generāt grauedinē q̄nqꝫ capitis a q̄ nō liberant̄ niſi ꝑ ſternutatōem vel ꝑ ſomnū. Nimi⁹ aūt ſomn⁹ officit ꝓpt̄ duo Primo. q: peſſimas inducit infirmitates. eo ꝙ caloꝛ reciprocatus attrahit peccātes ⁊ malas materias a cor/ de ⁊ epate. ⁊ ab inteſtinis ad ſtomachū. ⁊ ex ꝯñti ad ſpūa lia mēbra ⁊ ea incēdit ibi. Scḋo q̄a caloꝛ reciprocatus ꝑ ſomnū ad interiora nō inueniēs materiā ex q̄ ſpūs vale/ at cōfortari ⁊ reparari tūc multiplicatus ⁊ diffuſus cōſu mit humidū vñ ſpūs generari deberēt. imo cōſumit radi cale humidū. Tercio nimio ſomno organo ſenſuū oppila/ ti groſſis humoribꝰ ledunt̄. vt ſupra dictū eſt. Quarto Nimius ſomn⁹ groſſos generat humores ⁊ ſpūs et he/ betudinē mentis generat. ⁊ iō licet robuſtiores reddant̄ ex nimio ſomno. ſuppoſito ꝙ in ſtomacho ſit ſufficiens ci/ bus ad digerendū tñ obtuſi fiūt ⁊ ad vſum rōnis inepti/ ores. Vñ ſeqtur ꝙ ruſticis ⁊ laboratoribꝰ plus eſt ꝯſulē/ dū ꝙ ad exceſſum declinēt ſomni. Et ſilr̄ ſenibꝰ defectum patientibꝰ in hūido nutrimētali. licet nō phlegmatico. cō ſulendū eſt ꝙ bñ dormiāt. ſomn⁹ eīm actuās humidū nu triens valde prolongat eis vitam ⁊ conſeruat

## Vigeſimūquartū dubi.

Utrū ſomnus ſit dimidiū vite ❡ Solō ſic. duplici intel/ lectu. Primo q: cū vita ſit duplex (ſaltē ſenſitiua ſenſuū exteriorū) ſcꝫ prima ⁊ ſecūda. In ſomno aūt ſuſpendit̄ vi/ ta ſecūda remanēte vita pͥma. Ideo cū vita tota ſenſiti/ ua q̄ſi in duas ptes intelligit̄ partiri. ſcꝫ in primā ⁊ ſecun/ dā. ideo pro tāto dī ſomnus media vita ſenſitiua. q: eſt ſo lum vita pͥma. Eſt aūt media vita ſenſitiua. ſed nō vege tatiua vel intellectiua. q̄a in ſomno vita vegetatiua tam prima q̄ꝫ ſecūda ſunt in dormiente. Uita etiā intellectia ſecūda non ſuſpendit̄ ꝑ ſe in ſomno. neqꝫ etiā ſemꝑ ꝑ acci dens eo ꝙ interiores ſenſus ſemꝑ in ſomno nō ligant̄. ſi/ cut exteriores. que potiſſime intellectuali vite ſecūde ſub ſeruiūt. Secūdo dī ſomnus ſaltē in hoībus vita media quo ad tp̄s. nō tñ regulariter et pciſe. ꝑ mediū eīm tpis hoīes fere dormiūt. Sed primū dictum rōnabilius eſt q: nō eſt ſomnus in aīalibus brutis quo ad tp̄s eq̄lis vi/ gilie. nec etiā in hoībus ꝑ totā vitam. Iuuenes eīm plus dormiūt q̄ꝫ vigilant. ⁊ ſilr̄ multa aīmalia. Sed ruſus multa ſunt aīalia plus vigilantia q̄ꝫ dormientia. Senes eīm paꝝ dormiūt ꝓpter ſiccitatē. licet eīm abundent humi do phlegmatico. nō tamē vero ⁊ nutrimentali

P Oſt hoc autē querendū de ſomnio. Et primo cui eoꝝ que aīme paſſio hec in/ eſſe videtur. ⁊ vtrū intellectiue ꝑticule paſſio eſt hec vel ſenſitiue. his eīm ſolū eoꝝ que in nobis ſunt cognoſcimus aliquid

❡ Iſte eſt ſecūdus tractatus huius libri ſm diuiſionē ſupra poſitā. In quo poſtq̄ꝫ determinatū eſt in p̄cedenti tractatu de ſomno. determinat hic ꝯñter phs de ſomnio qḋ accidit dormientibꝰ. Et diuidit̄ prima ſui diuiſione in ſex capl̄a. In quoꝝ pͥmo oñdit cuius ſomnū ſit paſſio In ſecūdo ꝙ ſenſibilia agūt in ſenſum. ita ꝙ paſſio mane at in ſenſu abeuntibꝰ ſenſibilibꝰ. In tercio oñdit cauſam deceptionis ſomnialis in generali. In q̄rto oſtēdit cauſaꝫ eiuſdē in ſpēali. In q̄nto oſtēdit q̄d ſit ſomniū. In ſexto oſtēdit q̄uo differēter ſomniū reperiat̄ in diuerſis. Secū dū ibi (Quid aūt eſt ſomniū) Terciū ibi (Adhuc aūt) Quartū ibi (Sedato aūt) Quintū ibi (Q̄ꝫ autē vera.) Sextū ibi (Iam vero quibuſdā) Primū capl̄m ſubdiui dit̄ in ptē proemialē ⁊ exequutiuā. Pars exequutiua inci pit ibi (Si itaqꝫ) Quantū ad primā partē proemialē dī phs ꝙ poſtq̄ꝫ determinatū eſt de ſomno querendū eſt de ſomnio. ⁊ cū paſſio non ſciatur niſi cognito ſubiecto opor tet determinādo de ſomnio inq̄rere cuius ptis aīe paſſio ſit An ſcꝫ ſit paſſio ꝑticule intellectiue vel ſenſitiue. His eīm ꝑticulis aīe ſolum cognoſcim⁹ aliq̄d. Et cū ſomniū ad cognitionē ꝑtinet neceſſe eſt ipm̄ eſſe paſſionē ꝑticu/ le intellectiue vel ſenſitiue. ❡ Ibi nota vt dī Alexander in principio de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ natura dedit nobis duo iudicatoria. ſenſum ſcꝫ ⁊ intellectū. vt entia ꝯgnoſcamus Nā entia his duabꝰ potētijs diſcernimus. vt corꝑalia ⁊ ſenſibilia ꝑ ſenſuꝫ. itelligibilia v̊o ⁊ incorꝑalia ꝑ intellectū

Si itaqꝫ vſus viſus viſio. ⁊ auditus audire et oīno ſenſus ſentire. cōmunia aūt ſunt ſenſuū veluti figura ⁊ motus. ⁊ magnitudo. ⁊ alia hu/ iuſmōi. aut ꝓpria veluti color. ſonus. ſapor In potētia autē ſunt oīa claudētia ⁊ dormientia videre. ſimiliter autē ⁊ in reliquis. Manifeſtuꝫ quoniā ſentimus nihil in ſomnis. non ergo ſen ſu ſomniū ſentimus

❡ Hic ꝯñter in pte exequutiua exeq̄tur intentū. Et diui/ dit̄ in duas ptes. In pͥma oñdit cui⁹ ſomniū nō eſt paſſio In ſcḋa oñdit cui⁹ eſt paſſio. Scḋa ibi (Ponat̄ ḡ.) Pͥa ps ruſus ſubdiuidit̄ in duas. In pͥma facit qḋ dcm̄ eſt. In ſcḋa epilogat cū dī (Q̄ꝫ q̄dē igit̄.) Pͥa ps iteꝝ ſub/ diuidit̄ in q̄ttuor ꝑticulas. In pͥma oñdit ꝙ ſomniū nō ē paſſio ſenſus. In ſcḋa oñdit ꝙ nō ſit paſſio opinōis ſiue intellectus. In tercia oñdit ſomniū nō eē ſine ſenſu. In q̄r ta ꝙ nō ſit ſine intellectu. Scḋa ibi (Atuero neqꝫ opinio ne) Tercia ibi (Palā āt de his) Quarta ibi (In ſomno āt) Quātū ad pͥmā ꝑticulā intēdit hāc ꝯclōem. Sōniū nō ē paſſio ſenſus. vt ſcꝫ ſenſu ſomniū ſentiam⁹ vel appͥ/ hendam⁹ Quā ꝓbat ſic. Illo nō ſentimus vel ꝑcipimus ſomniū neqꝫ illi⁹ ſomniū ē paſſio qḋ in ſomno eſt ligatū ⁊ clauſum ⁊ impotēs ad ſentiendū. ſed oēs ſenſus ſt̄ in ſom no ligati clauſi ⁊ impotētes ad ſentiēdū. ḡ nō eſt ſomniū iudiciū ſenſus neqꝫ paſſio ei⁹. Maioꝛ ē nota. Sꝫ minorē ꝓbat. q: vſus ſeu operatio ipſius viſus ē viſio. et vſus ſeu opatio ipſius audit⁹ eſt audire. ⁊ ſenſus in cōi vſus eſt ſen tire ſenſibilia cōia. q̄ ſt̄ figura. motus. magnitudo. ⁊ hu iuſmōi alia. vel ſenſibilia ꝓpria q̄ ſt̄ color. ſonus. ſapor ⁊c̄. Sed talis opatio q̄ ꝑcipiunt̄ hmōi ſenſibilia. cōia vel pro pria. in ſomno eſſe non poteſt. ergo in ſomno ſenſus exteri ores ſunt clauſi et ligati ſeu impotentes

Atuero neqꝫ opinione. Nō eīm ſolum adue niens dicim⁹ hoīem eſſe vel equū. ſꝫ ⁊ albū vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Cuius ſomniū eſt paſſio et cuius non

pulcrū quoꝝ opinio ſine ſenſu nihil vtiqꝫ dicet
neqꝫ vero neqꝫ falſo. in ſomnis accidit animam
hec facere. Similr̄ eñ qm̄ hō eſt ⁊ qm̄ alb⁹ ē qđ
eſt adueniens videmur videre. Amplius p̄ter
ſomniū aliud aliqđ intelligimus queadmoduꝫ
in vigilando ſentientes aliqđ. de eo eñ qđ ſen/
timus ſepe ⁊ intelligimus aliquid. Sic eñ ⁊ in
ſomnis preter phantaſmata alia aliqñ intelligi
mus Videbit̄ aūt alicui hoc ſi qs adhibeat mē
te ⁊ tentat memorare ſurgens. Jam vero qdaꝫ
viderunt ſomnia hm̄oi velut q̄ videnť ſm me/
moratiuū p̄ceptum ponere q̄ p̄ponunť Accidit
eñ eis aliud quid preter ſomniū ponere añ ocu
los in loco phantaſma. Quare manifeſtū qm̄
neqꝫ ſomniū omne qđ in ſomnis phantaſma et
qm̄ intelligimus que opinione opinabamur

Jn hac ſcđa p̄ticula oñt ph̄s ꝙ ſomniū nō ſit paſſio
opinionis ſeu intellect⁹ ſm ꝙ circa ſenſibilia ꝓſaſ. Et h̄
duab⁹ rōnib⁹ Quaꝝ p̄ma ſic formari p̄t Illi⁹ nō ē ſomni
um q̄ ſomniū nō apprehendim⁹. Sꝫ opinione ſomniuꝫ
nō apprehendim⁹. ḡ nō ē paſſio opinionis. Maior nota
eſt. ſꝫ minorē p̄bat ph̄s. qꝛ ſomnio nō ſolū apprehēdim⁹
ip̄m qđ aduenit nobis imaginādo ip̄m hoiem vel equū
intellectualr̄ opando. ſꝫ ⁊ albū vel pulcrū Jn ſomnijs eñ
ſepe accidit aīam ſomniantꝫ videre nō ſolū hoiem. ſꝫ ho
minē albū. ſꝫ taliū nō ē opinio p ſe. ḡ nō ē paſſio p ſe opi/
nionis. Scđa rō Jllius nō ē ſomniū paſſio vt hm̄oi quo
ꝯtingit aliqđ apphēdere qđ nō ē ſomniū. ſꝫ aliqđ preter
ip̄m. Sꝫ opinione ſeu intellectu ꝯtingit aliqđ in ſomno
apprehēdere qđ ē p̄ter ſomniū. ḡ. Minorē p̄bat. Quia
in vigilia de eo qđ ſentim⁹. intellectualr̄ aliqđ apprehen
dimus qđ nō ē phantaſma. Sic etiā accidit in ſomnis
ꝙ p̄ter phantaſmata quoꝝ eſt ſomniū multa apprehēdi
mus. Qđ ſic declarat ph̄s. Nā ſi qs circa ſomniū men/
te attenta ꝯſiderauerit poſtqꝫ ſurrexerit a ſomno. multa
intelligibilia. i. ꝯſiderabit ex ſenſib⁹ elicuiſſe p̄ter phātaſ/
mata. quoꝝ ſcꝫ phātaſmatū ē ſomniū. Quidā eñ talia ſom
nia viderūt. ex eis ſcꝫ intelligibilia eliciendo ſicut vigilā
tes q̄ ex phātaſmatib⁹ ꝯpoſitꝫ ⁊ ordinatꝫ ſm p̄ceptū me
morandi eliciunt vl̄e intelligibile. Accidit nāqꝫ talibus
dormientib⁹ p̄ter ſomniū aliqđ phātaſma vel phantaſ/
mata ponere añ oculos ⁊ ī loco diſponere ⁊ ordinare ad
intellectus ꝯceptōem. Manifeſtū ḡ ē ꝙ nō oē phantaſ
ma qđ videť in ſomno ē ſomniū. qꝛ ſomniū vt infra pate
bit ſolū ē phātaſtica apparitō Manifeſtū etiā ē qm̄ mul
ta intelligimus in ſomno q̄ extra ſomnū ſolum opinaba
mur. ꝙ taliū etiā nō ē ſomniū ſꝫ intellect⁹ Jbi Notā/
dū vt dr̄ Albt⁹ ꝙ cū multa in ſomno appareant q̄ꝝ p/
prie nō ē ſomniū. Ideo dr̄ ꝙ Socrates in tria diuiſit ea
q̄ nobis in ſomno apparent vel occurrūt. ſ. in ſomniū. in
diuinatōem. ⁊ in ꝓphetiā. de q̄b⁹ infra dicetur. Et refert
cōmentator de q̄dā q̄ ſomniauit ſomniū cui⁹ expōnem
neſciuit ⁊ tñ verā expōnem eius ſomniauit.

Palā āt de his vniuerſis in tantū qm̄ eodeꝫ
quo vigilantes in egritudinib⁹ decipimur hoc
idē in ſomnio in ſomno facit paſſionē. ⁊ ſanis ve
ro ⁊ ſcientib⁹ tm̄ pedalis ſol videť eſſe. Sꝫ ſiue
idē ſiue diuerſum phantaſticū aīe ⁊ ſenſitm̄ ni/
hilominus nō fit abſqꝫ ſentire ⁊ videre aliquid.
preter videre eñ ⁊ p̄ter audire videntis veꝝ ali
qđ ⁊ audientis. nequaqꝫ tñ id qđ arbitratur.

Jn tercia p̄ticula oñt ꝙ ſomniū nō ſit ſine ſenſu. Et
hoc tali rōne in effectu. Sine illo nō ē ſomniū quo dor/
mientes decipiuntur. ſed ſenſu dormientes decipiun/
tur. ergo non eſt ſomnium ſine ſenſu. Maior eſt mani/
feſta. Sꝫ minorē ſic p̄bat ph̄s. qꝛ ex his vniuerſis q̄ di/
cta ſunt palā ⁊ manifeſtū eſt ꝙ eo q̄ vigilātes in egritu/
dinib⁹. ſ. in melācholia vel freneſi ꝯſtituti decipiunť eodē
etiā decipiunť dormiētes. ⁊ idē facit paſſionē deceptōis
ſomnialis. Et ſilr̄ eo q̄ ſani ⁊ ſcientes ſeu videntes deci/
piunť ſicut illi q̄b⁹ videť ꝙ ſol bipedalis ē q̄ntitatꝫ q̄ tñ
maior ē tota terra. eodē etiā ⁊ dormiētes in ſomno deci
piunť. Sꝫ iſta deceptio in vigilantib⁹ nō fit ſine ſenſu ne
qꝫ abſqꝫ ſentire ⁊ videre aliqđ. ſiue ſenſus cōis (q̄ ē quo/
dam phantaſticū aīe) ſit idē cum ſenſu exteriori ſiue nō.
Preter videre eñ ⁊ p̄ter audire nō fit deceptio iſta. licꝫ
nō ſit id qđ p viſum vel auditum iudicať vel arbitrať. ḡ
dormientes in ſomno nō decipiunť ſine ſenſu. Licet eñ
ſup̄ dictū ſit ꝙ in ſomno oīno nihil ꝯtingat videre vl̄ au
dire exteri⁹ neqꝫ oīno ſentire. qm̄ oēs ſenſus ligati ſunt.
tñ exp̄imento ſcimus ſenſus in ſomno aliquo mō pati. ſ.
viſum. ⁊ ſilr̄ alios ſenſus. ſꝫ nō p exteriora ſenſibilia. ſed
inq̄ntū ſilitudines ſenſibiliū refluunt ab imaginatiua ad
ſenſum cōem cui ſenſus oēs exteriores q̄dāmō ꝯtinuan
tur. ſingulū eñ eoꝝ q̄b⁹ patimur ſm⁹ ſingulos ſenſus eue
nit nobis dormientib⁹ queadmodū vigilantib⁹. licet non
p oīa ſimilr̄ ſicut vigilantibus.

Jn ſomno āt poſitū ē nihil. videre atqꝫ audi
re neqꝫ oīno ſentire. ḡ nō videre veꝝ. nihil āt pa
ti ſenſum nō ē veꝝ. ſꝫ ꝯtingit ⁊ viſum pati aliqđ
et alios ſenſus. Singulū āt hoꝝ queadmoduꝫ
vigilanti adiacet q̄dem quodāmō ſenſui. non ſic
āt vt vigilanti. ⁊ qñqꝫ q̄dem opinio dr̄ qm̄ falſuꝫ
queadmodū vigilans. quandoqꝫ vero detine/
tur et ſequitur phantaſma.

In q̄rta p̄ticula p̄bat ꝙ ſomniū nō ſit oīno ſine opinio
ne. Et hoc tali medio in effectu. Sine illo non ē ſomniū
qđ iudicat in ſomno ſomniū eē phantaſticū ⁊ decepto/
riū ⁊ ſenſum in ſomno decipi. ſꝫ opinio ſiue intellect⁹ eſt
hm̄oi. ḡ ⁊c. Minorē p̄bat. qꝛ opinio ſiue intellectus dr̄
aliqñ falſum eē qđ in ſomno p ſomniū nobis apparet ſi/
cut. etiā accidit in vigilia. erroneū ſenſus alicui⁹ iudiciū
corrigi. Qñqꝫ āt ſup̄ior potētia errorē dijudicans tam in
dormiente qꝫ in vigilante detineť vt inferioris potentie
falſum iudiciū nequeat corrigere ⁊ vterqꝫ tam dormiēs
qꝫ vigilans ſequitur phantaſma.

Q̄ q̄dem igiť nō eſt opinātis neqꝫ intelligē/
tis paſſio hec quā vocam⁹ ſomniare manifeſtū
Sed neqꝫ ſentientis ſimplr̄. videre eñ vtiqꝫ et
audire ſimplr̄ ſed qualiter oportet. ⁊ ſm quē mo
dum conſiderandum.

Hic ꝯñr ph̄s ponit epilogū quorundā dictoꝝ dicēs



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ manifeſtū eſt ſomniū nō eē paſſionē intelligētis neq̄ opinātꝭ neq̄ etiā ſentiētꝭ ſimpl̄r ⁊ i actu. q2 tūc ſomnia re eēt videre ⁊ audire. Simpl̄r āt ſomniare nō eſt aliqđ taliū. ꝯtingit tn̄ in ſomno aliq̄ mō ꝑ ſomniū videre ⁊ audire. Sȝ quo mō hoc fiat hoc oſtendendū eſt

Ponatur ergo ꝙ et manifeſtū eſt ꝙ et ſenſitiui paſſio ſiquidē ⁊ ſomnꝰ Nō eñ alicui quidē alij aīaliū ineſt ſomnus Alij vero alicui ſomniare ſed eidem.

Hic ꝯñr phs oñdit ꝑncipale ꝓpoſitū huiꝰ capl̄i. ſcȝ cuiꝰ ſomniū ē paſſio ⁊ duo facit. Primo oñt ꝙ ſit paſſio ſenſus cōis ſeu ꝑmi ſenſitiui. Scđo oñt quō ē eiꝰ paſſio Scđm facit ibi (Qm̄ ꝟo) Quātū ad ꝑmū vult in effectu hāc ꝯcluſionē. Somniū ē paſſio ꝑmi ſenſitiui. Quā ꝓbat tali rōne Eiꝰ ē ſomniū paſſio. cuiꝰ ē paſſio ſomnꝰ Somnꝰ āt vt manifeſtū ē. ē paſſio ꝑmi ſenſitiui. g̃ ⁊ ſomniū. Minoꝛ nota ē ex dictꝭ Maioꝛē ꝓbat. q2 alicui alteri aīaliū nō ineſt ſomnus ⁊ alteri ſomniū. ſȝ inſunt eidē.

Qm̄ vero de phātaſia in his q̄ de aīa dictū ē et eſt q̄dem idē ſenſitiuo phātaſticū. eſſe aūt ſenſitiuo ⁊ phātaſtico alteꝝ Eſt āt phātaſia q̄ a ſenſu ſm̄ actū fit motus Sōnium vero phātaſma q̄ddam videt̄ eſſe Nā qđ in ſomno phantaſma ſomniū dicimꝰ ſiue ſimpl̄r ſiue q̄dam mō factū manifeſtū ꝙ ſenſitiui quidē eſt ſomniare. huiꝰ autem ſm̄ ꝙ phantaſticū

Hic oſtēdit quō ſomniū eſt paſſio ꝑmi ſenſitiui. Et vult in effectu hanc ꝯcluſionē. Somniū ē paſſio primi ſenſitiui ſm̄ eā habitudinē quā hȝ ad interioꝛes ſenſus ⁊ ſm̄ ꝙ phātaſticus ē Quā ſic declarat. qm̄ phātaſticū eē idē ē ſubiecto cū ipo ſenſitiuo. eē āt ē phātaſtico ⁊ ſenſitiuo alteꝝ ⁊ alteꝝ. vt in libro 2° de aīa dictū ē. q2 phātaſia formal̄r loquēdo ſaltē de phantaſia. ē motꝰ factꝰ a ſenſu ſm̄ actū facto. Somniū āt ē motꝰ q̄dā phātaſmatꝭ ſimpliciter. aut nō ſimpl̄r factꝰ. ſȝ nō ē motꝰ phātaſmatꝭ ſimplicit̄ q̄ venit ab exterioꝛibꝫ ſenſibꝫ. ſȝ ſm̄ ꝙ ab imaginatiua ꝓcedit vſq̄ ad ꝑmū ſenſitiū. g̃ cū ſomniū ſit motꝰ phātaſmatꝭ ſm̄ q̄d. nō ē paſſio ꝑmi ſenſitiui. ſm̄ ꝙ ab exterioꝛibꝫ ꝑ mediū ſenſuū exterioꝝ ꝑficit̄. ſȝ ſm̄ ꝙ ab imaginatiua immutat̄ Sōniare g̃ ē ꝑmi ſenſitiui ſm̄ ꝙ phātaſticū ē ſiue ſm̄ habitudinē quā hȝ ad iterioꝛes ſenſus Notandū ſm̄ Cōmentatoꝛē in ſuo libello de ſomno ꝙ motus ſenſuū in vigilante incipiūt a ſenſibꝫ exterioꝛibꝫ vſq̄ ad ſenſum cōem. In doꝛmiente ꝟo incipiūt a phantaſia ꝯ̄ſus ſenſum cōem. ⁊ iō ſenſus cōis vt phātaſticꝰ. hoc eſt ſm̄ ꝙ motꝰ ē a phantaſia dꝛ eſſe ſubiectū ſomnij ⁊ nō ſm̄ ꝙ natus eſt ab exterioꝛi ſenſu immutari

Quid āt eſt ſomniū et quō fit ex his q̄ circa ſomnū accidunt maxime vtiq̄ ſpeculabimur. Sēſibilia eñ ſm̄ ſingulū ſenſitiū nobis efficiunt ſenſuȝ et q̄ fit ab eis paſſio nō ſolū ineſt ſenſiterijs dū ſenſus agūt ſȝ et dū abeunt Silr̄ eī paſſio in his et q̄ in his q̄ ferunt̄ videt̄ eē Etenī in latis eo ꝙ mouit nō vlteriꝰ ꝯtingēte mouet̄. Nā qđ motuȝ fecit mouit aerē quēdā et rurſus hic motus aliū ⁊ hoc itaq̄ mō quouſq̄ quodeȝ ſtet facit motū ⁊ in aere ⁊ in humidis. Silr̄ aūt opoꝛtet opinari hoc ⁊ in alteratōne. Nā qđ calefactiuū eſt a calido proximū calefacit ⁊ hoc diſtribuit vſq̄ ad ꝑncipiū quare ⁊ in quo eſt ſentire qm̄ eſt alteratio q̄dam q̄ ſm̄ actum ſenſus neceſſe eſt hoc accidere. Ideo paſſio eſt nō ſolum ſentientibꝫ in ſenſiterijs. ſed q̄ſcentibꝫ ⁊ in profundo ⁊ ſupꝼicie tenus. Palam āt cū ꝯtinue ſentiamus aliq̄d. transferentibꝫ eñ ſm̄ ſenſum ſeq̄tur paſſio vt de ſole ad tenebras. accidit eñ nihil videre ꝓpter adhuc ſubſiſtentē motū in oculis a lumine. et ſi ad vnum coloꝛē multo tempe aſpiciamus aut album vel viride eiuſdē modi videt̄ ad q̄dcunq̄ viſum ꝑmutemus. Et ſi ad ſolem ꝓſpicientes vel aliquod ſplendidū ꝯcluſerimus. obſeruantibꝫ q̄dem videtur ſm̄ directōeȝ qua accidit viſum videre. Primum q̄dem huius coloꝛē donec ꝑmutatur in puniceū. deinde in purpureū quouſq̄ in nigꝝ veniat coloꝛem et euaneſcat. Et ab his que mouentur aut ꝑmutantur veluti a fluminibꝫ. maxime autē ab his que citiſſime fluunt. videntur eñ quieſcentia moueri. fiunt autē ⁊ a magnis ſonis obſurdeſcentes fiunt autē ⁊ a validis odoꝛibus difficile odoꝛantes ſilr̄. Hec itaq̄ manifeſte accidunt hoc mō

Oſtenſo in ꝑcedēti capl̄o cuiꝰ ſomniū ē paſſio Nunc ꝯñr in hoc capl̄o ſcđo oſtēdit quō ſe hñt ſenſus ⁊ ſenſibilia penes actōem ⁊ paſſionē ad inuicē. Et partit̄ in duas ptes. In quaꝝ ꝑma oñdit ꝙ ſenſibilia agunt in ſenſum derelinquēdo ſpēm ſenſibil̄ in ſenſu in abſentia ſenſibiliū. In ſcđa oñt ꝙ ſenſus nō ſolū patit̄ a ſenſibilibꝫ. ſȝ etiā q̄dāmō agit in ſenſibilia. Scđa tangit̄ ibi (Qꝫ āt ſenſiteria) Quantū ad ꝑmā ꝑmittit ꝓhemialit̄ intentōeȝ ſuā dicēs. Quid ſit ſomniū ⁊ quō fiat. maxime ſpeculari poterimus ex his q̄ circa ſomniū accidūt. Cōferūt eñ accidentia ad cognoſcendū ꝙ q̄d ē. vt ſupͣ in ꝓhemio de aīa dictū ē. Quo ſic ꝓhemialit̄ ꝑmiſſo in effectu ꝑncipal̄ intētio ꝑme ptis huius capl̄i ſtat in hac ꝯcluſione. Senſibilia inferunt ſenſibꝫ ſuis paſſionē q̄ nō ſolū ineſt qñ iam in ſenſum agūt. Sȝ manet abeuntibꝫ ſenſibilibꝫ Quā ꝓbat ꝑmo ꝑ ſile ⁊ ꝑ quinq̄ ſigna. Per ſile ſic. Quia hec paſſio q̄ ſenſus patiunt̄ ſilis eſt motui ꝓiectoꝝ ⁊ motui alteratōis. Nā ꝓiecta adhuc mouent̄ iā ſepata a ꝑmo mouente ſeu impellente ꝑ hoc ꝙ ꝑmum impellēs motū qđ ꝑmū motū facit. mouet aerꝭ ptē. ⁊ illa ps mouet aliā donec ceſſet virtus violentatꝭ ꝑmi. ſicut manifeſte patȝ in aere ⁊ aqua q̄ ſunt humida facile diuiſibilia in q̄bꝫ nata ſunt ꝓiecta moueri. Silr̄ opoꝛtet hoc opinari in alteratōne. Nā qđ calefactibile eſt. calefactū ab aliquo calido. hoc calefactū ꝯñr aliud calefacit ſibi ꝓximuȝ. ⁊ hoc vlteriꝰ diſtribuit caloꝛē. ⁊ ſic fit ꝯtinue ꝑ mouētia mota vſq̄ ad ꝑmum ꝑncipium quod eſt ſolū mouens nō motum. in genere ſaltem motus illius in quo mouet vl̄ diſtribuit virtutē vſq̄ ad ꝑncipiū. hoc eſt. vſq̄ quo durat virtus ꝑmi calefacientis. ergo ſimil̄r hoc opinandū eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc accidere in ip̄o ſentire. qꝛ ſentire ē motꝰ q̄dā. imo alteratio q̄dā. q̄ ſenſus fit in actu a ſenſibili. ꝛ ita paſſio ſenſibilis non ſolū eſt in ſenſibꝫ q̄n iā actu ſunt ſentientes et immutanť ab obiecto ſenſibili. ſꝫ deſcētibꝫ ſenſibꝫ ab illa immutatōe. Et hoc dupliť. ſ. in ꝓfundo ꝛ ſupficie tenus. In ꝓfundo q̄ ad ſenſus īteriores q̄ ſunt in ꝓfundo capitis ꝛ ſupficie tenus q̄ntū ad exteriores. Signū āt ꝑmū q̄ ꝓbat ꝓpoſitū tangiť ibi (Palā āt) Et eſt tale. Nam cū diu ꝛ ꝯtinue patiť ſenſus ab aliq̄ ſenſibili valde actio et nos ſꝫm ſenſum ſic paſſum transferimus ad alia ſenſata eiuſdē ſenſus. tūc palā ē ꝙ paſſio ꝓpꝛis ſenſibilis ſeq̄ť ſenſum. Queadmodū accidit poſt viſum ſolē. ꝯuertentibꝫ ſe ad tenebras nihil videre ꝓpter paſſionē que eſt in oculis a lumine. ſiue ꝓpter lumē ſolis adherens oculis. Scđm tangiť ibi (Et ſi ad vnū colorē) Et ē Si aliquē colorē aſpiciamus multo tp̄e puta albū vel viridē ſiue ceruleum. eiuſdē coloris videť eē id ad q̄dcūq̧ viſum cito ꝑmutamꝰ. Et apparet res quā poſt ꝑmutato viſu videmus inq̄t Albertus q̄ſi pelle alba vel cerulea ſupducta Terciū ſignū tāgiť ibi (Et ſi ad ſolē) Et ē Si aliq̄ꝫ diu aſpiciamꝰ ad ſolē vel ad fulgidū aliq̄d ſeu ſplendiduꝫ. ꝛ ꝯcluſerimus oculos. tūc ſic nobis obſeruantibꝫ oculos clauſos. accidit ꝑmū ſꝫm directū vel directōnem videre ꝑmū colorē fulgidū ſeu lucidū. donec ꝑmuteť in puniceū hoc ē in colorē rubeū. deinde i purpureū ꝛ ſanguineum q̄uſq̧ ꝑueniat in nigrū. ꝛ tandē euaneſcat. Vel ſic exponitur ſꝫm Albertū. ſi inſpiciamus fulgidū vel ſolē aliq̄ꝫdiu ꝛ ſtatim cōmutamus claudēdo oculū. ꝛ nob̄ obſeruantibꝫ aliq̄d aliud ſꝫm directū viſum īmediate ꝯſpiciendū vbi accidit viſum videre. ſtatim apteis ſubito pꝰ aſpectū ſolis. oculis. ꝑus iudicabit oculus eſſe colorē huius q̄lis ē in lumine. ꝑncipalē. ſ. luminis. deinde paſſiōe oculi modicū remiſſa ꝑmutabiť in puniceū. ꝛ deinde in ſanguineū ſeu purpureū. ꝛ vltimo in nigrū veꝝ. vel colorem rei. quā directo viſu videt viſus. eo ꝙ tūc euaneſcit paſſio in oculo. Quartū ſignū tāgiť ibi (Et ab his) Et eſt ꝙ ſi oculi imuteť ab his q̄ moueť aut ꝑmutanť ſicut a fluminibꝫ. ꝛ maxime ab his q̄ citiſſime ꝛ velociſſime fluunt. tunc videnť q̄eſcentia moueri ſi ab illis ſic motꝫ cōuertat ſe ad q̄eſcentia. Quintū ſignū tangiť ibi (Fiūt āt et) Et eſt ꝙ poſt ꝑceptos magnos ſonos fiunt homīes ſurdeſcentes. Non qꝛ corrūpiť auditus organū. ſꝫ qꝛ forma ſeu ſiľitudo magni ſoni manet in auditu. ꝛ iō nō ꝑcipiunt ſtatim alios ſonos quaſi eſſent ſurdi. Et ſiľr a validis ꝛ fortibꝫ odoribꝫ fiunt hoīes male ꝛ difficuľ odorātes alios odores. ꝛ in oībꝫ ſiľibꝫ ſenſibꝫ ſiľe ē iudiciū. Hec aūt oīa iā tacta accidūt ſꝫm modū iā dictū. qꝛ abeuntibꝫ ſenſibilibꝫ manēt adhuc ſiľitudines reꝝ ſenſibiliū i ſenſu

Et autē ſenſiteria cito ꝛ modicas differentias ſentiunt ſignū eſt ꝙ in ſpeculis accidit de q̄ eodem inſiſtens vtiq̧ ꝯſiderabit q̄s ꝛ dubitabit. Simul autē ex ip̄o manifeſtū quoniā quēadmodū viſus patitur ſic ꝛ facit aliquid. In ſpeculis em̄ valde puris cum menſtruis ſupuenientibus mulieres inſpiciant in ſpeculum fit ſupficies ſpeculi ſicut nubes ſanguinea. Et ſi q̄dem nouum ſit ſpeculum nō facile eſt abſtergere huius maculam. Si vero vetus facile Cauſa vero vt diximus quoniā non ſolum viſus patitur aliquid ab aere. ſed ꝛ facit aliquid ꝛ mouet. quēadmodū ſplendida. Nam viſus ſplendidoꝝ et habentiū colorē. Oculi quidem igitur rationabiliter quando fiūt menſtrua. afficiunť. ſicut et alia pars quelibꝫ corpis. etem̄ natura exiſtunt pleni venaꝝ. ideo cum fiunt menſtrua propter turbatōnem ꝛ phleumaſiā ſanguineā nobis q̄dem que in oculis differētia incerta eſt. ineſt āt. nam eadem natura ſeminis ꝛ menſtruoꝝ. aer q̄ ꝙ mouetur ab ip̄is ꝛ eum qui in ſpeculis eſt aera ꝯtinuum exiſtentē qualem quendam facit et talem velut ip̄e patitur. hic vero ſpeculi ſupficiē quēadmodū em̄ veſtiū que maxime munde ſunt citiſſime inq̄nantur. Nam purū diligenter oſtēdit quicquid exceperit ꝛ ꝑſertim minimos motus. Es vero eo ꝙ planum ſit qualēcunq̧ tactū maxime ſentit. Oportet vero intelligere tanq̄ꝫ attractōem eſſe aeris tactum. ꝛ tanq̄ꝫ extenſionē et ablutionē. propter mundiciā vero manifeſta fit qualiſcunq̧ ſit. Non exeundi vero celeriter ex nouis ſpeculis cauſa eſt ꝙ purum ſit ꝛ planum. ſerpit em̄ per hmōi in ꝓfundum ꝛ omnino magis in talibus. nam eo quidem quod purum eſt in ꝓfundum. eo autē quod planum omnino. In veteribus vero non immanet q̄m nō ſimiľr ſubit macula. ſed ſupficie tenꝰ magꝭ Quī q̄dem igitur ꝛ a ꝑuis differētijs fit motus ꝛ q̄m celeres ſunt ſenſus ꝛ ꝙ non ſolum patitur. ſed ꝛ ꝯtra facit coloꝝ ſenſiteriū manifeſtū ex his. Atteſtantur autē his que dicta ſunt ꝛ que circa vina ꝛ que circa pigmenta eueniunt. Nam quod ꝑparatum eſt oleum cito accipit proximoꝝ odores. ꝛ vina hoc ip̄m patiuntur. Non em̄ ſolum eorum que immittūtur vel cōmiſcentur. ſed eorum que prope vaſa ponuntur vel naſcuntur recipiunt odores. Ad eam vero que ex principio eſt cōſideratōnem ponatur. vnum quidem q̄d ex his que dicta ſunt patꝫ ꝙ recedēte ſenſibili extrinſecus imanent ſimulacra q̄ ſenſibilia ſunt.

Hic ꝓbat phus ſcđm ꝑncipale. ſ. ꝙ nedū ſenſibilia agunt in organa ſenſuū ꝛ in ſenſus. ſed ꝙ organa ſenſuū ſeu ſenſus materialiter accepti agunt in ſenſibilia. Qđ ꝓbat ꝑ ſiľe dicens ꝙ ſenſiteria ſeu ſenſitiua organa cito ꝛ faciliť modicas drās ſuoꝝ ſenſibiliū ꝑcipiāt ꝛ ab illis patianť. ꝛ ꝙ etiā agāt i ſenſibilia ꝑ ſignū ꝓbari pt. de q̄ q̄d accidit i ſpeculꝭ ex illo em̄ q̄d accidit ſpeculꝭ q̄s diligēter ꝯſiderādo iſiſtēs ꝯſiderabit cām ꝛ dubitabit ſeu āmirabiť de facilitate hmōi paſſiōis q̄re facile ſenſus patianť a ſenſibilibꝫ. ꝛ quare ſenſus materialiter accepti. hoc eſt ſenſuū organa agāt in ſenſibilia. Ex illo em̄ ſiľ manifeſtum erit ꝙ quēadmodū viſus organū patiť a viſibili.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ ſic etiã agat aliq̄ḋ in ipm quod videtur Et hoc ſic de
clarat. Primo aſſignando cauſam ex parte agentis .ſ. or
gani viſus. ſcđo patientis .ſ. ex parte ſpeculi. Ex pte ocu
li ſeu agentis. Quia mulieres menſtruū patientes cum
inſpiciunt ſpeculum valde purum inficiunt ipm .ꝛ fit ſu
pficies eius ſicut nubes ſanguinea. que in ſpeculo nouo
nō facile abſtergi poteſt. In ſpeculo aūt antiquo de facili
abſtergitur. Hoc aūt nō eſſet poſſibile niſi qꝛ nō ſolum
oculus patitur ab aere ſm ꝙ in eo eſt forma viſibilis .ſꝫ
etiam in ipm agit ſicut faciunt alia queeūqꝫ ſplendida.
Splēdida eñ nata ſunt agere in corpa ſibi ꝓpinq̄ ꝓpter
ſplendorē q̄ diffunditur ab ipis ſuper alia corpa Uiſus
aūt organū oculus .ſ. de numero ſplendidoꝝ eſt. ꝛ habē/
tium colorē. multa eñ colorata ſunt ſplendida Uerum
aliunde etiã hoc ꝯuenit oculis. qꝛ tale corpus Oculi eñ
mulieꝝ menſtruū patientiū afficiunt ſicut alia q̄libet ps
corpis. immo plus. qꝛ naturalr ſunt pleni venaꝝ q̄ ſunt
vie ſanguinis. ideo cum fiunt menſtrua ꝓpter turbatōez
et feruorē ſanguineū ſeu ꝓpter feruorem ſanguinis men/
ſtrui ꝛ ꝓpter phlegmazia ſanguineã. vene oculi hmōi ſan
guine menſtruo implentur. licȝ eñ natura ꝛ dn̄a ſangui
nis qui diſcurrit ex oculis nobis incerta eſt. tñ ineſt ipis
vtiqꝫ ſanguis etiam menſtru⁹ tempe menſtruoꝝ ſicut
alijs mēbris. Eadem eñ eſt natura ſeminis ꝛ menſtruo
rum. ꝛ ergo ſicut ſemen a toto corpe deſcindit. ita ꝛ men
ſtruum a toto corpe deſcinditur. ꝛ ſic erit aliqua ſui ps
decurrens in oculis. Et cum reſoluuntur vaporabilit. mo/
uetur aer ꝓpinquus oculis. ꝛ ſerpit alteratiua illa motio
vſqꝫ ad aerem qui eſt continuus ſpeculo. tangens ipm
et ita facit ipam ſpeculi ſupficiem qualis ipe eſt. inficien
do ipam. Ex parte aūt patientis ſeu ſpeculi cauſam aſſi
gnat ſue paſſionis ab oculis que eſt mundicia. ꝓpter eñ
mundiciã eius facile ab oculis patitur. Quod ꝓbat du
plici ſilr. Primo de veſtibus mundis. Nam ſicut veſtes
que maxime munde ſunt citiſſime inquinantur. ita pu/
rum ꝛ mundum diligēter oſtendit quicq̄d acceperit ſor/
didum. ꝛ pſertim oſtendit minimos motus alteratōis
Scđo de ere. Nam ex eo quo planum ꝛ politū eſt. ta/
ctum quantūcunqꝫ paruum etiã mundiſſime man⁹ ſen
tit ꝛ demonſtrat. Et ita oportet intelligere hunc tactū
ſeu qualitatē. quo vel qua tangens infectus aer. inficit
ſpeculum tanqꝫ quandã aeris infecti attractōem ad ſpe
culum ꝛ extenſionē vſqꝫ ad ꝓfundū ꝛ ablutōem. qꝛ ſpe/
culum aere lotū abluitur ꝓpria venuſtate. ꝛ aere infecto
nubis infectōnem ſuſcipit. que ad ſtatim ꝓpter ſpeculi
mundiciem apparet. ſiue magna ſiue parua. Qꝫ aūt ce/
leriter a nouis ſpeculis ipa macula deleri nō poteſt. pro
uenit ex eius puritate. politura. ꝛ planicie eius Ex illis
eñ ſerpit macula oīno in ꝓfundū ſpeculi. Nam ex eo
ꝙ ſpeculum purū eſt ſerpit in ꝓfundū ſpeculi. ꝛ ex eo ꝙ
planum eſt ſerpit oīno ꝛ vlr ꝑ totam ſpeculi ſupficiem
In plana eñ ſupficie facilis eſt diffuſio vapoꝝ cū nulla
pars alteri emineat ꝓtegens vicinas ab infectōe In ve
teribus aūt ſpeculis nō adeo fortiter manet indelebilr
qm̄ cū nō ſit adeo purum. macula nō ſubit ꝛ penetrat ſi/
militer in ꝓfundū ſpeculi. ſicut in nouis. ſed manet poti
us ſupficie tenus ſolum in ſpeculo. Epilogando ergo
finaliter concludit phus dicēs ꝙ manifeſtum eſt ex his
ꝙ a paruis differentijs ſenſibiliū fiat motus ꝛ alteratio
organoꝝ. Et ꝙ colores qui ſunt qualitates ſenſibiles a
viſu ſunt ſenſus ſm actum. ſ. ꝛ ꝙ non ſolum patiatur or/
ganum ſenſus ſeu ſenſus. ſed ꝙ etiam ſenſus organum
ſeu ſenſiteriū facit colorem quodãmodo vel aliquid cir/
ca ipm. hoc eſt circa ipm viſibile. Qꝫ aūt ſpeculum pa/
tiatur ab oculis. ꝛ ꝑ ꝯſequēs ſenſibile ab organo ſenſus.
Probat phus ꝑ ſile dicens. Illi dicto atteſtãtur illa q̄
eueniunt circa vina ꝛ pigmenta ſibi ꝓpinqua. nam oleū
ꝑparatum ꝛ ſepatū ab amurca ꝛ depuratū cito cōtrahit
et accipit odores corpoꝝ ſibi ꝓximoꝝ. ꝛ ſimilr hoc ipm
patiuntur. Non eñ ſolum vina ꝯtrahunt odorem eorū
que eis immittunt vel cōmiſcent. ſed etiam eoꝝ recipiūt
odores que prope vina ponuntur vel naſcunt. Poſt hec
oīa finaliter recolligit que dicta ſunt dicens. ꝙ ſi intē/
tio noſtra referatur ad ꝯſideratōem illam que a princi/
pio queritur de quiditate ſomni. vnum patet ex his q̄
dicta ſunt. ſcȝ ꝙ recedente ſenſibili extrinſecus adhuc in/
trinſecus manent ſimulacra ſenſibilium in ſenſu.

Adhuc autē ꝙ facile decipimur circa ſenſus
cum in paſſionibꝫ exiſtimus. Alij autē in alijs.
veluti trepidus in timore ꝛ qui amat in amore.
Ita vt videatur a modica ſimilitudine hic qui
dem hoſtes videre. ille vero dilectū. ꝛ hoc vti/
qꝫ quanto paſſibilior quis fuerit tanto a minori
ſimilitudine videtur. Eodem vero modo ꝛ in
ira ꝛ in omnibꝫ cōcupiſcentijs facile decipiunt
oēs. ꝛ magis quantūcunqꝫ in paſſionibꝫ ma
gis fuerint. Ideo ꝛ febricitantibꝫ interdū ani/
malia videntur in parietibꝫ a modica ſimilitu/
dine lineaꝝ cōpoſitaꝝ. Et hi quidem aliquãdo
decertant in paſſionibꝫ ſic vt ſi vehementer nō
laborant non lateat quoniã falſum ꝙ ſi maior
ſit paſſio ꝛ mouentur ad ipa

Iſtud eſt terciū capłm In quo oſtendit cãm decep/
tionis ſomnialis in generali. Et diuiditur in duas p/
tes. In pma oſtendit cãm deceptōnis ſenſuū in vigilia.
In ſcđa declarat quō hmōi deceptio fiat in ſomno. Se/
cunda ibi (Ex his itaqꝫ) Prima rurſus ſubdiuiditur in
duas. In pma oſtendit ſenſus decipi circa ſua ſenſibilia
In ſcđa oſtendit cãm quare latet nos aliquãdo iſta de
ceptio. ꝛ ꝑ ꝯñs ſenſum decipi. Scđa ibi (Cauſa vero vt
hec) Quantū ad pmã pticulã in effectu vult hanc ꝯclu
ſionē. Senſus decipiunt faciliter circa ſua ſenſibilia. ex
paſſionibꝫ in q̄bꝫ exiſtimus diuerſis. in q̄bꝫ diuerſimode
ſumus. Quã ꝓbat exēplariter. Nã trepidus ꝛ in paſſio
ne timoris exñs ex modica ſilitudine iudicat ſe hoſtes vi
dere. Silr in paſſione amoris vel ꝯcupiſcētie exñs. vt q̄
amat ex modica ſilitudine iudicat ſe dilectū videre. Et
q̄nto quiſpiã hoꝝ paſſibilior fuerit aliqua paſſionū. tãto
a minori ſilitudine mouet ꝛ decipit. Et eodē mō eſt lo/
quendū de paſſionatis alijs paſſionibꝫ ire iraſcibilis ap/
petitus. ꝛ ꝯcupiſcentijs ſeu in paſſionibꝫ appetitus ꝯcu
piſcibilis. Omnes eñ aliqua illaꝝ paſſionū paſſionati fa
cile decipiuntur. ꝛ tanto facilius ꝛ magis decipiunt q̄n/
to in paſſionibꝫ fuerint plus detenti. Et ideo febricitan
tibus aliquãdo videntur animalia in parietibꝫ ex modi
ca ſilitudine lineaꝝ cōpoſitarū. Et hi quidem. ſic infir/
mantiū vel paſſionatoꝝ quibus nō detinetur vſu ratō
nis (quales ſunt qui vehementer paſſionibꝫ nō laborāt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel detinent) decertant apud ſe contra phantaſmata apparentia. iudicātes falſum eſſe qđ apparet ⁊ ꝯtingit eis. Dum aūt vehementer paſſionib⁹ laborauerint ⁊ maior ſit impetus paſſionis vel infirmitas ita ꝙ detineat iudicium ratōnis mouentur ab ip̄a modica ſilitudine velut a repēte iraſcēdo vel timendo vel ꝯcupiſcendo

Cauſa vero vt hec accidant hec eſt. q͂z non ſm̄ eandē potentiā iudicat quod p̄ncipale eſt ⁊ quo phantaſmata fiunt. Huius vero ſignū eſt qm̄ videt̄ ſol pedalis. Cōtradicit aūt aliud aliqđ ſepe ad phantaſiā. ⁊ ꝑmutatōne digitorum vnū duo videt̄. attn̄ nō dicimus qm̄ duo. dignior em̄ tactu viſus Si vero eſſet tactus ſolus iudicaremus vnū duo. Mētiēdi aūt cauſa qm̄ nō ſolum cū ſenſibile mouet apparent quelibet ſed etiam cū ſenſus ip̄e moueatur ſi eodem mō mouet̄. queadmodū ⁊ a ſenſibili. dico aūt velut terra videtur nauigantib⁹ moueri. dum mouetur viſus ab alio.

Cōſequenter in ſcđa ꝑticula oſtendit cām hm̄ōi deceptōnis dicens. Cauſa quare deceptōnes ſic fiāt hec eſt. videlꝫ ꝙ nō ſm̄ eandē potentiā aīa iudicat id qđ p̄ncipale eſt. ſ. res ⁊ id quo fiunt phantaſmata. Quia p̄mū iudicat rōne. ⁊ ſcđm ſenſu cōmuni. vel eſtimatōne. quaſi diceret. Cauſa q̄re deceptio hm̄ōi nō latet eſt. q͂z virtus ſuꝑior iudicat ꝯriū eius qđ iudicat ꝓtus inferior q̄ ꝓpt̄ paſſiones decipit̄. ad quā q̄dem virtutem ſuꝑiorē ꝑtinet iudicare rem ſiue ſubſtantiā ⁊ id qđ p̄ncipale ē Et iſtud declarat phus iterū ꝑ exempla duo ſeu ſigna. dicens ꝙ ſignū huius eſt. ꝙ ſol videt̄ a viſiua potentia pedal̄ q̄ntitatis. Sed alia ps aīe ⁊ virtus ſuꝑior ꝯrium dr̄ ⁊ ꝯtradicit ad phantaſiā hm̄ōi. ponendo ſolē maiorē tota terra. Scđm ſignū eſt ꝙ ꝑmutatōe digitoꝝ ſeu cācellatōe vnū. tactu iudicat̄ duo. attn̄ nō dicimus hoc ſic duo apparens eſſe duo. Immo viſus q̄ eſt dignior potētia tactu. ꝯtradicit. Si vero nō haberemus niſi tactū ⁊ talem tactum q̄ eſt cum tranſpoſitōne digitoꝝ ⁊ nō alium. tunc ꝓcul dubio decepti iudicaremus duo eſſe qđ vnū ē. Et cā ſic mentiendi ⁊ deceptōnis eſſet. q͂z nō eſſet ali⁹ dignior ſenſus. vel potentia errorē tactus iudicans. Uel ſic exponit̄ textus ꝙ mentiendi cauſa eſt. qm̄ nō ſolum ſenſibile mouet ſenſum. ita ꝙ apparēt forme ſenſibiliū quelibet. ſ. ſm̄ exigentiā ſenſibiliū. ſed etiā apparent ſm̄ conditōnem ſenſus recipientis. Ut cum ſenſus moueatur. tunc ſenſibile quod ſenſum imutat ſm̄ ꝯditōnem eius a quo p̄us mouebatur ⁊ adhuc mouetur. ſicut pꝫ de his qui nauigant. q̄bus apparet terrā moueri. Cauſa em̄ vl' mentiendi de ſenſibilib⁹ eſt. nō ſolum ex hoc ꝙ quelibet forma apparet cum mouet ip̄m ſenſibile quod p̄mo mouet ſenſum exterius. Sed etiam ex hoc ꝙ fiunt apparitōnes multe. cum ip̄e ſenſus mouetur ſm̄ formas preacceptas. vel naturalr̄ in eo exiſtentes. ſed ⁊ lumen diaphaneitas et ſplendor ⁊ hm̄ōi. tunc em̄ eodem mō mouetur. quēadmodū a ſenſibili p̄us accepto mouebatur ſicut terra videt̄ moueri ab aſpicientib⁹. quoꝝ viſus prius ab alio eſt motus. ſicut eoꝝ q̄ nauigarunt Notandum ſm̄ Albertū Q; cauſa deceptōnis in ſomno ꝓuenit ex vno p̄ncipaliter. ⁊ ex trib⁹ ſcđario. Primū p̄ncipale eſt. q͂z nō eſt ſuꝑior potentia ꝯtradicēs niſi valde raro. eo ꝙ humiditas ſomni oppilat poꝛ ꝑ quē eſt tranſitus imaginū ad vſum ⁊ exercitium ratōnis. ⁊ tunc accipitur phantaſma vt res. Et ſilis cauſa eſt in om̄ibus amātib⁹ Primū minus p̄ncipaliū eſt paſſio. Nec em̄ trahit formam ſm̄ modū ſuum ſm̄ ꝙ ſcꝫ vel timet vel deſiderat. Nam ꝙ quiſq3 timet vel ſperat. ꝑ ſomniū cernit idip̄m. et ideo luxurioſis fit ſomniū decipiens de coitu. ⁊ famelicis de cibo. Scđm decipiēs eſt ſilitudo cibi vel humoris q̄ dominat̄ in corpore ad id quod ſomniat̄. Sicut cui dulce phlegma diſtillat a capite ꝑ dentes. ſomniat ſe bibere mel. ⁊ cholericus ſomniat ſe ꝓpter motum cholere in igne eē phlegmaticus ꝓpter motum phlegmatis frigidi in aqua eſſe. Terciū aūt minus p̄ncipale eſt lineatio imaginū in vapore fluido interius organa tangente ſicut em̄ vapor ē icerte figure. ita imagiēs q̄ ferunt̄ in ip̄a

Ex his itaq3 manifeſtū qm̄ nō ſolum vigilādo motus a ſimulacris fiunt ⁊ que extrinſecus et que in corpe ſunt. ſed etiam quādo fit paſſio hec que vocat̄ ſomnus ⁊ magis tunc apparēt. ſub die em̄ repellunt̄ dum opantur ſenſus ⁊ intelligētia ⁊ exterminant̄. quēadmodū iuxta magnum ignem minor. ⁊ triſticie ⁊ oblectatōnes parue iuxta magnas. dum vero q̄eſcunt ſupnatant ⁊ parua ſimulacra Noctu vero propter vacatōnem ꝑticulariū ſenſuū ⁊ impotentiā agendi. eo ꝙ ab exteriorib⁹ ad id quod intrinſec⁹ fiat caloris reflexio. ad p̄ncipiū ſenſus referunt̄ ⁊ fiunt manifeſta ſedata turbatōne

Hic ꝯſequenter in ſcđa pte p̄ncipali oſtēdit ꝙ hm̄ōi deceptio ⁊ phantaſtica apparitio locum habeat in ſomno. Et duo facit. Primo oſtendit quod dictū eſt Scđo oſtendit modum quo phātaſmata in ſomno diuerſimode mouentur. Scđm ibi (Oportꝫ āt imaginari) Quātum ad p̄mum in effectu vult hanc concluſionē. Phantaſtica apparitio ſeu motus a ſimulacris ſeu deceptio ſenſus. nō ſolum locū habet in vigilia ſiue ſit extrinſecus in organis ſenſitiuis exteriorib⁹. ſiue intrinſecus in corpore ſicut in phātaſia ſeu interiori ſenſu. ſed etiam fit in ſomno. immo magis in eo apparet. Quā ꝯcluſionē ꝓbat tali ratōne. Nam in die quādo opantur ſenſus exteriores ⁊ ex ꝯſequenti intelligentia q̄ finaliter ab illis mouetur repelluntur ⁊ exterminant̄ debiles motus phantaſmatū. Quēadmodū iuxta magnū ⁊ fortem ignem ꝯſumitur ⁊ exterminatur minor. ⁊ ꝑue delectatōnes ⁊ triſticie circa magnas. In nocte vero quādo ſcꝫ frigiditas claudit organa ſenſuū ⁊ ꝓpter impotētiam exterius agendi. vacant ſenſus ab exteriori tumultu fortiſſimaꝝ paſſionū q̄ fiunt ab exteriorib⁹ obiectis ꝓpter ligamentū ſomni quo ab exteriorib⁹ mēbris fit reciprocatio caliditatis ⁊ ſpūuꝫ reflexio ad interiora ⁊ referunt̄ vigores ſenſuum ad primum ſenſitiuū originale quod eſt cor. tūc em̄ interiores motus phantaſmatū fiunt manifeſti Et hoc maxime ſedata turbatōne que eſt in ea euaporatōne que ſurſuꝫ fertur in ſpiritu digeſtionis ⁊ poſtq3 ſegregatus fuerit ſanguis groſſus a ſubtiliori. ergo in nocte magis nate ſunt fieri phantaſtice apparitōnes q̄3 in vigilia.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Oportet aũt opinari tanꝙ modicas vertigines que in fluminibꝯ referuntur ſic motum vnicuiqꝫ fieri cõtinue. ſepe ꝗdem ſimiles. ſepe vero diſſolutas in alias figuras ꝓpter repulſionem. Ideo ⁊ poſt nutrimentũ ⁊ omnino teneꝛꝫ exiſtẽtibus veluti pueris nõ fiunt ſomnia. Multus eñ motus eſt propter eam que ex nutrimento eſt caliditatem vt queadmodũ in humido ſi vehementer moueat quis quãdoqꝫ nullum apparet idolũ. quãdoqꝫ apparet vero ꝗdem. diſtortum ãt omnino. vt appareat alteriuſmodi ꝙ ſit ꝙ ſi ꝗeſcat pura ⁊ manifeſta idola. Sꝫ ⁊ in dormiendo phantaſma ⁊ reliꝗ motus qui ꝓueniũt a ſimulacris. interdũ ꝗdem cũ vehementioꝛ ſit ꝗ dictus eſt motus omnino exterminaꝛ. Interdum vero cõturbate apparent viſiones ⁊ monſtruoſe ⁊ tetrioꝛa ſomnia velut melãcholicis et febricitantibꝯ ⁊ vinolentis. Omnes eñ hmõi paſſiones cum ſpirituoſe ſint multum faciunt motum et turbatõnem.

Hic ↄñr phs oſtendit modũ quo diuerſimode mouentur phantaſmata in ſomno dicẽs ꝙ opꝫ opinari ꝙ ſicut fiunt modice vertigines ſeu circulatiões ꝗ feruntur in flumine. ſic motus phãtaſmatũ in ſomno fiunt. Stante eñ flumine. circuli fiunt magni. ⁊ vna ab alia naſciꝛ. ⁊ oñes vniformiter ad ſuũ ꝑncipiũ refluunt. Sed in flumine cito fluente vel moto. res inicere faciunt ꝗdẽ vertiginẽ ſed cito frangitur ꝓpter motũ aque. Ergo ſic ſilr vnicuiqꝫ opinandũ eſt de motu phantaſmatũ ↄtinue in ſomno ad ipm ꝑmum ſenſitm̃. Sepe eñ ſilis imago redit ad ꝑmũ ſenſitm̃ qualis ab eo ad phantaſiã ſeu imaginatiuã ꝓceſſit. ⁊ ſepe corrũpitur. ⁊ diſſoluiꝛ in aliã imaginem ꝓpter fluxum humidi ⁊ ſpẽaliter vapoꝛantis quo defertur forma phãtaſmatꝫ. Corrupto eñ ſubiecto neceſſe eſt corrũpi figuratõnẽ forme que eſt in ipo. Hec ãt corruptio ꝓpter repcuſſionẽ vapoꝛãtis humidi ad cõcauum capitis a quo reflectiꝛ in ſeipm nõ tenet figuraꝫ in qua aſcendit. Ex his infert phus corollariũ. hoc videlꝫ ꝙ poſt multũ nutrimẽtũ ſtatim aſſumptũ ⁊ in mollem ⁊ tenerã cõplexionẽ habentibꝯ velut in pueris nõ fiũt ſomnia ꝓpter multum motũ euapoꝛatõnis aſcendentꝫ a nutrimento ꝑ caliditatẽ alterato. Quod ſic declarat. qm̃ ſicut in humido vehemẽter moto nullum apparet idolũ Quando aũt nõ ita vehementer moueꝛ tñ cito moueꝛ. apparet idolũ ſꝫ diſtortũ. ⁊ ideo alteriuſmodi ꝙ apparere deberet ſi aqua ꝗeſceret. Si vero quieſcat aqua apparent in ea idola pura ⁊ manifeſta corpoꝝ obiectoꝝ ſibi. Ergo ſimilr in ſomno. motus ⁊ phãtaſmata que fiunt refluendo a ſimulacris qñqꝫ omnino exterminanꝛ ⁊ nõ apparent. cũ ſcꝫ impetuoſioꝛ ⁊ vehementioꝛ fuerit motus fumalis euapoꝛatõnis. Aliqñ vero ↄturbanꝛ ⁊ diſtoꝛte fiunt viſiones ſomniales ⁊ mõſtruoſe ⁊ tetrioꝛa ſeu vmbroſa ſomnia. ſicut accidit melãcholicis. febricitantibꝯ et vinoſis ſeu vinolentis. Quia paſſiones ille cum ventoſe ⁊ ſpirituoſe ſint multũ motũ faciunt ⁊ turbatõnem.

Notandũ ſꝫm Albertũ ꝙ ꝓpter diuerſas cauſas diſtoꝛta ſomnia ↄueniunt febricitantibꝯ vinolentis ⁊ melancholicis. Nam febricitantibꝯ accidunt ꝑ eo ꝙ materia febris obſcuro fumo ſurſuꝫ fertur ⁊ caliditate ſua formas cõmiſcet ſomniales. ⁊ ita monſtruoſa apparẽt ſomnia. groſſitie aũt ⁊ multitudine ſua oppilat poꝛos logiſtice celle. ⁊ ſic tenet ratõem ↄtradicentẽ. ⁊ ꝑ ↄñs eger febricitans mouetur ad ſimulacrũ ſicut ad rem. Vinolẽtis aũt eueniunt hec eadẽ. qꝛ caloꝛ vini facit eleuari multum humidũ vini. ita ꝙ ſua abundantia obſtruit poꝛos logiſtice celle. ita vt ligeꝛ rõ ↄtradicens ⁊ ꝑturbat etiam imagines refluentes ⁊ inde reſultant diſtoꝛta ſomnia. ⁊ ꝓpter motũ humidi qđ a calido vini moueꝛ. videꝛ eis ꝙ res que eis apparẽt videanꝛ eadẽ. Immo hoc accidit ipſis vigilantibꝯ ꝓpter motũ hmõi. etſi vini fumus foꝛtꝫ incipiat grauare neruos motiuos. facit ipos trementes ⁊ ex his ſimlꝛ iunctis facile cadunt ebrij. Melancholicis aũt fit hoc ꝓpter nigrũ vapoꝛẽ ꝗ ſpiſſus eſt. eo ꝙ eleuat eum ꝑua caliditas. ⁊ ideo imagines videnꝛ in eis terre. ſed nõ ꝑmixte ⁊ ↄfuſe. ⁊ ſunt velut in nigris nubibꝯ. videntur ꝗdem nigre ſilitudines imaginũ herentes diu. Et ꝓpter hoc hec ſomnia ſunt. vnde terroꝛes ⁊ melancholicoꝛuꝫ conceptõnes phantaſtice diu durant. Hec aũt euapoꝛatio ſua groſſitie claudit. ⁊ frigiditate ſua cõſtringit poꝛos celle logiſtice. ↄtradicentis phãtaſtice apparitioni huiuſmodi.

Sedato aũt ⁊ diſcreto ſanguine in habentibus ſanguinẽ ↄſeruatus ſimulacroꝝ motꝰ ab vnoquoqꝫ ſenſuũ valida facit ſomnia ⁊ apparere et videri. propterea vero ꝗdem que a viſu deferuntur videre. ꝓpterea vero que ab auditu audire. Similr aũt ab alijs ſenſiterijs. Ex eo eñ ꝙ inde ꝓgreditur motus ad ꝑncipiuꝫ putatur videre ⁊ audire ⁊ ſentire.

In hoc quarto capitulo tractat cauſas deceptõnis in ſpẽali. Et diuiditur in duas partes. In ꝑma oſtendit quõ ſimulacra conſeruata in ſenſibꝯ interioꝛibꝯ moueant in ſomno oꝛgana ſenſuũ. Scđo oſtendit ꝙ in tali motione ſimulacroꝝ fiat ſomnialis deceptio Scđa ibi (Quia aũt viſus) Quantũ ad ꝑmam partẽ vult in effectu hãc ↄcluſionem. Sedato motu fumalis euapoꝛatõnis ⁊ diſcreto ſanguine puro ab impuro in habentibꝯ ſanguineꝫ ↄſeruatoꝝ ſimulacroꝝ. ab vnoquoqꝫ ſenſuũ exterioꝛum receptoꝝ. in imaginatiua exiſtentiũ. motus ſcꝫ verſus ꝑmum ſenſitiuũ valida facit ſomnia Quam declarat exemplariter dicens. ꝙ ꝓpterea ea ꝗ a ſenſu viſus ad imaginatiuã ſeu phantaſiam deferuntur. ⁊ iteꝝ referuntur ad ſenſum cõmunem. faciunt ſcꝫ ad apparentiã videre. et que ab auditu ad imaginatiuã vel phãtaſiam deferũtur. ⁊ iteꝝ ad ꝑmum ſenſitm̃ refluunt. faciunt audire ſaltem ad apparentiã. ⁊ ſimilr đꝛ de alijs ſenſiterijs ſiue ſenſitiuis potentijs exterioꝛibꝯ. Ex eo eñ ꝙ ſcꝫ a phãtaſia ꝓgreditur talis motus ſimulacroꝝ ad ꝑncipium vigilãdi. hoc eſt ad ſenſum cõem vbi ↄtingunt ſe nerui ſenſibiles exterioꝝ ſenſuũ. videtur ſibi ſomnians videre ⁊ audire. ⁊ vniuerſalr omnino ſentire.

Quia aũt viſus interdũ moueri videtur qui nõ mouetur vt dicimus. ⁊ qꝛ tactus duos motus annũciat. eo ꝙ vnũ duo videatur. omnino eñ quod ab vnoquoqꝫ ſenſu đꝛ ꝑncipium niſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alius dignior ꝯtradicat Apparet q̄dem igitur ſemꝑ.putatur ât nō ſemꝑ.qđ apparet ſi qđ dijudicat nō detineať vel etiā moueať ꝓprio motu.

In ſcđa pꝛte huius capituli oſtēdit in tali apparitōne ſimulacroꝝ fieri deceptōem. Et duo facit. Primo ꝓponit intentū ſuū. Scđo cām eiꝰ aſſignat.ibi( Queadmodū ꝓo) Quantū ad ꝑmū đr.ꝙ viſus videť qn̄qꝫ iudicare aliq̄d moueri qđ nō moueť tn̄.ſic vel ſic ꝓo iudicat aliq̄d moueri ex pꝛte rei viſibilis. Sꝫ ē hoc iudiciū a forma motꝰ in ip̄o viſu quā iudicat inee rebꝫ viſis q̄s videt Sicut etiā tactus trāſpoſitis ꝛ cancellatis digitis iudicat vnum eſſe duo.qđ nō ꝓuenit aliunde q̄ꝫ ex pꝛte tāgentis Et cām eius aſſignat.qꝛ ꝑmū ꝑncipiū ſentiendi qđ eſt ſenſus cōis ab vnoq̄qꝫ pꝛticulariū ſenſuū ꝑcipit ꝛ apph̄ēdit ſenſibile aliqđ vniꝰ vel alteriꝰ ſenſus.eo mō q̄ ſenſus exterior ꝑcipit.ꝛ ſic fit deceptio niſi ſit aliq̄ potētia dignior cōtradicens.id ē qđ videť in ſomnis ꝑ viſum ꝛ qđ iudicať ꝑ auditū apparet hoī.ſꝫ id qđ ſic apparet nō putatur ſꝑ ſic ſe habere in rei veritate queadmodū apparet. Et hoc ſi id quod veꝝ iudiciū ferre habet non detineať ſimplr̄ vel ſi moueatur ꝓprio motu.

Queadmodū vero diximus ꝙ aliq̄ propter aliam paſſionē facile decipiuntur. Ita dormientes ꝓpter ſomnium. ꝛ qꝛ mouentur ſenſiteria ꝛ alia accidentia circa ſenſum. quare modicam habens ſilitudinem videtur illud

Hic ꝯñr aſſignat dicte deceptōnis cām. Et duo facit. Primo facit quod dictū eſt. Scđo dearticulat eam ibi( Cum eñ) Quantū ad ꝑmum đr ꝙ deceptio iſta fit ꝓpter ſomnum. ſicut diximus ſupra eā facile fieri ꝓpť aliquā paſſionē detinentē. Sicut eñ aliq̄ ꝓpter paſſionē facile decipiunť. Ita etiā ꝓpter vinculū ſomni quo detinetur id qđ natū eſt iudicare. Et qꝛ moueně a ſimulacris reꝝ organa ſentiendi qua dicunť ſenſiteria a ph̄o et qꝛ multa accidunt circa ſenſuꝫ tꝑe ſomni. ſicut qualitas cibi ꝛ potus. ꝛ qualitas cōplexionis dormientis ꝛc̄. Iđ modicā habentes ſilitudinē alicuius iudicant ꝑ eā rem ip̄am cuius eſt impꝑfecta ſilitudo ꝛ videť ip̄is dormientibus hmōi ꝙ ip̄a ſilitudo impꝑfecta ſit res ip̄a q̄ videť. Actiōs eñ ſomniantis inquit Albertꝰ multū ad ſe trahit ſomniū.vt ſcꝫ ſomnium eius naturam ſequatur.

Cū eñ dormierit deſcendente plurimo ſanguine ad ꝑncipium cōdeſcendunt ꝛ mouent q̄ inſunt motus. Hi q̄dem poteſtate illi vero tactu. Sic aūt ſe habent vt in motu hoc. hic q̄dē ſupꝑnatat ex ip̄o motus.ſi vero hic corrūpatur. hoc.ꝛ ad inuicē itaqꝫ ſe habent. queadmodū ficti ramūculi aſcendentes in aqua liquefacto ſale.ita inſunt poteſtate. Cedente vero qđ ꝓhibebat agunt ꝛ ſoluto in exiguo reliquo ſanguine ſenſiterijs mouentibꝫ habentes ſilitudines. queadmodū in nubibꝫ que ſimiles dicuntur hominibꝫ ꝛ cētauris cito ꝑmutata.hoꝝ aūt vnūquodqꝫ eſt ſicut dictum eſt.

Quomō in ſomnijs vnū ꝯtrarioꝝ q̄nq̨ interpretat̄ ꝑ reliquū ¶ Solō. nō ſolum ſomnia fiūt per ſilitudines metaphoricas. ſed aquādo fiūt. licet raro. ꝑ ſilitudines ꝓprias ꝑfectas. ꝛ aliqn̄ ꝑ imꝑfectas. Immo ꝙ plus eſt ꝑ ꝯ̄ria et ꝑ q̄libet oppoſita. Q; nō ſolū ſilitudo ꝓpria manifeſtat id cuius eſt. ſed metaphora ꝛ vnū oppoſitoꝝ natū eſt manifeſtare reliquū. ꝛ maxime vnū relatiuoꝝ manifeſtat reliquū. Somnia aūt q̄ in nobis ſūt ab intelligētia mediante influentia ꝛ virtute celi. ſequunt̄ affectionem corporis ſomniātis a corpore celeſti. ſicut ſomnia ſequūtur corpus vna paſſione vel alia paſſionatū. Ad talem em̄ affectionem imaginatio format imagines iuxta diſpoſitionē ſuaꝫ ſm̄ ꝙ imago vnius rei eſt nob notior Sicut ꝙ docēs aliquem oſtendit aliquid per ſimile. per metaphorā. ꝛ ꝑ oppoſitum contrariū. per relatiua ꝛc̄. Ita contingit ex hac paſſione vnde ſequitur imagines diuerſe fieri diuerſimode ſomnia ſm̄ ꝙ in quibuſdam imaginibus et ſimulacris promptiores ſum⁹ q̄ꝫ in alijs. Et ſic artifices ſinguli ſub metaphoris ſuorum inſtrumentorū et ſuorum officioꝝ ſomniant futura. Sicut patꝫ de duobus miniſtris Pharaonis. ſcilicet pincerna ꝛ magiſtro piſtoꝝ. Quoꝝ vn⁹ ſcꝫ pincerna vidit in ſimilitudine vitis calicis ꝛ vini preſagium eius quod ſibi fuit futurū. ꝛ magiſter piſtorū in caniſtris farine. ꝛ oībus generibꝫ panū qui fiūt arte piſtoria vidit hoc qd̄ ſibi fuerat futurū. Circa cōſueta em̄ aīa plus afficit̄ q̄ꝫ circa alia. ꝛ ita imiſſio ſomniat̄ a ſupioribus in talibꝫ plus recipit̄. Et qꝛ q̄nq̨ vnū ꝯ̄rioꝝ eſt nob noti⁹ altero. ꝛ ꝓmptior vnius imago q̄ꝫ alteri⁹. iō ſic vnū ꝯ̄rioꝝ in ſōnijs q̄nq̨ apphēdit̄ ꝑ reliquū. ꝛ detorquet ſe phātaſia de vno in alteꝝ. Et ſic ſi alicui videat̄ ꝙ debeat mori. interꝑtatio fieri pt̄ de ꝓlongatōe vite. vt dr̄ phūs

## Octauum dubium eſt.

Vtrum ꝑ ſomnia q̄ apparent in fine ſomni ſint certiora diuinādi principia. ¶ Solutio. ſic. vt dr̄ Auicenna. Cuius ratio eſt. qꝛ tūc motus humoꝝ ſunt finiti. nec imaginatiua tunc impedita ē ꝑ corpus. nec ꝑ alios actus aīe. nec ſunt cōfuſi motus ſimulacroꝝ. In vigilia aūt exterior motus ſenſus ꝛ corpoꝝ imaginatiuā impediunt

## Nonum dubium eſt.

Vtruꝫ quelibet ſomnia equaliter ſint diuinādi ꝑncipia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# An oĩa ſõnia ſint equaliter diuinãdi pĩcipia

¶ Solõ.nõ. vt dꝛ Albertus in libro de hoĩe. Nam ſunt quedã ſomnia q̃ ſunt phãtaſmata ⁊ ſomnia ſolũ. non habentia ſignificatõem. q̃ ſolũ ſunt motus ſimulacroꝝ. Alia aũt ſunt ſignificatiua. Et hoc ſub triplici relatõe ſeu habitudine. cauſe ſcꝫ. ſigni. ⁊ incurſus accñtalis. Cuius rõ eſt. q2 id qđ ex ſomnijs cognoſcit᷑ aut ꝯgnoſcitur ex ꝓprijs vel ex cõibꝫ. Si ex ꝓprijs tũc ꝑ cauſam hꝫ cognoſci. Si ex cõibus hoc ꝯtingit dupl'r ſcꝫ ꝑ cõia ꝓpinq̃. ⁊ remota. Si ꝑ ꝓpinq̃ tunc cognoſcit᷑ ex ſignis. q2 ꝓpinq̃ accñtia ſunt ſigna. Si vero ꝑ remota tunc cognoſcit᷑ ꝑ incurſum accidẽtalẽ. Si ṽo cognoſcat᷑ ꝑ cãm. vel ĝ ꝑ cãm ex ꝑte corporis vel aĩe. Ex ꝑte corꝑis q̇dem ſicut ſomnia q̃ ſequunt᷑ naturã cõplexionis. Sicut cholerici ſomniãt ſe frequenter ardere. phlegmatici natare ⁊ ſubmergi in aquis. Melãcholici obſcura ⁊ nigra ſomniãt ſe videre. Sil'r talia ſunt ſomnia q̃ ſequunt᷑ naturas ciboꝝ. Qđ em̃ cõplexio facit ꝑ naturã. hoc cibꝫ facit ex accñte. Similia quoq3 ſꝫ ſomnia ſequẽtia naturas infirmitatũ. Cauſa vero ex ꝑte aĩe duplex eſt ſcꝫ ex ꝑte ſcibiliũ ⁊ ex ꝑte oꝑabiliũ. Ex ꝑte ſcibiliũ qñ inq̇ſitio fit aliquoꝝ in vigilia tũc repñtat᷑ motus ille frequẽter in ſomno ꝑ ſomnia. ⁊ in eis manifeſtant᷑ futura ſcibilia. Ex parte oꝑabiliũ vero qñ diſpoſitio aliquoꝝ operabiliũ p̄cedit in vigilia. tũc em̃ motus eiuſdẽ diſpoſitionis in ſomno ꝑ ſomniũ preoſtẽdit futurã operationem. Signũ vero eſt triplex. in celo. in elemẽtis. ⁊ in ſomniante. In celo q̇dem ſicut ſtella mouet ad aliq̇d cuius motus exiguus extñs in vigilia nõ ꝑcipitur. ſꝫ in ſomno manifeſtat᷑ ſm q᷑ cõiter dicũt phi q᷑ aliud ſignificãt ſomnia in plenilunio. ⁊ aliud in ſole. ⁊ aliud in nouilunio. In elementis ſunt ſigna qñ elemẽta diſponunt᷑ ad ſerenitatẽ vl' pluuiã vel ventos vel aliquod hmõi. Cum em̃ illa diſpoſitio eſt parua in elemẽtis. nõ ſentitur in vigilia ſed ꝑcipitur in ſomno ꝑ ſomniũ. ſm q᷑ aliquis ſomniãs piſces. ſuſpicat᷑ futurã pluuiã. ⁊ ſm q᷑ aliq̇s ſomniat piſces mori ſuſpicat᷑ futurã ſerenitatẽ. Signa vero ex parte ſomniantis ſunt diſpõnes ſomnij nõ parue que nõ niſi in ſomno ſentiunt᷑. Sicut aliquis ſomniãs ignem. ſuſpicatur futurã irã. Et ſomniãs videre os putridum interp̄tatur impoſitionem falſi criminis. eo q᷑ talium diſpõnes mouerunt ſomniantes ex parte corꝑis vl' ex parte aĩme vt memoria iniurie vel aliq̇s debilis accenſus ſanguinis circa cor vl' ſuſpicatio alicuius crimis. vel factũ aliquod cuius motus accipitur vt ſignũ. Incurſus autẽ accidẽtalis eſt de his que procul ſunt tempore vel loco. ⁊ quoꝝ noticia videtur ſupra noſtram prudentiã. ſicut de nauili bello futuro vel de regnis ſubuertendis. vel de toto ſtatu mundi futuro. ſicut in ſomnio Nabugodonoſor. Et noticia ſomnioꝝ hmõi non fit ſine reuelatione. Et hec dicta ſunt de ſomnijs que habẽt ſe in nobis vt cauſa ꝑ ſe vel ꝑ accidẽs vel vt ſignũ. ⁊ non de his que ab extra in nobis fiunt.

Sed cõtra arguitur. Primo ſic. Nullũ ſomniũ poteſt eſſe cauſa alicuius futuri. quia ſomniũ eſt ſimulacrũ ſeu motus ſimulacri in aĩma. ergo ⁊c̄. Maioꝛ ꝑꝫ. quia ſpẽs rerũ in anima non ſunt reꝝ cauſe. ſed potius a rebꝫ cauſate. Solõ Alber. ſimulacrũ in aĩa non dꝛ cã rei cognite q̃ſi eã ꝓducat. ſed ꝓ tanto dꝛ cauſa. q2 eſt ſimulacrũ cãe. Et qñq3 eſt ſimulacrũ cãe efficientis. qñq3 formalis. q̃ndoq3 finalis. ⁊ qñq3 materialis. Poteſt nihilominus ſomniũ dici cauſa ꝓ tanto vt ſupra dictum eſt in expõne textus. Inquantũ ſomnia in nobis preparant ⁊ diſponunt nos et inclinant ex cõſequẽti ad agendũ talia vel talia. Secundo arguitur. q᷑ ſomniũ non ꝑt eſſe ſignũ. quia ſi eſſet ſignum cõtingeret ex ſomnio ſyllogiſare aliquod futurũ vel ꝓbabiliter vel apparenter. eo q᷑ hoc fit ex ſignis. Sed hoc non eſt poſſibile per ſomnia fieri. Nõ enim ſequitur probabiliter neq3 apparenter ꝓbabiliter. Iſte ſomniat piſces. ergo pluet. Ad quod dicendũ. q᷑ ſignoꝝ quedam ſunt ꝓpinquiora. ⁊ quedam remotiora. et quedam accepta ex parte rerum. ⁊ illa ſunt ratio inferendi ſignatũ apparenter tm̃ vel etiam exiſtẽter ⁊ ꝓbabiliter. Quedã autẽ ſunt que accipiunt᷑ ſm metaphoricas proprietates. Et per illas non poteſt inferri probabiliter neq3 apparenter. Dicit em̃ phus. Non contingit determinari problema ad eos qui extraneis nominibus res appellant. tranſgrediunt᷑ em̃ poſitam loquutionẽ. ⁊ talia ſunt ſigna ſomnialia. Et dicit Algazel q᷑ ſomniũ eſt ſcientia accepta ſine medio. quia non accipit᷑ cum medio locali dialectico. habens ſe ſicut terminus inferens reſpectu illati ſm habitudinem alicuius loci dialectici. nec eſt cum medio ſyllogiſtico ſeu demonſtratiuo. imo nec ſophiſtico. Tercio arguitur. q᷑ non poteſt eſſe cauſa ꝑ accidens. quia vt ſic nec habet virtutẽ rep̄ſentandi id quod futurũ eſt. Solutio. ordinatio ſomni ad id quod futurũ vel occultũ eſt per accidens non notificat ſine reuelatione vt dictum eſt. Et licet de quo ſomniũ eſt ſit contingens. non tamẽ omnino ad vtrũlibet. imo ꝑ ordinatõem ſubſtantiaꝝ ſeparatarũ et alioꝝ. q̇dammõ ad alterã contradictionis partẽ fit declinatio. ⁊ ꝓ tanto ex eo poteſt fieri pronoſticatio

## Decimum dubium eſt

Utrum equalis ſit diſpoſitio hominũ ad interpretationem ſomnioꝝ ad viſiones ⁊ ꝓphetias naturales. ¶ Solutio. non. vt dicit Albertus in ꝯmento. Sed inuenitur quo ad huiuſmodi in hominibus triplex diuerſitas naturalis. Nam primo q̇dem inueniunt᷑ in quibus intellectus eſt multũ clarus. et anima maxime accedens ad ſimilitudinem ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ. Et cum intelligentia mouens celum ſit plena formis explicabilibus per motum celi. cum radij et figura radiorum tangunt organa et anime partem inferiorem. tunc accipit᷑ lumen intelligẽtie ſic practice diffuſũ ⁊ vectum per celum vſq3 ad corpus ab intellectu ſm modũ ſibi poſſibilem. ⁊ accipitur clarũ valde. Et ideo homines tales optime nati ad altiſſimas ſciencias que ſapiẽtie vocãtur diſpoſiti ſunt. ⁊ propter hoc moyſes egyptius tales vocauit ſapientes. Sunt ſecundo alij optimũ habẽtes organũ phantaſie ⁊ imaginatõis in qualitate. quantitate. complexione. poſitione. ſitu. et figura et alijs omnibus diſpoſitũ que exigunt᷑ ad imaginatiue virtutis organi bonitatem. ⁊ horum imaginatiua excellenter eſt cõpoſitiua imaginũ verarum et metaphoricaꝝ et perfecti ſunt metaphoris ſm nature habilitatem. Et niſi eis aſſit lumen intelligentie multiplicit᷑ rationem adiuuantis in phãtaſmatibus. propter imaginationis nobilitatem ⁊ multiplicitatẽ imaginum confundunt ſaphiſticis veras ſapientias. ⁊ innitũtur probabilibus. et talia eis placent. Abundantes etiam ſunt in rhetoricis et ciuilibus que omnia probabilitatem in imaginationibus habent. Et tales fuerunt Eraclitus et ſui ſequaces. Sunt autem tercio alij optimã diſpoſitionem in vtriſq3 habentes. ſcilicet tam in intellectu q3 in imaginationis organo qui valde bona ⁊ ordinata habent ſimulacra et preparantur ſemper ad certos et veros intellectus. et illi ſunt de habilitate nature ſomniantes ⁊ pre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliꝭ viſiones habẽtes ⁊ nõnunq̃ p̄clariſſimas p̄nũciando ꝓphetias. Et hoc ſuppoſito q̄ aliũde ſcʒ paſſionibꝰ nõ impediant̃. Timoꝛ eñ ⁊ cõcupiſcẽtia venereoꝝ. ſollicitudineſq̃ rerꝝ tp̄aliũ ⁊ varioꝝ gaudioꝝ diſſolutiões ⁊ triſticie ad ſe trahũt aĩam ⁊ turbãt imaginatiuã ſeu interiores vires ne moueri poſſint ab intelligẽtia mouẽte celuʒ vel ab alia cã. Propter qḋ multi ſapiẽtes dixerũt vt narrat Moyſes egyptius. q̄ tp̄e ↄcupiſcentie. triſticie. ⁊ timoris ꝓphete nõ ꝓphetizant neq̃ verũ dicũt. Opoꝛtet ḡ eos q̄ hmõi ſt̃ de q̄bus ſup̄ p̱ ſtudiũ longũ honeſtos moꝛes ↄponere ⁊ p̱ oꝛdinatõem affectuũ aĩam ab exterioꝛibus ad interioꝛa reuocare. ⁊ claudere vias ne tumultus exterioꝝ ſenſibiliũ ſenſus q̄ ſt̃ via ad animã extrahat ad exterioꝛa. Qḋ ſi multo tp̄e factũ fuerit ita q̄ iam euanuerint illa phãtaſmata accepta p̱ ſenſus ⁊ paſſiones animã ꝯtrahẽtes ad alia. tũc diuinatio certioꝛ erit Et hec eſt cã q̄ Hermes ⁊ aliꝭ q̄dam diuinationi ſtudentes in antris deſerti latuerũt vt ſic aĩa in eis ſedẽs ⁊ quieſcẽs ab omĩ p̱turbatione moueret̃ ſuauiter ⁊ clare a foꝛma celeſtis oꝛdinis. Vñ abutẽtes naturalibꝰ ſuis. cura ſollicitudis ſeculi ⁊ paſſionibꝰ inq̄eti. ad ſomnioꝝ interp̄tationẽ. viſioneʒ et prophetiam penitus ſunt inutiles

## Vndecimũ dubiũ eſt

Utrum p̱ imp̄ſſionẽ ſepataꝝ ſubaꝝ fiant ſomnia in nob diuinatiua viſiones ⁊ ꝓphetie imediate. ¶ Pro ſolutiõe notanduʒ q̄ in hac materia diuerſi diuerſimode opinati ſt̃. Nam vt dt̃ Albtus in ↄmẽto Auicẽna et Algazel p̱ omĩa cõcoꝛdãtes dicũt aĩam intellectualẽ non eſſe in coꝛpoꝛe. ſed potius illuſtrare in ip̄m ſuũ ſplendoꝛeʒ. Dicunt eñ q̄ intellectus ſiue aĩa intellectualis in hoĩe de natura ſit intelligẽtie agẽtis. tanq̃ ꝓprius eius effectus. ⁊ ideo ẽ ſepatus ⁊ nõ imixtus coꝛpi. Immo dicũt q̄ ſup̄ totã naturã hʒ influere ſuas ꝟtutes ⁊ opationes. p̄cipue tñ ſup̱ coꝛpus cũ quo incipit ip̄a aĩa intellectualis. q̄a circa ip̄m ſuũ coꝛpus plus afficit̃. Addũt etiã hi gradus eſſe in aĩa intellectuali. Vñ dicũt quoſdã hoĩes ſoꝛtiri aĩmas altiores ⁊ plus a mole materie ſeu coꝛpis ſeparatas ⁊ eleuatas. Nam q̄dam ſt̃ habẽtes aĩas adeo ſepatas q̄ p̱ congruitatẽ. ſupioꝛibꝰ ſepatis ſubſtãtiꝭ ↄgruũt ⁊ ex illa congruentia imp̄mũt ſepate ſube in eas lumẽ ſuũ ad reuelationẽ ⁊ manifeſtatõem eoꝝ q̄ diſpoſita ſt̃ fieri in vniuerſo. Etiã ſine medio coꝛpe. Et tantũ exaltãt dicti phi nobilitatẽ intellectus ſeu aĩaꝝ in q̄buſdã hoĩbus q̄ dicunt aĩam quandã inueniri que p̱ ſeip̄am omĩa ſcit. Et hoĩem hmõi dicũt quaſi deũ incarnatũ quẽ dicũt p̱fectionẽ habere cognoſcẽdi omĩa p̱ ſeip̄m. In q̄buſdam ponũt minoꝛẽ nobilitatẽ aĩe. ⁊ illos dicũt bene addiſcere multaq̃ inuenire p̱ ſe. ſed non omĩa ſcire ex ſeip̄is. Sicq̃ dicũt talẽ eſſe deſcenſum donec inueniat̃ aĩma que nihil p̄t ſcire nec ex ſe nec ab alio. Et quia vt ip̄i dicũt aĩa nõ eſt immixta coꝛpoꝛi. ideo dicũt q̄ aĩa ſit eleuata ſup̄ naturã coꝛpis ſui et naturã alioꝝ coꝛpoꝝ. Et q2 omĩs motoꝛ eleuatus ſupra naturã agit in eã ⁊ mutat eã ſicut intelligẽtie mutant oꝛbem ⁊ naturã coꝛpoꝝ generabiliuʒ ⁊ coꝛruptibiliũ. ideo dicũt aĩas ſic ſeparatas nõ ſoluʒ ſua coꝛpa. ſed alioꝝ coꝛpa mouere. ⁊ hmõi ſignũ dicũt eſſe faſcinatõnem ⁊ virtutes magicas in q̄bus vt aſſerũt aĩa vnius operat̃ in coꝛpus alterius. ⁊ impedit opatõem eius imp̄mendo ꝓpriã Et in hac virtute motiua ponũt ſilr̃ ſicut in cognitõe nobilitatẽ maioꝛẽ vel minoꝛẽ In tantũ eñ poſſe aĩe aliq̄ñ dicũt cõgruere intelligẽtie celeſti q̄ mutabit materias ſicut voluerit. ⁊ tunc facit hõ ille mirabilia. Et p̱ gradus ab hoc gradu eſt deſcẽſus iſte donec inueniat̃ hõ cuius aĩa paucaꝝ ⁊ minimaꝝ opationũ eſt. etiaʒ in ꝓprio coꝛpe. Iſti ḡ dicũt q̄ ꝓpheria ⁊ ſomnia oñdentia futura ſt̃ in aĩalibꝰ actione intelligẽtiaꝝ ſepataꝝ. in quaꝝ aĩaꝝ coꝛpibꝰ oꝛganũ imaginatõis optime eſt ↄplexionatũ ⁊ ↄpoſitũ. ⁊ menſuratũ. ⁊ vlr̃ remotũ ſm̃ q̄ poſſibile eſt a nocumẽtis Dicũt eñ q̄ intelligentiaꝝ lumẽ et ſplendoꝛ miſtrat aĩmabꝰ ſm̃ oꝛdinẽ ꝑrime intelligẽtiꝭ ſubiectis tanq̃ ipaꝝ intelligentiaꝝ inſtrumẽtis foꝛmas exemplares futuroꝝ ⁊ occultoꝝ effectuũ. Et hec eſt ſentẽtia opinionũ Algazel' in fine phĩe ſue ⁊ Auicẽne in p̄ncipio ſue phĩe in q̄bus locꝭ iſti duo loquunt̃ de ꝓphetiꝭ ⁊ ꝓphetis. Sed hec dicta inquit Albtus. fabula vident̃. Tum q2 he aĩmaꝝ graduales drĩe nõ p̄nt a coꝛpe cauſari. vt manifeſtũ ẽ ſm̃ iſtos. p. q2 ponũt aĩas nõ eſſe foꝛmaliter in coꝛpibus. nec habent ex ſe. op̱tet ḡ q̄ ſit ab intelligẽtiꝭ. Intelligẽtie aũt quelibet ſpẽ diſtinguunt̃. ḡ aĩe ſm̃ hos gradus ſpecifice diſtinguent̃. qḋ falſum eſt. vel res vnius ⁊ euſdeʒ ſpẽi cauſaret̃ a rebꝰ diuerſaꝝ ſpeciꝝ qḋ iterũ falſuʒ eſt. Quapropter dixit Auerrois Cõmẽtatoꝛ q̄ ſi inueniret̃ hõ p̱ ſe omĩa ſciens ⁊ mouẽs celeſtia coꝛpa ille eſſet equoce hõ nobiſcuʒ Tum q2 falſum eſt animaʒ nõ eſſe foꝛmaliter in coꝛpe vt alibi oſtẽdi habet. ⁊ p̱ ↄñs falſum eſt aĩam imediate ſine medio ſui coꝛpis mouere coꝛpus nõ ꝓprium. Tum quia ſupponit hec opinio aĩam ab intelligẽtia ꝑduci. ſicut vnã intelligentiaꝝ ab alia ꝑduci aſſeruit. qḋ falſum eſt. cum a ſolo deo p̱ creatõem ꝑducat̃ vt cognouit phs. Preterea Cõmẽtatoꝛ Auerrois Alphoꝛabius ⁊ Iſaac phus iſraelita ꝓbabilius aliter dixerũt. Dicũt eñ aĩam eſſe p̱fectionẽ coꝛpis. ⁊ ex drĩa coꝛpoꝝ in bonitate vel malicia cõplexionali eſſe drĩas aĩaꝝ ſm̃ nobilitatẽ ⁊ ignobilitatẽ opationũ. Et has ſic infoꝛmãtes coꝛpa dicũt cũ Auicenna a lumie intelligentiaꝝ ſepataꝝ moueri ⁊ intellectualiter illuſtrari de diuerſis ſcibilibꝰ. etiã de futuris cõtingẽtibus ⁊ occultis p̱ phãtaſmata influxa imaginatiue. Et quia foꝛme nõ accipiunt̃ ſm̃ poteſtatẽ dantis. ſed recipiẽtis Iõ licet foꝛa quã hʒ intelligẽtia ſit vlĩs ⁊ intellectualis ſuſcipit̃ tñ ab aĩa intellectualiter magis determiate vt imago ſenſibilis vel imaginabilis. Et de hoc dãt exẽpluʒ Quia ſicut omẽs foꝛme q̄s explicat motus celi ſt̃ in celo vlẽs. ⁊ tñ in elemẽtis recipiũtur determiate ⁊ materia rei generabilis recipit eas p̱ticulares. determiatas ad hᷓ vel ſᷓ ad illud eſſe ſignatũ in rebꝰ nature. ſic ſilr̃ ab intelligẽtia p̄ſidente oꝛbi dicũt fieri imp̄ſſiones in aĩa ⁊ q̄deʒ vlẽs minus tñ vlr̃ q̄ꝫ erant in intelligẽtia. ⁊ hec fit in imaginatiua ſm̃ modũ ſibi poſſibilẽ ſub determiata q̄ntitate ⁊ figura. Sed nec hoc dictuʒ videt̃ ↄueniens. Tum q2 ſm̃ phm̃. aĩa nõ p̄t illuſtrari imediate ab intelligẽtia ſed mediãte coꝛpe. Intelligẽtia eñ plenifoꝛmis foꝛmis practicꝭ quas explicat his inferioꝛibꝰ p̱ motũ celi ſicut p̱ ſuum inſtrumentũ nõ agit in aĩam niſi ſm̃ q̄ coꝛpus cui aĩa coniungit̃ prius afficit̃ paſſione redũdante in aĩam ad app̄rehenſionẽ alicuius p̱ virtutẽ app̄henſiuã. imaginatiuã ſcʒ vel aliã. Tũ etiã. q2 ſepe nos ſcimus nos diuinare p̱ motum aſtroꝝ. ḡ p̄mus effluxus immediate nõ eſt ab intelligentia. ſed mediãte celo. Tum q2 falſum ſupponit aĩaʒ nõ eſſe foꝛmã coꝛpis. ſed ſeparã ⁊ ſepatim ſubſiſtentẽ qḋ falſuʒ eſt. Iõ tercio aliꝭ. ſcʒ Stoici dixerũt ſcʒ Plato ⁊ Socrates p̄ceptoꝛ eius ſed ⁊ illius p̄ceptoꝛ Dionyſius academie ponẽtes ↄcoꝛditer animas a cõparibus ſtellis

deſcendere ⁊ in ſe drās nobilitatū ⁊ ignobilitatū habere ſm̄ ſtellaꝝ drām. Et ſm̄ hoc habere drās intellectus et imaginatōis. Et dicunt amplius hi dicti phi ſomnia ⁊ viſiones ē a dijs corporeis Prophetias ṽo a dijs incorporeis quos ſolo intellectu vix ꝯtemplanť hoies mortales. vt dr̄ Apulei⁹ in libro de deo ſocratꝭ. Et dr̄ idem Apuleius q̄ dogma ſit platonis eē quaſdā ſubās ſepatas in aere q̄ mortaliū aiabꝫ ꝯcupiſcētias ⁊ iras immittunt imp̄mentes in eas formas quas volunt. Et forte iſte ſunt ſubē quas intellexit Orphe⁹ qñ dixit aerē iſtū eſſe plenū dijs. Sꝫ hec opinio ſilr̄ inſufficiens eſt. Tum qꝛ aie nō ſunt create in cōparibꝫ ſtellis ⁊ añ corpa create. ſꝫ increando infundunť ⁊ infundēdo increanť. vt dicit phs. de quo alibi latius videndum eſt. Tum ſcdo. qꝛ nō videť rōnabile dictū q̄ dij iuiſibiles ⁊ incorporei poſſint ſuas formas aiabꝫ immittere cū nulla ſit cōio vel applicatio inter deos illos ⁊ aias. Silr̄ nō videť rōnabile demones ſenſibiles formas aiabꝫ immittere. Nec ad h̄ adduxit ꝓbatōem aliquā. Et lꝫ Tulli⁹ ⁊ plurimi alij imo oēs antiq̄ aſſerant deos ⁊ hoc famoſum eē ⁊ ex his fieri ſomnia ⁊ diuinatōes. tñ dr̄ Albtus q̄ phophice loquētes videmus q̄ ex phycis ꝓbari nulla mō poſſit ex huiuſmodi dijs ſomnia vel diuinatōes immitti. Iſtis ḡ ſic notatis r̄ndetur ad q̄ſitū ꝑ hanc ꝯcluſionē. Phyſice loquēdo ⁊ naturalr̄ ſm̄ mentē phi nō fiunt immiſſiones ſomnioꝝ. viſionū. ſeu ꝓphetiaꝝ ab intelligētijs ſeu ſepatis ſubſtātijs ſine medio iſtrumētali celeſtꝭ corpis. Quā ꝓbat Albt⁹ q̄ttuor rōnibꝫ. Prima q̄m oim̄ generabiliū et corruptibiliū mot⁹ reducunť ad motū orbis. ſicut ad cām q̄ nō eſt motoris ſimplicis. ſꝫ poti⁹ ē motoris mouentis ſeip̄m. ex motore ⁊ mobili vtrūqꝫ cōpoſiti. Quicq̄d āt ṽtutis eſt in tali motore nō p̄t ad locū generatoꝝ et corruptoꝝ venire niſi ſit vehiculū qđ vehat ip̄m ſicut ſpūs corpore⁹ vehit virtutē aie ad totā materiā corpis q̄ ſubiacet mouēti aie. Preterea ſcda. Nullibi in phia inuenit ꝓbatū intelligentiā ꝑ ſe agere vel cauſare q̄m ipſum celū ad hoc datū ē ei vt ſit eius inſtrumentū. oportꝫ ḡ q̄ lumē radicale diuerſimode figuratū aduehat nob oēs virtutes orbis originaliter ab intelligētia emanantes. Preterea. ponere demones in aere habitātes ad nos venire futura oſtēdendo. oino abſurdū eſt. Subē em̄ ille nō ponerenť niſi vt p̄ncipia q̄dā generatoꝝ. Manifeſtū āt ē virtutes celoꝝ cū actiuis ⁊ paſſiuis q̄litatibꝫ elementoꝝ ſufficienter generare oē qđ ē generabile ⁊ corruptibile. Preterea ſunt alie ſcie diuinatiue p̄ter diuinatōem ſomnioꝝ q̄ oēs innitunť motibꝫ aſtroꝝ. Ex q̄bus ꝯcludit Albtus tāqꝫ phs philoſophice loquēs q̄ ſomnia hmōi nō ſunt a dijs vel a demonibꝫ ſicut ꝯcorditer quodāmō phi noiati triplicis ſecte dixerunt. ſꝫ a cauſis nature vel ꝑ accñs eueniunt. Et lꝫ ꝓpoſitū humanū vel voluntas ſint cā ꝑ ſe opeꝝ humanoꝝ de q̄bꝫ etiā cōtingit haberi diuinatōem ꝑ ſomnia nihilomin⁹ ex celeſtium corpoꝝ influentia. hec ip̄a dependēt. nō ſm̄ neceſſitatē. ſꝫ ſm̄ inclinatōem. Sicut em̄ inclinat voluntatē paſſio ire vel ꝯcupiſcentie ad volendū aliq̄d. qđ ceſſante paſſione nequaqꝫ vult. Sic ꝑ oēm eundē moduꝫ trahit voluntatē vis celeſtis euecta ad nos. ſꝫ nō ita ꝑcipiam⁹ eſſe niſi in ſomnijs qñ q̄ſcim⁹ ab operibꝫ ⁊ paſſionibus alijs. Et iō ſomnia de hmōi actibꝫ humanis plerūqꝫ reſoluuntur ad ṽtutes celoꝝ. Hoies em̄ plerūqꝫ ſequunť ſuas ꝯcupiſcētias. Dicit notanť in ꝯcluſione naturalr̄ phophice loquendo. qꝛ peripatetici naturalr̄ loquētes de diuinatōibꝫ tractāt. ꝓut mere ex cauſis naturalibꝫ accidunt. Et ita numeꝝ ſubaꝝ ſeparaꝝ ſumebant ex numero mobiliū vel motuū aut aſtroꝝ. ita q̄ nihil dicebat intelligentias vel ſeparas formas in hec inferiora opari niſi mediante ſuo legitimo inſtrumento qđ eſt celū. Si aūt loq̄mur de eis ſm̄ veritatē ſimplr̄ et ſm̄ veritatē fidei q̄ ponunť angeli boni adminiſtratorij ſpūs coꝝ q̄ capiunt hereditatē ſalutis ⁊ ꝓut ſunt in exercitiū bonorū deputati tunc vtiqꝫ aliter dōm eſt. videlꝫ ſomnia viſiones ⁊ cetera hmōi maxime fieri ab ip̄is ſeparis ſubſtantijs. ſ. ab angelis bonis ⁊ malis. vt dr̄ Auguſtin⁹ ſup geneſ ad lrām. Et hoc forte nominari phi expientia poti⁹ q̄ꝫ rōne coacti dixerūt ab intelligentijs ⁊ ſubſtātijs ſepatis fieri ſomnioꝝ ⁊c. imiſſionē. ⁊ hoc ipfecte ⁊ cū multꝭ falſitatibꝫ veritatē illā catholicā tāgentes ⁊ theologizātes. Nec hoc repugnat. Quia angeli boni vel mali p̄ñt immittere noticiā hmōi multiplr̄. ſ. ꝑ itelligibilē loquutionē ⁊ hoc in illis q̄ h̄ñt intellectū adeptū. In alijs ꝑ loquutōem imaginariaꝫ q̄ ſuo artificio occulto cōponunt diuerſimode imagines vel etiā ꝑ modū preſtigij. Et ſilr̄ p̄ñt hoc ip̄m apprehēdendo ⁊ afficiendo corp⁹ hois ſicut dictū ē de celo ⁊ ṽtute influētie celeſtis. ad affectōeꝫ em̄ hmōi. ip̄a ṽtus imaginatiua imagines format ⁊ diuerſimode cōponit. Et ſi dicať forme reꝝ in eis ſunt ſimplices ⁊ vlēs. Verꝫ ē inq̄t Albertus. forme abſtractōis q̄bus ſimplr̄ intelligiť ꝯtemplatiue. ſꝫ forme cōpōnis q̄bꝫ practice ip̄e ſepate ſubē intelligūt ſunt determinatiſſime

## Duodecimū dubiuꝫ eſt.

Quō ꝑ corpa celeſtia forme ſomniales viſiones vel ꝓphetie in nobis fiant. Solō Albti in cōmēto. Quia cū hō ſit p̄cipue minor mund⁹ ⁊ totius mundi maioris imago ē ex motore itellectuali ⁊ mobili cōpoſitus ſicut mundus maior. Et qꝛ minor mūdus ſub maiori ē oportꝫ q̄ totus mundus ſupior hoi tāqꝫ minori mundo īfluat ṽtutes ⁊ formas practice mouētes. imo vnūq̄dqꝫ horū inferioꝝ paſſiuoꝝ natū eſt moueri a ſupiori mūdo ⁊ in ſe ſuſcipit virtutē ei⁹ ⁊ formā ſm̄ ꝯditōem ⁊ capacitatem eius. Nec em̄ forma ſic defluens a mundo maiori in ea q̄ ſuſcipiunt ip̄am efficaciſſima eſt ad mouendū. imo fortior q̄ꝫ q̄cūqꝫ paſſio ire vel deſiderij ⁊c. In ſignū cui⁹ vbi iſta forma ſeu virtus celeſtꝭ a cōmixto ex elementꝭ ſuſcipitur ſtatim q̄litates elemētales nō opanť in illo niſi ſicut inſtrumēta ipi⁹ ⁊ natura ip̄a alterať ⁊ dirigiť ad ſpēꝫ in qua forma celeſtis p̄ma in actu ꝑficiť. ꝓpter qđ forma hmōi formalior eſt in mouēdo q̄ꝫ q̄litates elementales. vel forme q̄ poſt fiunt in materia. Vñ lꝫ ip̄a celeſtis virtus ſeu forma ſimplex ſit ⁊ vnica tñ illapſa cōmixto opatur plures ṽtutes ⁊ eas multiplicat ſm̄ q̄ neceſſe fuerit ad īducendā ſpēm. Et qñqꝫ terminanť he ṽtutes ⁊ forme ad formas pure naturales. qñqꝫ ad aīas diuerſorum graduū. Qꝛ ḡ forme ſic celit⁹ euecte ad nr̄a corpa tāgēdo fortiſſime ip̄a afficiant. ſꝫ ꝓpter exterioꝝ motuum tumultū ſepe nō ꝑcipianť tꝑe vigilie. iō plerūqꝫ in ſomno ſedato exteriori tumultu ad hmōi affectōnem a maiori mundo factā imaginatiua ṽtus ad quā ꝑ redundantiā ꝑuenit motus hmōi forme. imagines q̄rit ⁊ ſimulacra q̄bus explicať talis forma. Sicut imaginatiua in eo qui paſſionat⁹ eſt amore venereoꝝ q̄rit imagines nō ſolum in ſomno. ſꝫ in vigilia. Sic ḡ forma ⁊ virtus celeſtis ſeu maioris mundi iniacens ſomnianti ⁊ mouēs ip̄m facit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vires corporis ⁊ aīe ſibi inſtrumentalr̄ deſeruire. ſicut fa cit in materia quā mouet ad alteratōem ⁊ generatōem et iō talibꝫ īſtrumētis multiplicant̄ ſimulacra ſicut ī ma teria multiplicant̄ ei multa ſuppoſita. Et tñ ē ꝙ ſomniū fit multoꝝ factoꝝ ⁊ dictoꝝ in qbꝫ demōſtrat̄ celeſtꝫ for me explicatio. Cuiꝰ exēplū eſt videre in forma artꝫ qm̄ hec ē ſpēs ogis. ⁊ vbi ꝓcedit in materiā artificiatā mul tis vtit̄ inſtrumētꝫ ⁊ hec eadē mouēs aīam artificis mo uet ꝟtutes ad imaginandū figuras oīm ꝯuenientiū ad ad hoc vt in artifici :tū ꝓducat̄ Poteſt āt hec ipreſſio ce leſtis forme adeo fortꝫ eē vt nō ſolū faciat ſomnia. ſꝫ vi ſiones in vigilia. ⁊ qđ plus eſt ꝓpter ꝯgruentiā illius ꝗ afficitur facere poteſt ꝓphetiam

## Decimūtertiū dubiū eſt

Utꝝ aīe hoīm aliūde analogiā habeāt ꝗ̄ ex ꝑte corpis

Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ ſi analogia eēt aliunde tūc eēt ex ꝑte aīe ſꝫm ſe. Sꝫ h̄ nō. qꝛ oīs diuerſitas formalis videt̄ implicare ſpecificā diuerſitatē Analogia āt formal' ī aīa bus īplicat formalē diuerſitatē Solō Hic diuerſi di uerſimode ſentiūt. qꝛ ꝑtermiſſis ⁊ ſuppoſitꝫ de h̄ opinio nibꝫ āti ꝗꝝ phoꝝ int̄ modernos videt̄ in hac materia al tercatio. Nā ꝗdā dicūt aīas nullā hr̄e analogiā niſi ex ꝑ te corpis ſicut btūs Thomas ⁊ ſui ſeqꝫes in h̄ ſequen tes quōlibet opinionē Cōmētatoris. Alij ꝟo vt Alb tus ꝗ in ea ꝑte videt̄ fauere aliq̄liter opinioni Auicēne ⁊ Algazelis ac etiā ſtoycoꝝ dicūt aīas hr̄e analogiā ſꝫm ſe aliūde ꝗ̄ ex ꝑte corpis Que tā ꝗꝫ ꝓbabilior ſic ꝓbari pt̄ Quia dr̄ articulꝰ ꝗdā pariſienſ dicere aīam chriſti ſꝫm ſe nō eē ꝑfectiorē aīa alteriꝰ hoīs error. Preterea For ma nō ē ꝓpt̄ materiā ſꝫ ecōuerſo Forma em̄ ē finis mate rie. 2° phycoꝝ. ḡ potiꝰ ē diuerſitas corpis ex diuerſita te aīaꝝ ꝗ̄ ecōuerſo. Et hec opinio ꝯſona ē ei ꝗ ponit an gelos ſub eadē ſpē multiplicari īdiuidualr̄. ⁊ ſꝫm gradꝰ indiuiduales analogiā ꝗndā hr̄e Sicut Alb. ⁊ plꝫes alij qñ loquunt̄ de angelis ꝓut ciuilit̄ ꝯſtituit ordinatā mul titudinē celeſtꝫ milicie. Secꝰ ſi fiat ſermo de itelligētijs qꝛ ꝗlibet ab altera ſpē diſtinguit̄ ſicut ⁊ ſphere celeſtes.

Ad rōem dðm ꝙ diuerſitas formal' duplex ē. ſ. abſo luta ⁊ hec ē ſpecifica Alia ē ꝑ drās finales ⁊ reſpectiuas ꝗdāmō ⁊ hec pt̄ eē īdiuidual' ⁊ nō ſpecifica q̄lis ponit̄ in ter angelos ⁊ aīas. Uel ſcđo alit̄ dđꝫ ꝙ drn̄e pure forma les ſunt ſpecifice Aīe āt ſaltē inꝗ̄ntū itelligētie nō diſtin guunt̄ differētijs extra corpꝰ pure formalibꝫ. ſꝫ ꝗdāmō materialibꝫ. ſ. nō ꝑ materiā. ſꝫ ꝑ aliꝗd materie ꝓportiona bile. ꝗ mō etiā itelligētie nūeralit̄ diſtinguunt̄ ꝑ aliqđ ꝓ portionabile materie. ⁊ talis drā ē material' ſicut ea ꝗ ſu mit̄ ex ꝑte materie ꝓprie dicte. ſꝫ nō poſſit eē ſenſibil' per q̄ntitatē vel ſenſibilē q̄litatē. Ex ꝗ patꝫ ꝙ ſi ꝯſideret̄ aīa in ꝗ̄tū aīa ſic diſtinguit̄ ꝗ ad illū eſſendi modū nūeralit̄ ex ꝑte corpis. Inꝗ̄ntū āt itelligētia diſtiguit̄ nūeralit̄ ꝑ ſuū ꝓpriū qđ ē. ſiue ꝑ ꝓportionabile materie qđ hꝫ cōe cū ſubſtātijs itellectualibꝫ. Stāte ḡ eq̄litate corpis pt̄ eē ieq̄litas aīaꝝ. vñ ſtat aliquē hr̄e optimā corpalē diſpōez ꝗ tñ itellectuali opatōi nō ſit idoneor vt declaratū eſt

## Decimūquartū dubiū ē

Qualis ē hec forma ſeu ꝟtus ꝗ maior mūdꝰ ſub eo ꝯtē ta ⁊ ꝑcipue minorē mūdū diuerſimode afficit. Solō Hec forma ſeu ꝟtus ē forma ordinis. forma explicatōis celeſtꝫ. ⁊ forma vlt agēs. Dicit̄ forma ordinis Quia cū multa ſint ordinata ad h̄ ꝙ fiat effectꝰ oīa illa informat ſicut ars iformat īſtrumēta ⁊ materiā ad ꝓductōez effe ctus artificial'. Et ꝓpt̄ h̄ pt̄ dici forma ordinis oīm a na tura ꝓducibiliū. Scđo dr̄ forma explicatōis. Quia ſic effluxa celeſtibꝫ ꝟtutibꝫ elemētoꝝ. ⁊ materie diſpōnibꝫ explicant̄. qꝛ ſine illis nō pt̄ ordinare effectū ꝑficere Ter cio dr̄ vlt agens. Quia in toto ordine ſue explicatōis ipa ē ꝑmū agēs in materia ⁊ alia. ꝟtute ipiꝰ agūt. eo ꝙ ipſa ē ꝟtus formal' in materia ꝗ format oīa ⁊ dirigit ad h̄ vt ad formam agant.

## Decimūquintū dubiū ē

An forma vlt agēs ifallibilit̄ ⁊ vniformit̄ opet̄ Solō Nō qm̄ lꝫ ex eiꝰ ꝑte nō ſint difformitates ⁊ mutabilita tes in opatōe. tñ bñ ex ꝑte eoꝝ ꝗ ab ipa mouent̄ vltimo ⁊ finalit̄. vl' ꝓxime tā ꝗꝫ īſtrumēta mouēdi alia Quia cū ꝓ ficiſcat̄ a corpibꝫ celeſtibꝫ ⁊ eoꝝ motoribꝫ ꝑ motū. lumē. et influentiā. in hec iferiora. pt̄ ipa ꝯfortari ex diſpōe bo na eā ſuſcipientiū ⁊ ex indiſpōne debilitari vt plus vl' mi nus corpa moueat ꝗ afficit. ſilr̄ ⁊ aīas. ꝓpt̄ qđ dr̄ ptholo meꝰ ꝙ celeſtꝫ effectꝰ in diſpōnibꝫ iuuat̄ diſponētibꝫ paſ ſibile ſubiectū ſicut iuuat̄ ſemen terrearatōe ⁊ fimatōe. Et iō dꝰnter mouent̄ hec iferiora tali forma ꝓpt̄ differen tem ſuā diſpōem. Cuicūꝗꝫ ḡ h̄ ꝯuenit ꝙ corpꝰ ⁊ aīa ha bilitatē ⁊ diſpōem hn̄t ad ſuſcipiendū forme ipreſſionez ad talē vel talē effectū. talia cito ad hmōi effectū mouet̄ ſicut ſi ꝗs cogitatōe occupet̄ vel paſſione aliꝗ afficiat̄ cir ca ea ad ꝗ celeſtꝫ influētia mouet ⁊ iclinat. talis fortꝰ et clariꝰ mouet̄ ⁊ efficaciꝰ a forma celeſti euidētiori ſomnio īmmo q̄n ꝗꝫ viſione. Si tñ paſſione timore vel cogitatōe figurat plura ſimulacra ꝗ̄ ad ꝗ mouet forma celeſtꝫ tūc ſomniū erit ꝑtim inane ⁊ ſilr̄ viſio ⁊ ꝑtim ꝟcatm̄ Patꝫ ḡ ꝙ illa forma celeſtꝫ nō afficiat neceſſitādo. licꝫ afficiat in clinando. Cuiꝰ etiā ꝯfirmatio ē. qꝛ forma illa cā remota ē. ad cuiꝰ cauſalitatē appropriandā plura reqrunt̄ in ele mentis ⁊ elemētatꝫ anteꝗꝫ ad actū vltimū ꝑueniat. ꝗꝝ oīm indiſpōe pt̄ effectꝰ finalis ipediri ⁊ poteſtas forme celeſtꝫ ea ꝑte finaliter euacuari. ꝗ tñ veriſſime futurum ꝟcat. qđ etiā abſꝗꝫ dubio eueniſſet ſi ꝯcauſatiua cū ipſa forma celi ꝯcurriſſent Hinc dixit Ptholomeꝰ in atletha ꝙ ſtelle mouēt ꝑ aliud ⁊ ꝑ accn̄s. ⁊ nō de neceſſitate eue nit id qđ mouet intellectꝰ ꝑ media. qꝛ cū media variabi lia ſunt. multiplr̄ variat̄ ꝟtus mouētꝫ in illis. Et ꝓpter h̄ ꝑcipit dictꝰ Ptholomeꝰ ꝙ diuinās in aſtris nō faciat niſi iudiciū cōe. Appropaº em̄ ē cōmixtiōis ⁊ materie ⁊ ꝟtutū ꝓprie agētiū ⁊ patiētiū. ꝗ ſtꝫ ī materia. ꝗ ꝑ aſtra ſci ri nō pn̄t. ſꝫ ex phycis rōnibꝫ reꝝ. Et iō etiā idē ꝑcipit ꝙ iudex aſtroꝝ nō ſit iperitꝰ in phycis. Uñ aſtrologia nō hꝫ certitudinē. cū phyca ꝑtim ſit. nō ſolū ex ꝑte ſub iecti ſicut aſtronomia. ſꝫ ex ꝑte medij. Et ꝓpterea dr̄ Al bertꝰ ꝙ frequent̄ decipiunt̄ Aſtrologus Augur. Inter pres viſionū. Et ſilr̄ oīs diuinās Et ſubdit ꝙ oē fere ta le genꝰ hoīm deceptionibꝫ gaudet. ⁊ paꝝ lrāti exn̄tes pu tant necēāriū eē qđ ē ꝯtingēs. ⁊ ꝓnūciant tā ꝗꝫ abſꝗꝫ ipe dimēto futuꝝ aliqđ. qđ cū nō eueniat faciūt ſcias vileſce re in ꝯſpectu hoīm iperitoꝝ. cū nō ſit defectꝰ in ſcientijs ſꝫ in abutentibꝫ. Uñ Ptholomeꝰ dixit nō eē iudicādū ex aſtris niſi valde generalr̄ ⁊ cū ꝓteſtatōe. illa ſcꝫ ꝙ ſtel le talia faciunt ꝑ aliud ⁊ ꝑ multa inſtrumenta ꝗ ipediri poſſent. ☞ Arguit̄ Forma iſta etiā in ſe mouet̄ ſicut effectus celeſtiū corpoꝝ variant̄ ad motū planetaꝝ ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oras climatū. In ſignū cuiꝰ ī arte īterp̄tatōis ſomniorū magi ꝑcipiunt in diuerſis oris ꝛ terris aliter ꝛ aliter interp̄tari ſomnia ꝛ ꝑcipue ſm manſiones lune ꝓpter eiꝰ ꝓpinquitatē ſicut teſtanꝰ multe infirmitates. q̄ꝓpter videtur hec forma mutari. Soluͦ Uex eſt variaꝰ. ſꝫ variaꝰ regulariter ꝛ vniformiter ꝛ infallibiliter. in q̄ntū āt deſcendit forma hm̄ōi ad ꝓpaginē nature ꝑticularis generabiliū variaꝰ fallibiliter ꝛ irregulariter. ꝛ nō regulariter. ſicut forma celeſtis ordinis.

## Decimūſextū dubiū eſt.

An citius ꝛ regularius moueat celeſtis forma homies vel bruta  Et videꝰ ꝙ hoies. qꝛ ſomnia q̄ ſunt ex virtute celeſtis forme ſolū īueniunꝰ in hoībꝫ Dicit em̄ Auerrois ꝙ alia aīalia nō h̄n̄t niſi corticē ſomnioꝝ.  Soluͦ Citiꝰ ꝛ regulariꝰ afficiunꝰ bruta aīalia q̄ꝫ hoies. qꝛ plene ſubdunꝰ celeſti influentie circa nulla ꝓpria ſollicitudine occupanꝰ. ꝛ iō q̄ſi agunꝰ a natura. Homo āt circa ꝓpria ſollicitus nō ꝑcipit motꝰ q̄ ſunt in ipo ꝟtute celeſtꝫ forme ꝓpter fortiores alios. vn̄ etiā nō agiꝰ ab aſtris. ſicut bruta aīalia q̄ agunꝰ a natura niſi forſan ꝑ accn̄s ab hoībꝫ circa bruta aīalia opantibꝫ impedianꝰ. Et ꝓpter h̄ ꝑcipitur in augurio ꝙ taliū aīaliū motus ꝛ garritus attendanꝰ. qꝛ ſm ptholomeū ſunt velut ſtelle ſcd̄e ſeu aſtra ſcd̄a. Ex q̄bus ↄtingit circa ꝑticularia veriora fieri iudicia q̄ꝫ ex aſtris ꝑmis  Ad obiectū dd̄m. ꝙ in brutꝫ vti q̄ꝫ fiunt ipreſſiones ꝛ ph̄ātaſmatū motꝰ. ſꝫ hm̄ōi deficiunt a vera rōne ſomnij. Quia ph̄ātaſmata in eis nō mouenꝰ ordinate ſicut in hoībꝫ. qꝛ ordinem h̄n̄t ph̄ātaſmata hois ad explicatōem forme celeſtꝫ ad actū ꝛ effectū ꝓcedentis ꝟtute imaginatiua ex ꝑticipatōe rōis ꝛ intellectus. qualis cū nō ſit in brutis. iō nō h̄n̄t bruta niſi corticem ſomnij hm̄ōi. Et huius exemplū ē. Nā ſi groſſus et ſtolidꝰ vehemēter aliq̄ ſenſibili afficiaꝰ nō poterit imagines adeo aptas ꝑ imaginatiuā imaginari illi affectōni ↄſentaneas ſicut is qui minus afficitur et ſubtilē habet et bonam imaginatiuam.

## Decimūſeptimū dubiū

Que req̄runꝰ ad hoc ꝙ aliq̄s facile valeat moueri a forma celeſtis ordinis  Soluͦ Duo ad hoc req̄runꝰ. vt ex dictis Albti in cōmēto haberi pt. Primū ē naturale. ſecundū voluntariū. Primū qd̄ req̄riꝰ ē altitudo itellectꝰ agentis ꝛ bonitas imaginatōis ph̄ātaſmata miniſterialiter ſumminiſtrātis. imo req̄riꝰ etiā bonitas oīm virtutū aīe app̄henſiuaꝝ. q̄bꝫ diſponiꝰ ad ↄuerſatōnem vite intellectualis ꝛ ad ꝑcipiendū nō ſolū ipreſſionē ſomnialē ſꝫ intellectualē reuelatōem in viſione ꝛ ꝓpheria. Scd̄o req̄riꝰ tranquillitas vite q̄ ē ꝑ ꝟtutē q̄ aīa ſedēdo ꝛ q̄eſcendo fit prudens vn̄ ſequēs ↄcupiſcētias ꝛ inrpatꝰ ꝓcul dubio nō ꝑueniet ad actum ꝓphetie. ꝑcipue ſi multo tp̄e eis fuerit detentus q̄m ab eis mutabiꝰ eiꝰ cōplexio et ꝑ ↄn̄s imaginatōis organū ꝛ ſic ꝑdiꝰ nature habilitas ad ꝓphetandū ꝛ ad videndū. Si āt ſic naturalr̄ diſpoſitus bonitate itellectꝰ agētis ꝛ imaginatōis ſtuduerit ꝟtuti intellectiue ꝛ ſcientijs ꝛ a cura ꝛ ſollicitudine ſeculi aīam ſuā liberauerit. ꝛ aliena curioſe nō iueſtigauerit. ſꝫ potiꝰ ſe intra ſeip̄m recluſerit. opamq̄ꝫ dederit ſcientijs altis in q̄bꝫ multū abſtrahiꝰ intellectꝰ. tūc abſq̄ꝫ dubio de facili manifeſtabiꝰ tali pulcritudo celeſtꝫ in oībus his q̄ ab orbe effluunt ad regimē eoꝝ q̄ generanꝰ et corrūpuntur. Et hoc eſt qd̄ dixit ſapiens Ptholomeus in diſciplina ꝑuerbioꝝ ſuoꝝ. Excellentior in hoībꝫ eſt q̄ nō curat in cuiꝰ manibꝫ ſit mūdus. excellētius eē ꝛ altiꝰ inter hoies eſt q̄ q̄s tale faſtigiū intellectꝰ ꝛ imaginationis ꝑ naturā ē adeptꝰ. ꝛ talis ad actū ꝓphetie ꝑueniet ſi curas abijciat ꝛ circa mūdana ꝓrſus nihil cogitet gaudendo. vel triſtando. vel timēdo. vel ſperando. Ille em̄ vere nō curat in cuius manu ſtat mundꝰ. Et ꝑ hūc modū ꝓphetie ꝑmo ſurrexit ꝓpheria Socratis in academia Eſt āt aliud genꝰ ꝓphetie extēdētis ſe tā ad viſionē ſomniū q̄ꝫ ad ꝓphetiā ꝓprie dictā de qua theologi loquunꝰ. ſed ea ad p̄ſens loqui imptinens eſt.

## Decimūoctauū dubiū ē

Quot modis ↄtingit aliquē auerſum a ſenſibꝫ moueri a forma celeſtis ordinis  Soluͦ Ut refert Albtus in cōmēto. xij. gradibꝫ. Quoꝝ ſeptē ꝑmi ↄcernūt dormiētes. alij āt vigilātes. Primꝰ ꝛ ip̄fectiſſimꝰ ē. q̄ manifeſtat ſe ſolū in q̄dā fiducia. q̄ hō ↄcipit aliquā audaciam aliq̄d faciendi vel p̄dicēdi cū tn̄ deſuꝑ nullā habeat cognitōem imaginatiuā vel itellectiuā. Cuiꝰ cā ē. qꝛ cū forma celeſtꝫ mouēdo ꝑmū tāgit corpꝰ mouet in ꝑmis virtutē motiuā ꝛ nō redūdat ꝟtutē app̄henſiuā niſi īplicite et ↄfuſe vt dicaꝰ hoi cor teſtari hoc futuꝝ eē. Hic ḡ eſt ꝑmus ꝛ minimꝰ gradꝰ q̄ ꝟtꝰ celeſtꝫ nos afficit frequēter fallens. eo ꝙ aliq̄n q̄s ↄcipit audaciā ex alijs accn̄tibꝫ cōplexionis ꝛ tūc nō hꝫ ordinē ad futura nec auxiliū hꝫ q̄le hꝫ a forma celeſti. Scd̄s gradꝰ ē q̄ affectꝰ forme celeſtis ꝛ motꝰ q̄ afficiꝰ aīa ꝑuenit ad ipam aīam ſm lucem indiſtinctā ꝛ ↄfuſam q̄ ex ſuis ſimulacris ꝓprijs determinari nō pt. ſꝫ ſolū ſimulacris nō bn̄ rep̄ntatiuis ꝛ valde incōuenientibꝫ q̄ vix p̄t aliq̄s interp̄tari. Sicut plato ait quendā ſomniaſſe ꝙ moreretꝰ ꝛ eiꝰ vita ꝓlongabatur Terciꝰ gradꝰ ē q̄ forma celeſtꝫ afficit aīam adeo expſſe ꝙ ꝑ metaphoras ↄuenientes exponiꝰ. ꝛ hm̄ōi ipreſſiones ſomniales ſomnia ſunt q̄ ſapiētes interp̄tanꝰ ꝛ ad q̄ interp̄tāda ars in magicis ſciētijs inuēta ē. Quartꝰ gradus q̄ q̄s a celeſti forma adhuc euidētiꝰ afficiꝰ. ſ. ſub ꝓpria rei ſiītudine imaginaria ꝛ nō extolliꝰ ſuꝑ imaginationis actū. ſicut accidit in ſomnio de q̄ narrat Tullius in 2º de natura eoꝝ ꝙ cū duo ſocij incaute hoſpitati fuiſſent altero dormiēte vigilās receſſit a dormiente quippiam negocij expleturꝰ. ꝛ cū dormiret ille q̄ mā ſerat apparuit ſocius petēs ſibi auxiliū preſtari alioq̄n iugulādꝰ eēt. Ille āt nō reputās rurſus dormiuit ꝛ ꝑ oīa eandem habuit viſionē quā ꝑus. vn̄ ſibi videbaꝰ ꝙ a ſocio inſtantius rogareꝰ alioquin iā ſtatim eēt iugulādus. Sꝫ neq̄ꝫ hoc reputans tercio obdormiuit. cui tercio ſocius apparens cū q̄rela magna dixit ſe iā iugulatū ꝛ in craſtino in plauſtro fimi funere ſubiecto extra portā portādū ꝛ ꝓijciendū vt celari poſſet homicidiū rogās vt ſummo mane ad portā illā cū iudice ꝑgeret ꝛ de iniq̄ nece ſua vltionem experi faceret in eū q̄ tanti fuit miniſter ſcelerꝫ Surgens āt mane q̄ ſomniū viderat oīa iuenerat ſicut in ſomnio viderat. Sīle etiā refert Albtꝰ ſomniaſſe ſe fuiſſe ſuꝑ ripā fluminis in q̄ ſuſpēſum ſuꝑ aquā fabricatū fuerat molendinū. Uidebaturq̄ꝫ ei ꝙ puer in aquā caderet ꝛ veniēs ad rotā molēdini dep̄mereꝰ ꝛ necareꝰ ibidem. Euigilās āt cū hoc ſocijs referret nōdū q̄ꝫ finita eſſet narratio nūciaꝰ adire mulier magno eiulatu nuncians h̄ idē ꝑ oīa qd̄ ſibi ī ſomnijs videbaꝰ. cū tn̄ an̄ h̄ nec mater



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec pater ſuffſent de noticia Alberti. Quintus gradꝰ ꝗ nõ ſolũ afficit phãtaſia dormientis ſʒ videt aliqͥs aſſiſtere explanãs qđ ſub ꝓpria ſilitudine expſſe ꝛ clare nõ videtur ſed in ṽbis et figuris et h̄ fit ꝑ illucentẽ itelligẽtie radiũ licʒ nõ a phãtaſmatũ ꝑmixtiõe depuratũ ſicut frequẽtiſſime fere oĩbus accidit hoĩbus. et ideo de h̄ gradu nõ eſt opꝰ exẽpla adducere inquit Albertus. Sextꝰ gradꝰ eſt qñ fit hmõi explanatio expſſe ꝑ modũ docẽtis viſiõis ſignificatõez. ꝛ h̄ gradus accidit ſoluʒ tũc qñ ꝓ certo intelligẽtia ſoluta eſt ſimplr. et ſm quid ſolũ ligata. Ita videlicʒ ꝙ luce ſui luminis accipit taꝗ̃ a quodã alio docẽte et h̄ vocauerũt phĩ ſplẽdorẽ intelligẽtie deſuꝑ deſcẽdẽtis ꝛ irradiãtis in aĩas ſõniãtiũ attribuẽtes figurã ſimulacroꝝ celeſtibꝫ corꝑibꝫ et ſplẽdorẽ intellectꝰ ipi intelligẽtie mouẽti qđ Albertꝰ loquẽs ſm opiõnẽ peripateticoꝝ nõ approbat ſi dicat ꝙ lumẽ intellectus intelligentie imediate veniat in aĩam ſomniãtis ſine aliquo vehiculo corꝑali ſe ei ingerẽdo. licet ſm peripateticos admitti poſſit venire lumẽ intelligẽtie ad intellectũ noſtrũ mediãte forma celeſtis corꝑis. Cuiꝰ ſimile ẽ de forma pulſus in hoĩe Spẽs ei pulſus tãgit quodem corpus ꝛ tñ ab anima ſapiẽtis pacipit in ea diſpoſitio aĩe eius cuiꝰ eſt pulſus ꝛ motꝰ ſue vite. Sic ꝗ etiã in forma mouẽte in ſõnijs vel alijs viſiõibꝫ ẽ forma corꝑis celeſtis. ꝛ hec tãgit corpꝰ ſomniãtis ꝛ tñ in ea ẽ vis ꝛ lumẽ intellectꝰ agentis ex quo etiã illuſtrat ꝛ afficit mentem intelligentis et diffundit ipſam mentem intelligentis ſuper ſignificationẽ ſimulacrorum. Septimus gradꝰ ꝗ in ſomno ſõniãti vere et expſſe apparẽt intelligẽtie ſine ſimulacris. et tale videt fuiſſe ſõniũ Scipionis de colẽtibꝫ iuſticias ꝙ ſcʒ ad ethereas ſedes recipiãtur. Et huius ſomnij cauſa ẽ fulgor intellectꝰ agentis et ſplẽdor ꝗ ſua irradiatiõe totã ad ſe trahit aĩaʒ et auertit ab imaginũ motu. intentio ãt aĩe qñ tota ad intellectũ et excellẽter ẽ in ipſo tũc diſtrahitur a cõſideratione ſenſibilium in vigilia et a perceptione imaginuʒ in ſomno ita vt inueniat optimas demonſtratõnes et apprehenſiones intellectuales quas in vigilia inuenire non poteſt dum exterioribus ſenſibilibus vel imaginibus detinebatur. Et per hec genera ſomniorum a phis numẽ deorum eſſe probatur et precipue a ſtoicis et epicuris. Quia omnia huiuſmodi ſomniorum genera ſcilicet quintum. ſextum. et ſeptimum. per numina in ſomnijs hominibus aſſiſtentia fieri arbitrabantur. In hoc tamen gradu inquit Albertus venit forma mouens a corpore ſed potentior intellectus anime (qualem diximus ſuperius eſſe ſapientis animam) luce nimia intellectiua ex forma concipit veras intelligentias. et hoc eſt quod dicit Areſtoteles ꝙ in ſomno ſunt aliquando vere intelligentie. Et hucuſqꝫ et non vltra procedit viſio ſomnialis. Octauus gradus ẽ quo forma celeſtis adeo fortis eſt ꝙ etiam in vigilia aliqueʒ auerſum tamen a ſenſibilibus et retrahentem ſenſus intra ſe. mouet et afficit in ſimulacris obſcuris Et iſte gradus correſpondet ſecundo ſuperius dicto ſed in hoc omnes potẽs excellit ꝙ mouʒ i vigilia Hoc ei ẽ fortiꝰ mouere eo ꝙ in vigilia ſenſꝰ ſũt minꝰ ligati ꝗ̃ i ſõno. licʒ ſint etiam ad intra retracti. et iõ nõ ꝑualeret tũc motꝰ forme celeſtis exterioribꝫ motibꝫ ſenſuũ niſi eẽt in mouẽdo fortior ſm hũc gradũ ꝗ̃ ſm alios ꝑcedẽtes Et h̄ mõ forma celeſt̃ mouʒ corꝑa aĩaliũ vigilãtiũ. ita ꝙ in motibꝫ coꝝ ꝑſignãt aliqđ futuꝝ qđ ſtudẽt augures ſcire ꝛ ꝯiectare Sine tñ rõe inqͣt Alb. fũdata ẽ diuinatõ auguꝝ. Nonꝰ gradus reſpõdẽs 3º eſt. ꝗ vigilãs a ſenſibilibꝫ auerſus afficitur a forma celeſti ꝑ ſilitudinẽ expſſaʒ rei future vl̃ occulte. que ſilitudo facile adaptabilis ẽ et hmõi ſunt viſa melãcholicoꝝ et coꝝ ꝗ amẽtias patiunt qñ auertũtur a ſenſibꝫ. Etiã frequẽter occurrit modꝰ huiꝰ gradꝰ infirmis Et hic gradꝰ precedẽtibꝫ fortior eſt qꝛ ꝯuenit vigilantibus ꝗ adeo faciliter nõ mouentur ſicut dormientes. Decimus gradus ſũptus iuxta quitũ eſt ꝗ vigilans afficit a forma celeſtis ordinis imaginibꝫ expreſſis cũ intemixtione aliquali ipſiꝰ luĩs intellectualis ꝑ modũ inſtruentis et docẽtis cuiuſmodi ſunt illi ꝗ loquuntur ſibi. quaſi hoĩbus aſtãtibꝫ ſibi. quaſi audirent verba inſtruẽtia ſignificatões coꝝ ꝗ vident. Undecimꝰ gradus ſumptus iuxta ſextũ eſt quo a forma celeſt̃ ordinis afficit vigilãs ꝓprijs imaginibꝫ cũ illuſtratione etiã intellectus iã ſoluti veras intelligentias futuroꝝ vel alioꝝ occultoꝝ accipientis. Hoc ſiquidẽ accidit ex nimio ſplẽdore intellectꝰ agentis ſuꝑ ſilitudine aut imagine ꝓpria in imagine exiſtẽtis ſeu ſuꝑ optima imaginũ cõpoſitione ꝗ ſunt ex forma celeſtis ordinis Duodecimꝰ gradus ꝗ ſumit iuxta quartũ extrinſecus gradus ꝓphetie de quo phĩ locuti ſunt eſt. ꝗ fiunt inexpſſe imagines rerum futurarum aut occultarũ ſicut euenũt ipſis vigilãtibꝫ. retractis tñ et auerſis aliqualiter a ſenſibus exterioribus. licet non adeo perfecte ſicut ſm precedẽtes gradus. Et hunc gradũ habens iuxta dictũ hermetis dicitur ſpiritum dei habere. Et ſocrates dicit hanc occultorum ſcientiam ſm hunc gradum eſſe omnino diuinam. Decimustercius gradus qui eſt cõplementum ꝓphetie naturalis eſt. quo homo occulta ſic concipit ꝙ veram intelligentiam de ipſis habet etiam abſqꝫ magna auerſione a ſenſibus ꝛ hic eſt gradus ſummꝰ anime humane. Et dicit Albertus hos gradus a peripateticis diuerſis notatos. nos abſqꝫ dubio exprimur. Inter hos autem gradus ſeptem ſunt ſomniales. ꝛ ſequentes quattuor ſunt viſiõis. et duo vltimi prophetie

## Decimũnonũ dubium

Quare ſimulacra ſomnialia ſepe mutãtur de forma i formam ſicut videtur alicui ꝙ videat homines ꝗ ſtatim ſibi mutãtur in canes vel equos Solutio Alberti Huius ſunt due cauſe. Prima eſt humiditas complexionis fortiter mota ſicut in pueris et in iuuenibus Secũda eſt vapor nimis motus et vehemẽtia caloris. tunc eñ vna ꝑs motus conſequẽs aliam. frangit figuras eius ꝛ ideo reſultant frequẽter imperfecta ſimulacra Et ꝓpterea hec duo genera hoĩm incertiſſima hñt ſomnia.

## Uiceſimum dubium eſt

Utrum melancholici quoruʒ natura loquax eſt ſint fortunati eo ꝙ ſtudioſi ſunt et ꝓpter multitudinẽ phantaſmatum cõmunicẽt ad futura cũ tñ alias ſint infeliciſſimi ex ꝯplexione Et videt ꝙ nõ qꝛ frigidi ſunt et ſicci. frigidũ ãt et ſiccũ nõ euaporãt vel ſaltẽ nõ euaporãt multũ. ꝛ iõ nõ videt multũ i eis phãtaſmata mouere Solõ Sic vt dictũ ẽ in textu Quia vapor multis et fortis plus impedit viſiões et ſomnia ꝗ̃ ꝓmoueat. Cuiꝰ ſignũ eſt ꝙ immediate poſt cenã dormientes parꝝ vel nihil ſomniamus Calidũ ergo paucũ qđ eſt in melãcholicis eleuat vaporẽ ꝛ ſpiritũ debilem qui conſumeretur ſi fortis eſſet Et qꝛ calor debilis nõ conſumit ſpiritum ſed potius cõſeruat. Ideo bene tenent imagines in ſpiritu Siliť cum ſiccũ melãcholici complexionale cũ debili calore euaporet vapore͵ bene

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

retẽtiuo qꝛ vapoꝛ ex ſicco reſolut⁹ bene retinet imagines ideo ex parte ſiccitatis etiam bene retinet imagines Similiter frigidum cōplexionale in eis repertum etiam facit ad bonam imaginum retentionem. Verū tamen nullum hoꝛum eſt cauſa multiplicationis imaginum q̄ ſunt in melancholicis, ſed ſunt cauſa retentionis bone. Imaginatio autem eſt cauſa multitudinis imaginum in ip̄is propter facilimum eius ad omnis impreſſionis et alterationis motum. Ex his ergo coniunctis melancholici ſunt multarum imaginum et multipliciter in eis permanent. et ideo fere omnes melancholici amentias patiuntur Propter multitudinem ergo imaginū quas bene oꝛdinate retinent ſtudioſi ſunt et bene ad futuroꝛum diuinationem diſpoſiti. Sunt enim quaſi ab exterioꝛum ſenſuum operationibus ſtupidi. et foris minus turbātur ſed magis quieſcunt. interioꝛum ſenſuum operationib⁹ dediti Unde dr̄. p. i libro de ꝓblematib⁹ q̄ melācholici ſunt ſtudioſi p̄cipue ſi patiantur melancholiam que ex cholera per incinerationem facta eſt. Illa enim fumoſa eſt ſicut vinum rubeum et eſt multum retentiua phantaſmatum circa que profundatur intellectus.

## Uiceſimūprimū dubiū

Quare a foꝛma celeſtis oꝛdinis potius mouentur ꝛ afficiuntur homines in nocte q̄ in die. Solutio. Propt̄ duas cauſas vt dicit Democritus. Prima qꝛ licet magis ſpiſſus ſit aer noctis q̄ diei. propter frigus tamē aer noctis circa ſomniantem. quietus magis eſt q̄ aer diei Strepitus enim et tumultus circa homines multas ꝑceptiones impediunt. Cuius ſignum eſt q̄ ſonus cāpanarum et tubaruꝫ remotius auditur de nocte q̄ de die Verūtn̄ vt notat Albertus Tempeſtas vel venti parū vel nihil impediunt tales motus ꝛ defluxiones quibus afficitur homo a celeſti foꝛma qꝛ cū lumine fluūt. ꝛ mot⁹ quo ſic mouentur a foꝛma celeſti eſt ſpiritualis ſicut et eſſe foꝛme ſic cauſaliter fluētis Tale aūt eſſe parum aut in nullo diſſipat̄ a vēto vl̄ tēpeſtate. Secūda cauſa eſt quia tūc plerūq; homines doꝛmiūt ꝛ ſenſus ab exterioꝝ ſenſuum ſtrepitu clauſos habēt vnde doꝛmiētes paruos motus intrinſecus plus ſentiūt q̄ vigilātes Intrinſecus dico qꝛ extrinſecus coꝛpoꝛa doꝛmiētiū frigida ſunt ꝛ ligata reponūtur aūt ille foꝛme ad interi⁹ Quia naturales ſunt defluxiones luminis in ip̄is ſpiritib⁹ ꝛ ideo protrahunt̄ ad intus. Et qꝛ eſſe celeſte magis oīb⁹ alijs intrinſecus efficit̄. inde venit ad coꝛpoꝛat coꝛꝑm mixtiones. hoc em̄ foꝛmatiuū ē. et oīb⁹ alijs vtens p̄ro inſtrumētis Hi ergo motus quib⁹ mouet celeſtis foꝛma eos q̄ ſomno depreſſi ſunt vl̄ alias vtcūq; vigilāt. faciūt phātaſmata ꝛ apparitiones varias diuinatiuas ſm̄. xiij gradus ſup̄ tactos.

Finis libri de ſomno et vigilia

# Liber de longitudine ꝛ breuitate vite

De eo autem quod eſt hec quidem eſſe longe vite animalium. hec autem breuis vite et de vite vniuerſaliter longitudine et breuitate conſiderādum cauſas

Iſte eſt quartus liber ꝑuoꝝ naturaliū. intitulatus de lōgitudine ꝛ breuitate vite. Qui ꝑma ſui diuiſione diuiditur in duos tractatus. Primus ē ꝑambularis. ponēs quedā deſeruiētia ad ꝓpoſitū Scd̄s tractat cauſas lōgitudinis ꝛ breuitatis vite. Scd̄s ibi Erūt aūt. Primus tractatus ſubdiuidit̄ in duo capl̄a. In primo ponuntur quedā ꝑambula principali ꝓpoſito deſeruiētia. In ſcd̄o ſoluit quaſdā dubitationes. Scd̄a ibi Propter qd̄ etiā Primū capl̄ꝫ rurſus ſubdiuidit̄ in duas ꝑtes. In prima oſtēdit ꝑemialiter de quo ſit dc̄m. In ſcd̄a ponit q̄dam ꝑambula Scd̄a ibi Sūt aūt hn̄tia differētia Prima aūt ꝑs ſubdiuidit̄ in tres ꝑticulas In ꝑma aperit intētū ſuum reſpectu dicēdoꝝ In ſecūda oſtēdit modū ꝓcedendi In tercia dat oꝛdinē huius libri ad alios libros naturales Scd̄a ibi Principiū aūt. Tercia ibi De ſomno. Quātū ad ꝑmā ꝑticulā dicit. p. q̄ nūc reſtat ꝯtervidendum de eo quare hec inter aīalia ſunt lōge ꝛ hec breuis vite ꝛ nō ſolū de lōgitudine et breuitate vite aīaliū vidēdū eſt Sꝫ vl̄r oīm viuētiū que ſcꝫ ſit cauſa longitudinis ꝛ breuitatis vite in ip̄is.

Principiū aūt cōſideratōis neceſſariū ꝑmo ex eo q̄ ē dubitare de ip̄ſis Nō em̄ eſt palā vtꝝ alteꝝ aut idē cā omib⁹ animalib⁹ et plātis eius qd̄ eſt hec q̄dem eſſe lōge vite. hec aūt breuis et plātaꝝ. has q̄dē pauci tp̄is. has aūt multū durabilē habere vitā. Adhuc aūt vtrū eadē q̄ lōge vite ꝛ que ſm̄ naturā ſana natura ꝯſtātium aut ſepata ſūt et qd̄ breuis vite lāguoroſū. Aut ſm̄ q̄ſdā q̄dē lāguores appropinquāt lāguoroſa ſm̄ naturā coꝛꝑa his que breuis vite. ſm̄ q̄ſdaꝫ aūt nihil ꝓhibet lāguoroſos eſſe longe vite exiſtentes

In hac ſcd̄a ꝑticula ponit. p. modū ꝓcedēdi dicēs q̄ mod⁹ ꝓcedēdi in hac materia de lōgitudine ꝛ breuitate vite erit per dubitationes. Cuius cauſam aſſignat. Qꝛ nō eſt certum in primis An eadē ſit cauſa lōgitudinis et breuitatis vite in oīb⁹ aīalibus et oībus plātis. Secūdo etiam nō aſt certū An inter viuētia que conſtant in natura. ea que ſunt lōge vite ſint ſanioꝛa. et breuis vite ſint q̄ ſunt lāguida. vel ſint ſeparata hec. ita q̄ ea q̄ ſūt breuis vite ſint ſana. ꝛ lāguoroſa ſint lōge vite Videtur em̄ quedā lāguoroſa eſſe breuis vite ꝛ quedā lōgioꝛis vite

De ſomno quidē igitur ꝛ vigilia dictum eſt prius. de vita aūt ꝛ moꝛte dicendum eſt poſterius. Similiter autem de languoꝛe et ſanitate quantum adiacet naturali philoſophie. Nunc autem de cauſa eius quod eſt hec quidem eſſe.

lõge vite. hec aũt breuis ſicut dictũ ē prius cõ
ſiderandum

In hac tercia particula dat ordinẽ hu⁹ libri ad alios
dicẽs ꝙ dictũ eſt prius de ſomno ꝛ vigilia. poſterius aũt
dicet̃ de morte ꝛ vita ꝛ ſimiliter de ſanitate ꝛ egritudine
quãtum hoc adiacet et ꝑtinet naturali phie Sʒ nũc red/
dẽda eſt prius cauſa ꝑpter quam hec quidẽ ſunt lõge vi/
te. hec aũt breuis vite.

Sũt aũt habẽtia differentiã hãc tota ad to
ta genera ꝛ coꝝ que ſub vna ſpecie altera ad al
tera. dico aũt ſm genus q̇dẽ differre vt hoĩem
ad equum Longioris eñ vite genus hominũ
q̃ȝ ad equorũ. Scd̃m ſpẽm aũt hoĩem ad homĩ
nẽ Sũt eñ ꝛ hoĩes hi quidẽ lõge vite Hi autẽ
breuis vite alteri ſm altera loca diſtãtes. Que
q̇dem ꝛ calidis gẽtium longioris vite. que aũt
in frigidis breuioris vite. Et habitãtiũ aut eun
dẽ locũ drñt ſilr aliqui hac differẽtia qd̕ inuicẽ
Oportʒ eñ accipere q̇d facile in natura corrup
tibile cõſtantibus ꝛ q̇d quod nõ facile corrup/
tibile. Ignis eñ ꝛ aqua ꝛ his cõgnata non ha
bentia eãdem virtutem exiſtunt generatõnis ꝛ
corruptionis cauſa. alijs itaqȝ ꝛ q̃libet aliorũ
ex his entia ꝛ cõſtituta participare borũ natu/
ram rationabile q̃cũqȝ q̇dem cõpoſita ex mul
tis ſunt vt domus. de alijs quidem alia ratio
corruptionis. ſunt enim ꝛ proprie corruptiões
multis exiſtẽtium vt ſciẽtia ſanitas ꝛ egritudo
Hec enim corrũpuntur etiam non corruptis.
ſuſceptiuis ſed ſaluatis. vt ignorãtie quidẽ cor
ruptio reminiſcẽtia ꝛ eruditio Scientie autem
obliuio ꝛ deceptio ſm accidens aũt cõſequun
tur naturalibus que aliorum corruptiones.
Corruptis enim animalibus corrumpuntur.
et ſciẽtia ꝛ ſanitas que in animalib⁹.

In hac ſecũda parte principali ponit phus duo preã/
bula deſeruiẽtia ꝓpoſito. Primum eſt. ipſorum viuẽtium
differẽtia eſt in lõgitudine ꝛ breuitate vite ſm genus et
ſm ſpeciem. Quod ſic declarat Nam ſm genus differũt
homo ꝛ equus qꝛ lõgioris vite eſt genus hominũ q̃ȝ eq̃/
rum. Secũdum ſpeciem aũt dicimus hominem vnũ eſſe
nõ habere. Sʒ ſtatim vẽter penes os ẽ. quare
neceſſariũ vẽtre trahere. hoc aũt et alia vtiqʒ fa
cere aĩalia. nũc aũt nõ faciunt. Etſi illa extra hu
midũ eẽnt. manifeſte vtiqʒ hoc facerẽt. videt̃ ãt
nõ facientia hec. Adhuc oĩm reſpirãtiuʒ et tra
hẽtiũ ſpm̃ videmꝰ q̃ndã motuʒ factum ꝑticule
trahentis In piſcibꝯ autẽ nõ accidit Nihil eñ
videntur mouẽtes eoꝝ que circa ventrem niſi
brancias ſolũ et in humido et in ſicco exciden/
tia. cũ capta fuerint Adhuc aũt cum moriãtur
ſuffocata in humidis oĩa reſpirãtia fiũt ampul
le ſpũ exeũte violẽter vt ſi q̇s cogat torculatas
aut ranas aut aliq̇d aliud taliũ geneꝝ In piſci
bus aũt nõ accidit expientibꝯ oẽm moduʒ tãq̃
nõ habẽtibꝯ ſpm̃ de foris nullũ. Quo ãt modo
dicũt fieri reſpiratiõem ipſis cõtingit et hoĩbꝰ
exiſtentibus in humido accidere Si eñ piſces
trahunt ex ea que in circuitu oris aqua. ꝓpter
q̇d hoc non vtiqʒ faciũt et hoĩes alia animalia
et eũ qui ex ore vtiqʒ trahẽt ſĩliter piſcibꝯ. Qua
re ſiquidẽ etſi illa eſſent poſſibilia. et hec eſſent
qm̃ aũt nõ ſunt. palã ꝙ neqʒ in illis eſt Adhuc
aũt ꝓpter quã cauſam in aere moriũtur et videṽ
tur exterminata ſicut ſuffocata ſiquidẽ reſpirãt
Nõ eñ vtiqʒ alimẽti indigẽtia hoc patiuntur.
Quaʒ eñi dicit Diogenes cãm ſtulta. ait eñ ꝙ
aerẽ multũ valde trahũt in aere. in aqua ãt mo
deratũ et ꝓpter hoc mori Eteni in greſſibilibꝰ
oportebat poſſibile eſſe hoc accidere. nũc aũt
nullũ per valde reſpirare ſuffocatur greſſibile
animal Adhuc aũt ſi omnia reſpirãt. palam ꝙ
⁊ entonia aĩalium reſpirant Videtur aũt ipſoꝝ
multa decisa viuere. nõ ſolũ in duas ꝑtes ſed ⁊
in plures. vt que vocãtur ſcolopẽdre. q̃ qualiter
aut q̇bꝯ cõtingit reſpirare

Improbat opiniones iſtoꝝ. et duo facit Nã primo re/
probat opinionẽ Anaxa. et Dioge. Scðo reprobat opi/
nionẽ Democriti Quãtũ ad pͥmũ reprobat opinionẽ iſto
rũ ſimul. Scðo dat cãm erroris eorum propter quem de
cepti fuerũt Ibi Cauſa aũt Quãtum ad pͥmũ vult in effe
ctu hanc cõcluſionẽ Opinio iſtorũ antiquoꝝ erronea eſt
Quã probat ex tribꝯ. primo ꝙ̃ inſufficiens. ſecundo quia
falſa eſt. tercio ꝙ̃ ponit omnia reſpirare. Ex inſufficientia
probat ꝙ̃ ipſi medietatẽ rei dimittũt Quãdo eñ aliqua
duo cõtinentur ſub aliqua natura ſi aliquis velit ſufficiẽ/
ter determinare de natura illa. nõ ſufficit de altera natu/
ra cõtẽtari. ꝙ̃ ſic determinãdo. medietatẽ rei dimitteret
quodammodo. reſpiratõ aũt cõmunis eſt ad reſpiratõeʒ
et inſpirationẽ. volẽtes aũt de reſpiratõne determinare.
ſolũ de inſpiratõne determinãt. ⁊ nõ de expiratõne nec ex
dictis ab ipis cõtingit cauſam reddere. Inſufficiẽs etiaʒ
eſt eorum dictũ quia ex eorum dictis nõ poteſt eſſe mani/
feſtũ. quomodo inſpirant huiuſmodi animalia Unde di/
cit phus cũ huiuſmodi animalia reſpirauerint interiꝰ ne
ceſſe eſt ipſum aerẽ calefactum expirare et ſm illam partẽ
ſm quã inſpirauerunt. ſicut videmus in animalibꝯ mani/
feſte reſpirantibꝯ puta in homine et in ſimilibus et hoc vi
ciſſim fieri oportet et permutatim inſpirãdo et expirãdo
Si ergo piſces et oſtree et ſimilia expirãt neceſſe eſt hoc
aut fieri ſimul cũ ſuſcipiunt aquam ab extra aut cum di/
mittũt Si ſimiliter cũ attrahunt eã. tunc cũ motus aque
ad interius et aeris ad exterius ſint cõtrarij ſeſe ipedien
tes. ſequetur ꝙ aqua obuiãs aeri in motu ſuo impediret
ipſum et ecõuerſo. quare nõ poſſunt ſimul cũ attrahũt in/
ſpirãdo aquaʒ expirare aerem. ſi aũt ſimul cum dimittũt
aquam per brãcias ꝑ ora expirant aerem ſimul accidet in
ſpirare et expirare ipſum aerẽ Simul enim cum attrahi/
tur aqua dicũt fieri inſpirationeʒ. hoc aũt eſt impoſſibile.
ergo et pͥmum impoſſibile eſt ſcilicet ſic ſm eos aſſignare
cauſam expiratõis. et ita eorum dictũ eſt inſufficiẽs. Eſt
etiam opinio eorũ falſa. Quia manifeſtũ eſt ꝙ quecunqʒ
animalia inſpirãt etiaʒ neceſſario expirãt. et ideo ſi piſces
vt ipſi aſſerũt inſpirent neceſſe eſt etiam eos expirare. ſed
nullꝰ piſcis expirat. ergo nullꝰ inſpirat ſicut ipi dixerũt
Preterea ſcðo falſa ẽ eorũ opinio ex eo ꝙ dicit piſces reſ/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpirare p̲ attractionem aeris. Q̄d probat p̄hus ſex rationibus Prima quia quecūq̲ʒ attrahūt aerem per os arteriam habēt piſces aūt arteriaʒ non habent quia pulmone carēt. quecunq̲ʒ autem pulmone carent arteria etiam carēt que eſt inſtrumētum quo pulmo ad ſe attrahit. vnde piſces carēt pulmone et carent arteria vocali. venter ergo eorū ſtati cōiunctus eſt ori. Et ideo ſi attraherēt aerē eū attraherent ad ventrem immo vētrem attraheret. hoc aūt eſt inconueniēs quia ſequeretur ꝙ alia animalium ſimiliter attraherēt ipſum ad vētrem. ſed manifeſtum eſt ꝙ hoc ipſum nō faciunt. Secūda ratō Si piſces reſpirando attraherēt aerem in aqua exiſtētes ita ꝙ ſufficiens fieret refrigeratio p̲ illum attractum aerem. tūc cum eſſent extra aquā attraherēt aerem et viuerēt hoc autem nō faciūt. Tercia ratio In omnibus ⁊ īſpirātib⁹ ⁊ expirātib⁹ cū expirāt et inſpirant apparet motus cuiuſdā particule ſ̄m eleuationē et depreſſionem ſicut in hominib⁹. cum enim inſpiratur aer eleuatur pulmo. cū vero expiratur deprimitur In piſcib⁹ aūt nō apparet aliq̄s motus huiuſmodi nō enim videmus aliquam particulam circa vētrem moueri ſed ſolum circa brācias et in humido immo cum in ſicco ſunt et palpitāt non apparet aliquis talis particula moueri Quarta ratio Quia in omnibus reſpirātib⁹ cum ſuffocātur in aqua apparēt quedam ampulle in ſuperficie aque. et cauſa huius eſt qꝛ in talib⁹ animalibus aer expellitur ad ſup̲ficiem qui erat inſpiratus prius. expulſio aūt ipſius aeris ampullas cauſat ſicut apparet de tortucis et ranis. vel ſimile aliq̄d animal. ſi violenter detineātur ſub aqua. In piſcib⁹ autē non appareꝫ hoc quocūq̲ʒ modo etiam ſub aqua detineātur. q̄d prouenit ex eo quia non habent inſpiratū aerem. Quinta ratio Si piſces reſpirarēt in aqua inſpirādo et expirādo aerem iuxta os in aqua exiſtētem. etiam homines et animalia ſic in aqua reſpirare poſſent Homines em̄ attrahūt aerem circa os exiſtenteꝫ ſi ergo piſces ſic poſſent in aqua reſpirare etiam ꝯueniret hominib⁹ et alijs animalib⁹. ſed hominibus ceteriſq̲ʒ animalib⁹ hoc eſt impoſſibile. ergo et piſcib⁹ repugnat Sexta cauſa eſt. Si animalia aquatilia reſpirāt propter quaꝫ cauſam moriūtur ⁊ extermināntur in aere ſicut ſuffocata alia Quaſi diceret. nō videtur eſſe ratio aliqua Et quia aliquis dicere poſſet ꝙ hoc proueniat ex defectu nutrimēti et nō aeris ideo dicit p̄hus ꝙ illud videlicet ꝙ extra aquā moriātur nō eſt propter defectum alimenti quia piſces pluri tēp̲e ſūt ſub aqua ſine nutrimēto q̄ʒ extra aquā ergo propter defectum nutrimēti nō moriuntur extra aquā Unde cauſa propter quam piſces moriūtur extra aquā quam aſſignabat Diogenes ſtulta eſt ⁊ fatua Dixit em̄ Diogenes ꝙ piſces extra aquā attrahebāt multum aerē et improportionabilē ſibi. in aqua autē proportionabilē. et ideo propter īproportionabilitatem aeris attracti in loco aeris piſces moriūtur. in aqua autem non Hoc em̄ nihil valet. quia animalia greſſibilia in aere poſſunt attrahere ſibi aerem īproportionabileꝫ et tamen nullum animal greſſibile quātumcūq̲ʒ reſpiret ſuffocatur ex hoc. ḡ nec ſimiliter hoc accidit piſcib⁹. Tercio reprobat philoſophus horū opinionē quia ponunt omnia reſpirare Et h̄ tali medio. Si omnia animalia reſpirarēt entomia etiam reſpirarēt. q̄d falſum eſt quoniā talia decīſa non ſolum in duas ſed ī plures partes viuūt. vt animalia que dicūtur ſcolopendre Hoc autem eſſet īpoſſibile quia tunc in omnibus illis partib⁹ ī quibus vita manet eſſent reſpirandi organa puta pulmo et vocalis arteria q̄d falſuꝫ eſt ḡ ⁊c.

Cauſa aūt maxime non dicēdi bene de ipſis ꝙ inexperti erāt earum que intus partiuꝫ. et qꝛ nō accipiebāt gratia alicuius naturā omnia facere Querētes em̄ cuius gratia reſpiratio animalib⁹ exiſtit et in particulis hoc inſpiciētes. vt in brācia et pulmone inuenirēt vtiq̲ʒ velocius cauſam

Hic cōſequēter aſſignat p̄hus cauſam erroris iſtoruꝫ p̲pter quam decepti ſunt dicēs ꝙ cauſa propter quam decepti fuerūt eſt duplex. prima quia neſciebāt anatomiam ſiue diſpoſitionē partium intrinſecarū puta pulmonis et arterie. Secunda qꝛ non ſupponebant naturam operari propter finem Si em̄ poſuiſſent ꝙ natura agit propter finem et ꝙ reſpiratō ineſt animalibus propter finem ⁊ inſpexiſſent ad anatomiam partiū intrinſecarū ſicut pulmonis et arterie et etiā branciarum citius cauſam reſpiratōnis inueniſſent. ⁊ qꝛ iſta nō inſpexerūt decepti fuerunt in determinādo de reſpiratiōe

Democritus aūt quia q̄dem ex reſpiratione accidit reſpirātib⁹ aliq̄d dicit inquiēs prohibere extrudi animā. nō tamen vt huius q̄dem gratia facientē hoc naturam nihil dicit. omnino enim ſicut ⁊ alij phyſici. et iſte nihil tetigit talē cauſam. Dicit aūt ꝙ anima et calidū idem prime figure ſphericorum. Segregatio igitur ipſis a continēte et cōprimente auxilium fieri reſpiratione inquit In aere em̄ multum numerū eſſe taliū que vocat ille ītellectū ⁊ aīam Reſpirato igitur et ingrediente aere cōgredientia hec ⁊ prohibētia cōpreſſiōem prohibere in aīalibus exiſtētem aīam pertrāſire Et propter hoc expirare et reſpirare eſſe viuere et mori Cū enim preualuerit ꝯtinēs opprimēs et nō ampli⁹ de foris īgrediēs pōt p̲hibere nō potētem reſpirare tūc accidere morteꝫ aīalibus. eſſe em̄ mortē taliū figuraꝝ ex corp̲e exitū ex ꝯtinētis ꝯpreſſiōe

Poſtq̲ʒ. p̲. īprobauit poſitōnē Anaxa. et Dioge. improbat opinionē Democriti Et p̄mo eam ponit. ſc̄do eaꝫ improbat ibi Cauſa aūt Quātū ad p̄mū aduertēdū ꝙ dicit Democrit⁹ ꝙ ex reſpiratōe accidit aīalibus p̄mo. hoc ſcꝫ ꝙ aīa non extrudat̄ vel expiret a corp̲e. non t̄n dixit ꝙ p̲pt̄ hoc velut p̲pter finē fieret reſpiratio. qꝛ ſicut alij p̄hi nihil tetigerūt de cā finali ita nec iſte. et iō nō dixit reſpiratōeꝫ fieri gr̄a alicuius tanq̲ʒ finis. Quō āt hmōi reſpiratō faciat ad h̄ ꝙ aīa a corp̲e nō extrudat̄ declarat ſic. Quia Democrit⁹ dixit ꝙ aīa et calidū ſeu ignis ⁊ atomi et figure ſpherice ſint vnū et idē. ſegregatis ḡ illis atomis ab aere ꝯtinēte et ꝯp̄mēte aīaꝫ it⁹ p̲ reſpiratōnē fert̄ auxiliū. quia reſpiratiōe attrahūt̄ cū aere atomi circulares ⁊ ſpherici. ⁊ mouet̄ ad iteri⁹ p̄hbēdo auxiliū illis atomis ſphericis it⁹ exiſtētib⁹ ex q̄b⁹ ē anima. ⁊ ita p̲hibēt aīmā exire. In aere enim dixit eſſe multum numerum talium atomalium corporum ſphericorū que vocauit et dixit intellectū ⁊ aīam Cōcludit ergo ph⁹ ꝙ cū p̲ reſpiratōnem aere ingrediēte coingrediētia atomalia ſpherica corpa ſimul cum aere. p̲hibeant cōpreſſionem atomaliū intus exiſtentiū motum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et vitam abſcindentē. ⁊ per ↄſequēs impediant animam
ptranſire et exire de corpore Ideo ꝓpter hoc reſpirare eſt
viuere et expirare mori. qꝛ reſpiratione attrahūtur ea ex
q̇bus eſt anima viuificās. et per expiratōnē principia ani
mam cōponentia elabūtur ⁊ expirant Cū eīn continēs ex
terius ſcilicet aer preualuerit opprimēs et cōprimēs aial
ita ꝙ cōpreſſione atomi intus exiſtētes expirant et cōpſſi
one extrudūtur. ſic ſcꝫ ꝙ nec atomi ingreſſi hmōi cōpreſſi
onis impetū prohibere poſſunt ꝓpter defectū reſpiratio
nis. tūc accidit mori aialia. Mors eīn ſm democritū nō
eſt aliud ꝙ̄ extruſio atomorū exiſtētiū in aiali ad exteri⁹
ꝓpter cōpreſſionē ↄtinētis.

Cauſā aūt quare omibꝫ q̇dē neceſſariū mo
ri. nō tamē quādo cōtigit. ſꝫ ſm naturā q̇dem
ſenectutē violētia aūt preter naturā nihil demō
ſtrauit quāuis oporteret. qm̄ aliquādo q̇dem vi
detur hoc factū. aliqn̄do aūt nō videtur. vtrū
cauſa extriſec⁹ eſt aut intus. Nō dicit aūt neqꝫ
de pricipijs reſpirādi quid cauſa vtrū intriſec⁹
aut extriſecus. neqꝫ eīn qui de foris intellectus
ſeruat auxiliū. Sed intriſec⁹ principiū reſpira
tionis fit ⁊ mot⁹ nō vt inferētē vim continente
incōueniēs aūt et ſimul cōtinēs comprimere ⁊
ingrediēs dilatare. que q̇dē igitur dixit et vt fe
re hec ſūt Si aūt oportet putare vera eſſe pri⁹
dicta et nō omnia animalia reſpirare nō de om
ni morte cauſā putandū dictā eſſe hāc. ſed ſolū
in reſpirātibꝫ. q̇nimo neqꝫ in his bene Palam
aūt ex accidētibus et talibꝫ quorū habem⁹ om
nes experiētiam. In eſtibꝫ eīn calefacti magis
et reſpiratione magis indigem⁹. et ſpiſſius reſ
piram⁹ omnes. Cum eīn in circuitu fuerit fri
gidum. et cōſtringatur et cōpingatur corp⁹ de
tinere accidit ſpiritū quāuis tūc oportebat de
foris. ingredietē prohibere cōcuſſionem Nūc
aūt fit contrarium. quādo aūt multū valde con
gregatū fuerit. calidum nō expirātū tunc indi
gēt expiratione Neceſſariū aūt inſpirantes reſ
pirare. Eſtuantes aūt frequēter reſpirāt tanꝗ̄
refrigerationis gratia reſpirantes. qn̄ qȯ dici
tur facit ignē ſuper ignem

Hic ↄñr phus pdictā poſitionē reprobat duplicitet
pmo q꞉ inſufficiēs. ſcdo q꞉ falſa Inſufficientē eam oñt du
pliciter. primo q̄ꝫtum ad aſſignationē cauſe mortis. ſcdo
quātū ad aſſignatiōem cauſe reſpiratiōis. Quātū ad cāꝫ
mortis opinio eſt inſufficiēs Quia licet democrit⁹ cauſā
dederit ꝓpter quā quedā mors ineſt aiali nō tn̄ dedit cāꝫ
mortis cuiuſlibet Quedā aūt ē mors naturalis et quedā
violēta. naturalis que fit ex ſenectute. violenta vero ſicut
mors eorum q̇ ſuffocant. opꝫt aūt vtriuſqꝫ mortis cām
aſſignare et cū illa cā vel ē extrinſeca vel intrinſeca quarū
nullā aſſignat ideo inſufficiēs ē opinio democriti quātū
ad cauſā mortis. Inſufficiēs etiā eſt quātū ad cauſam reſ
piratōis. quia de pricipio reſpirationis quid ſit et an ſit
intrinſecū vel extriſecum non dixit Eſt preterea hec poſi
tio falſa dupliciter. primo in aſſignatione cauſe mortis.
ſecūdo in aſſignatōe cauſe reſpirationis. In aſſignatione
cauſe mortis. quia ſi vera ſunt que dicta ſūt ſuperi⁹ ma
nifeſtum eſt ꝙ cauſa mortis quā aſſignat Democrit⁹ nō
eſt cā cuiuſliber mortis. ſed ſolum in aialibꝫ reſpirātibus
nō aūt in non reſpirantibꝫ Quia mors ſm Democritū nō
eſt aliud ꝙ̄ extruſio atomorū exiſtētium in aiali ꝓpter con
tinēs cōprimēs. ſic aūt nō accidit mors in nō reſpiranti
bus Silr̄ falſa eſt in aſſignatōe cauſe reſpiratōis in ani
malibꝫ reſpirātibꝫ. Qȯ manifeſtū eſt ex his que accidunt
circa reſpiratōem in his quorum oēs poſſumus habere
expientiam. videm⁹ eīn ꝙ in eſtate quāto fuerim⁹ magis
calefacti. tāto magis indigem⁹ reſpiratōne. et omnes fre
quētius reſpirāt. ſed cū cōtinens vndiqꝫ frigidū fuerit in
circuitu ita ꝙ cōpingat et cōſtringatur corpus et aer inclu
ſus in aiali ad diu refrigerādū ipm calidūꝫ aialis. minus
neceſſariū eſt ſepe reſpirare. ſm opinionē aūt Democriti
opteret tunc fieri ſepius et frequētius reſpiratiōem q꞉ cū
cōtinens eſt frigidū. corpus ↄprimit. et quāto plus cōpri
mit tanto atomi intus exiſtētes magis extrudūtur. et p
cōſequēs ſm eūdē Democritū tūc reſpiratō ē magis ne
ceſſaria ad phibēdū extruſionē atomoꝝ Cōtrariū aūt ſm
veritatem manifeſtū eſt. videm⁹ eīn ꝙ cū calidum ē mul
tum et valde vnitū et cōgregatum tunc aialia inſpiratōe
magis indigent. neceſſariū eſt eīn aialia que reſpirant ali
qn̄ inſpirare et expirare ſi debeāt ſaluari Quāto aūt calidi
ora ſunt tāto frequēti⁹ iſpirāt. q꞉ inſpirāt gratia īfrigida
tiōis Quāto ꝓo calidiora ſunt tāto plus infrigidatione
egēt. frequēti⁹ ergo tempe calido reſpirāt qn̄ calidū cōti
nētis aeris augmētat calidū intrinſecū et ſic ipm cōtinēs
facit ignem ſuper ignem

In Timeo aūt ſcripta circūpulſio de alijs
aialibus nihil determinauit quō ipſi⁹ calidi fit
ſalus in alijs. vtrū eodem aut ꝓpter aliquā aliā
cauſaꝫ Si eīn ſolis campeſtribꝫ ꝙ reſpiratōis
exiſtit dicēdū cauſā. quare ſolis Si aūt et alijs
modus aūt alius Et de hoc determinādū. ſiq̇
dē poſſibile reſpirare oībus. Adhuc aūt et ficti
cius mod⁹ cauſe. Exeūte eīn extra calido p os
ambiētē pulſum aerē latū incidere in eūdē locū
ait p raras exiſtētes carnes. Vñ qȯ itrat exiuit
calidū ꝓpter nihil eſſe vacuū antipariſtaſim pa
tiētibꝫ inuicē. calefactū aūt iteꝝ exire ſm eūdeꝫ
locū et circū pellere intra p os aerē excidētē ca
lidū. et hoc itaqꝫ agere ſemp faciētes reſpiran
tes et expirātes Accidit aūt ſic putātibꝫ pus ex
piratione fieri ꝙ̄ inſpiratōem Signū aūt. ſiūt q̇
dē eīn adinuicē hec ſecus inuicē Morietia aūt
expirāt quare necāriū eſſe pncipiū inſpiratiōeꝫ
Adhuc aūt cui⁹ gratia hec exiſtūt aialibꝫ Dico
āt reſpirare et expirare nihil dixerūt ſꝫ mō dicē
tes Sꝫ velut de icidēte aliq̇ enūciāt ſoluꝫ q̄ꝫuis
pncipalia hec videam⁹ viuēdi ⁊ moriēdi Cū ei
reſpirare ñ potuerit. tūc accidit corruptōēꝫ fie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ri reſpirantibꝫ. Adhuc autem incōueniens cali
di q̄d e ꝑ os exitū. ꝛ iterū introitū nō latere nos
In pectus aūt ſpiritus introitū ꝛ iterꝫ calefacti
exitū latere. incōueniēter autem et calidi reſpi/
rationem introitū eſſe. Uidetur em̄ cōtrarium
qui quidem em̄ expiratus eſſe calidus. qui aūt
inſpiratus frigidus. Quando autē calidus fue
rit ſentiētes expirant. quia em̄ nō refrigerat ſuf
ficiēter ingrediens multotiēs accidit ſpiritum
trahere. Sed etiam neqꝫ alimēti gratia exiſti/
mādum fieri reſpirationem tanquam alito ſpi
ritu eo qui intus igne alito et reſpirante quidē
quemadmodū ſuper ignez hypercauma adijci
alito autē igne fieri reſpirationem. Hoc em̄ di
cemus verum et ad hūc ſermonem. que quidez
ad prioꝛes. etenim in alijs animalibus opoꝛte
bat hoc accidere aut propoꝛtionale huic Om/
nia em̄ habēt caliditatem vitalem. deinde et fie
ri calidum ex ſpiritu quo opoꝛtet modo dicere
ficticium. magis em̄ ex alimento hoc factum vi
demus. accidereqꝫ ſm hoc ſuſcipere alimentū
et ſuperfluū emittere. hoc aūt in alijs non vide/
mus factum.

Poſtq̄ꝫ philoſophus improbauit opinionē democri/
ti qui viſus eſt dicere omnia animalia reſpirare. cōſequen
ter philoſophꝰ improbat opinionē platonis ꝛ Empedo
clis Et duo facit. Nam primo improbat opinionē plato/
nis. et ſecūdo Empedoclis Secūdum ibi Dicit autez de
reſpiratione Quātum ad primum reprobat philoſophꝰ
opinionez Platonis in effectu quantū ad duo Primo ꝓpt
inſufficientiā. ſecūdo propter falſitatem Propter inſuffici
entiā eam reprobat hoc modo. quia plato voluit ꝙ reſpi
ratio fiat per quandaz circūpulſionem aeris. dixit em̄ ſm
ꝙ ſtatim apparebit infra ꝙ cum aer intra in animali ex
iſtēs calidus eſt expellitur per os et tūc ne dimittatur va
cuū aer circūſtans intrat per os et poꝛos et ſic fit reſpira/
tio Dicit ergo Areſtoteles ꝙ circūpulſio de qua determi
nat plato i Timeo quā dixit eſſe cauſam reſpirationis in
ſufficiēs eſt in aſſignando cauſam reſpiratōnis et inſuffici
enter determinat de reſpiratōne Quia cū dixit ꝙ circum
pulſio ſit cauſa reſpirationis dixit hoc eſſe in animalibus
perfectis ꝛ cāpeſtribꝫ. ſed quomodo fiat ſaluatō in anima
libus imperfectis nō dixit. an ſcilicet eodem modo acci/
dat ſicut in animalibus perfectis aut alio modo et pro/
pter aliā cauſam Si enim ſola animalia cāpeſtria reſpirāt
opoꝛtebit aſſignare cauſaz quare illa ſolū reſpirāt Si aūt
alia reſpirāt et modus reſpirādi ſit aliꝰ opoꝛtebit de hoc
etiaꝫ reddere cām. et determinare opoꝛtebit an reſpirare
inſit oībus aīalibꝫ Quātū ad falſitatē ſꝰo ſic iprobat eādē
opinionē dicēs ꝙ modus ſm quē plato poſuit aīalia ter/
reſtria reſpirare ficticius eſſe videtur ꝛ nō verꝰ Dixit em̄
plato ꝙ cū aer interiꝰ intra aīal eſt calidꝰ expellit̄ extra ꝑ
os. et tūc aer qui ē extra circūſtans coꝛpꝰ mouetur ad eū/
dem locū in quo erat aliꝰ. et ꝑ os et raras carnes. q̄ poꝛo/
ſitates habēt Donec autē aer ille inquit plato a foris ver
ſus intꝰ cum expellit̄ calidus ad prohibēdū vacuū ita ꝙ in
iſto motu fit quedā antipariſtaſis intrātis ꝛ egredientis
Cū aūt ille aer calidꝰ fuerit exit ꝑ os et alius intrat ꝑ ra
ras et poꝛoſas carnes Et dixit iſtō fieri ſꝑ ꝑ totam vitam
aīalis. et quādiu fit inſpirant et reſpirant aīalia Hāc ergo
opinionē oñt phus falſam eē quadrupliciter qu itum ad
quattuoꝛ Primo q̄tū ad hoc ꝙ expirare ꝑus inſit aīalibꝫ q̄ꝫ
inſpirare. Secūdo quantū ad hoc ꝙ nō poſuit reſpiratōnez
fieri ꝓpter aliquē finē Tercio quātū ad hoc ꝙ ponit exitū
et itroitū aeris in iſpiratiōe et expiratiōe nō latere nos ꝑ
os ſꝫ ꝑ alias partes poꝛoſas Quarto q̄ ad hoc ꝙ dixit ae
rē calefactū inſpirari Quo ad ꝑmū dr̄. ꝑ. ſm hāc opinionē
putantibꝫ et opinātibꝫ ꝙ ſcꝫ reſpiratō fiat ſm modū p̄ta/
ctū accidit ꝙ reſpiratō ꝑus inſit aīalibꝫ q̄ꝫ inſpirare ſed h̄
ē falſuꝫ Cuiꝰ ſignū ē qꝛ reſpirare et iſpirare fiūt ꝑmixtim
adinuicē. ita ꝙ poſt vnū fit aliud. moꝛs aūt et vita ſunt cō
traria quare opoꝛꝫ ꝙ fiant motibꝫ ꝯtrarijs. ſed videmꝰ
ꝙ moꝛiētia vltimo expirāt quare manifeſtū ē ꝙ ꝑmo iſpi
rāt viuentia ꝛ ſic inſpirare ꝓcedit in aīalibꝫ expirare Quā
tū ad ſcdm ſiliter falſitatē dicte opinionis oñt ſic. quia illi
q̄ ſic loquūtur de reſpiratiōe incōueniēter loquūtur Lo/
quunt̄ em̄ ſicut de aliq̄bꝫ q̄ contigunt a caſu ꝛ tn̄ reſpirare
et ꝑ oppoſitū inſpirare vident̄ ꝑncipales cauſe moꝛiēdi et
viuēdi Cū em̄ aīalia reſpirātia nō poſſunt ampliꝰ reſpira
re accidit tūc ea coꝛrūpi. q̄ꝫ diu aūt pñt reſpirare iſpirare
et expirare viuūt. nō ꝙ iſta caſualiter accidūt ſed ſunt ꝑn
cipales cauſe vite ꝛ moꝛtis Quātū ad terciuꝫ ſꝰo ſic. ꝑ. fal
ſitatē oñt dicens ꝙ incōueniēs ē ꝙ nō lateat nos itroitus
et exitꝰ aeris ꝑ os ſed ꝑ pectus et raras carnes coꝛpis aīa
lis reſpirātis. Cuius rō ē qꝛ aer calidus extra ſentitur et
quātum ad alteratiōem que ē ꝑ calefactiōem et quātum
ad motū Siliter aūt videtur ꝙ aer q̄ ingreditur ꝑ poꝛos
carnis ſm platonē alteret pectus quo ad caliditatem et
mouetur. quare ſi nō lateat nos motꝰ aeris per os. nec ꝑ
pectus nec per poꝛos latebit. Quantum ad quartum fi/
naliter et vltimo ſic probat dicens incōueniens eſt ꝙ aer
calidus inſpiret̄ cōtrarium em̄ apparet nobis ad ſenſum.
Uidemus em̄ ꝙ illud quod expiratur calidum eſt et q̄ꝺ
inſpiratur frigidum eſt. Et quando aer ingrediēs calefa
ctus eſt tunc inſpirant animalia Et cauſa huius eſt quia
ſpiritus ingrediens nō ſufficienter poteſt infrigidare. et
ideo accidit multotiēs ſpiritum attrahere. vnde etiam
quanto aer inſpiratus calidioꝛ factus fuerit tanto citius
expirant animalia ipſum interim inſpirātia alium Et qꝛ
dictum fuit platonez erraſſe quia non dixit gratia cuius
fiat reſpiratō in animalibus ideo ſubdit cōſequenter phi
loſophus quādam falſam ſolutionem quam remouet di
cens ꝙ nō eſt exiſtimandum ꝙ fiat reſpiratio vt per aerez
inſpiratum calidum interius nutriatur ita ꝙ ſit alimen/
tum ipſius calidi. ipſum enim calidum continue agit in
humidum conſumendo ipſum. conſumēdo autem ipſum
debilitatur. igitur vt ipſum cōſeruetur fit reſpiratio vt
ſic ſpiritu reſpirato nutriatur et augmētetur. Sicut nos
videmus ignem nutriri et cōſeruari per appoſitōnem hy
percaumatis ſeu alicuius exhalatōnis iſlammabilis. ita
ꝙ alito igne fiat reſpiratio. Illam quidem ſolutōnem re
mouet duabus rationibus Primā ponēdo dicit ꝙ con
tra reſponſionem iſtam dicemus quod contra prioꝛes di
ctum fuit. Nam ſi in animalibus terreſtribus ſit reſpi
ratio propter nutriendum calidum opoꝛteret calidum
in alijs animalibus nutriri per ſpiritum inſpiratum
cum non poſſint ſaluari ſine infrigidatione. cum omnia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

talia habeãt vitalem caliditatẽ vel ad minus habeant ali
quod proportionabile huic. ſed iſtud nõ apparet. ergo rẽ
Secundam vero rationẽ ad idem ſubiũgẽdo dicit q̃ ca/
lidũ nutriatᷓ a ſpiritu ſeu aere iſpirato ficticiũ eſt. Quia
ficticiũ ẽ qḋ nõ ɔcordat apparẽtibꝫ. nõ ɔcordat aũt appa/
rẽtibꝫ q̃ calidũ nutriatᷓ a ſpiritu inſpirato. ſed ex nutrimẽ
to magis Ex alimento eñ generatur humidum quod ẽ
ſubiectum calidi et ideo oportet ſuſcipere alimentum et
emittere ſuperfluum Alimentum enim in principio con/
trariũ ẽ. ꝛ iõ oꝫ ipm alterari ꝛ trãſmutari donec p̱ ſeparatõ
nẽ ipuri nutrimẽtũ fiat ſimile. hoc eñ non videmus fieri
nec fieri poteſt a ſpiritu inſpirato

Dicit aũt et de reſpiratõe Empedocles. nõ
tñ cuius gratia neqꝫ de omnibꝫ aĩalibus nihil
facit manifeſtũ. ſiue reſpirant ſiue non Et de ea
que per nares reſpiratiõe dicẽs putat et de p̃n
cipali dicere reſpiratiõe Eſt aũt per arteriam ex
pectore reſpiratõ et q̃ per nares. ipſis aũt nari
bus ſine illa nõ eſt reſpirare. et ea quideꝫ que p̱
nares facta reſpiratiõe. priuata aĩalia nihil pa/
tiuntur. ea ãt que ſm arteriã moriũtur. Vtitur
eñ natura ex abũdanti ea que p̱ nares reſpirati
one ad odoratũ quibuſdã aĩalium Propter qḋ
quidẽ odoratu fere participãt omnia animalia
Eſt aũt nõ omnibꝫ idem organũ ſenſus Dictũ
eſt aũt de ipſis in alijs planius.

Poſtq̃z p. improbauit opinionẽ platonis de mõ reſpi
randi ɔñr improbat opinionẽ Empedoclis Et duo fa/
cit. nã primo improbat opinionẽ empedoclis de inſufficiẽ
tia. ſcḋo de falſitate Ibi Fieri aũt. Quantũ ad primũ oñt
opinionẽ empedoclis inſufficientem ex tribꝫ. primo q: nõ
oſtendit gratia cuius fiat reſpiratõ. ſcḋo quia moduꝫ reſ
pirandi nõ declarat in omnibꝫ animalibꝫ. tercio q: poſuit
reſpiratõem ſolum fieri per nares. Dicit ergo q̃ ſicut alij
inſufficiẽter dixerunt de reſpiratiõe ita ꝛ empedocles Et
primo. quia cum loqueretur de reſpiratõe nõ fecit men/
tionem gratia cuius fit reſpiratõ. qḋ tñ fieri congruebat
et ideo inſufficienter dixit. Scḋo quia. ſcꝫ non declarauit
vtrũ omnia animalia reſpirẽt vl' nõ. qḋ oportebat Et ſi q̃/
dam ſic. quedam non. quomodo ꝛ per quem modum fit
infrigidatio in iſtis que non reſpirant nõ declarauit Ter
cio q: empedocles loquens de reſpiratione que fit per na
res credebat ſufficienter determinare de reſpiratione ſed
hoc non eſt verum. Eſt eñ quedam reſpiratio per nares
alia per vocalem arteriam Et inter eas. illa que eſt per vo
calẽ arteriã ẽ principalis. q: illa que fit per nares non eſt
ſine alia. aer eñ qui inſpiratur per nares tranſit per voca
lem arteriã. Illa vero que eſt per vocalem arteriã poteſt
eſſe ſine illa que eſt per nares Et hoc patet Quia priuata
illa que eſt per arteriam moriuntur animalia. non autem
priuata illa que eſt per nares. Vnde ſicut natura lingua
vtitᷓ ad duo. ſcilicet ad guſtũ et ad loquelã. ita naribꝫ ad
duo vtitur ſcilicet ad reſpirationem et olfactum ꝛ hoc in
quibuſdam animalibus. Sũt eñ quedam animalia que
porum reſpirationis habent opertum quadam caruncu
la ꝛ ideo nõ reſpirant talia niſi amoueatur talis caruncu
la quod fit per inſpirationem et expirationem. Quedam
autem ſunt animalia que habent porum reſpiratiõis dif

coopertum et talia ſtatim ad preſentiam odorabilis edo
rant ſicut animalia que non habent aliquod velamen ſup̱
oculos ſicut palpebras ſtatim vident. ita talia animalia
preſente odorabili ſtatim percipiunt odorem Et in tali/
bus natura tantum vtitur naribus ad olfactum. In pri/
mis autem animalibus vtitur naribus ad olfactũ et reſ/
pirationem. Quia melius et citius fit infrigidatio per
nares et per arteriam q̃ꝫ per arteriam ſolũ. et hoc innue/
bat philoſophus cum dixit quedam animalium Ex qui/
bus infert corollarium dicens cum dictum eſt q̃ natura
vtatur ex abundanti naribus propter olfactum et reſpi/
ratõnẽ et h̃ in q̇buſdã ita q̃ in q̇buſdã ẽ tãtũ proptᷓ reſpi/
rationem propter hoc eñ fere omnia animalia odoratu
participant. tamen organum olfactus nõ eſt eodem mo/
do diſpoſitum in omnibus animalibus. Nam quedam
habent organum olfactus quadam pellicula coopertum
quedam vero non ſicut dictuꝫ eſt alibi ſcilicet in libro de
ſenſu et ſenſato. Dicit autem philoſophus fere propter
animalia imperfecta que vel ſolũ tactũ habẽt vel cuꝫ hoc
guſtũ ſm q̃ eſt quidam tactus

Fieri autem ait reſpirationem et expirati/
onem propter venas eſſe quaſdaꝫ in quibus in
eſt quidem ſanguis. nõ tamen plene ſunt ſan/
guine. Habent autem poros in eũ q̇ extra aerẽ
partibus quidem corporis minores. his autẽ
que aeris maiores. propter quod ſanguinẽ ſuũ
moueri ſurſum et deorſum. deorſum quideꝫ la
to influere aerem. et fieri reſpirationem. Sur
ſum autem procedente excidere extra et fieri ex
pirationem. aſſimilans quod accidit clepſedris
Sic autem reſpirant omnia et expirant omni
bus deficientes ſanguine carnium canales in
vltimis ſm corpus tenduntur et ipſis oribꝫ ſpi
ſſis ſimul perforate ſunt canalibus narium vl
time ſummitates per totum. vt exundans qui/
dem occultetur. etheri autem facile iter duplici
via pateat Quapropter cum redierit tenet ſan
guis ether calens deſcẽdat tumore magno. cũ
autem exiliat iterum expirat quemadmodum
cũ puella de clepſedra ludẽs perbene malleatũ
es. cum quidẽ fiſtule aperturam obſtruẽs for/
moſa manu in aqua clara tixerit. Et delectabi
le corpus neqꝫ in vas aqua ingreditur ſed pro
hibet aeris moles internus vadens ad forami/
na ſpiſſa donec reuelauerit crebrum fluxũ. De
inde vere ſpiritu deficiẽte ingreditur aqua mũ/
da Eodem autem modo cum aquam quidem
habeat ſm profunda aeris. canali autẽ obſtru
cto humana manu et poro. aere autem deforis
intus anguſtiatus aquam prohibꝫ circa por/
tas canalis male ſonans extrema obtinens q̃ꝫ
diu manu obſtruatur. Tunc autem iterum
aut prius ſpiritu incidente effluit aqua munda

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De reſpiratione ſm opiniones antiquorū.

**Similiter autē et delectabilis ſanguis . exundans per mēbra cum ipe retroactus redierit ad intimum alteruz Hoc rheuma deſcēdit tumo reipetuoſo cū exilierit iterū expirat eque poſtea Dicit quidē igit hoc de expirare.**

Hic cōſequent phus reprobat opinionez empedoclis ex eo quia falſa . Et duo facit . primo ponit diffuſe opinionez Empedoclis . ſcdo facit qd dictum eſt ibi Reſpirant autē Quātum ad pmum dicit philoſophus q empedocles poſuit fieri reſpiratōnem et expiratōnē per hoc q in corpore animalis ſunt quedā vene in quib eſt ſanguis . ſunt eīm vene vehiculum ſanguinis z has venas dicebat non eſſe plenas ſanguine z q in parte exteriori verſus ſuperficiem corpis haberent poros minores q̄ ſint partes corpis licet maiores ſint q̄ partes aeris Volebat ergo q cū ſanguis corpis aialis nat ſit moueri verſus ſupi ſurſuz et inferius deorſuz cū mouetur verſus interius et inferius aer ſequatur z ſubintrat z tunc fit inſpiratō . cū aūt excedit vel exundat et mouet ad exterius tūc expiratur aer z fit expiratō . Et ita ponebat reſpiratōnem per ebullitionem ſanguinis ad exterius et rebullitionem verſus interius . aſſimilans reſpiratōnem ei quod accidit clepſedris Pro quo aduertendū q clepſedra eſt quoddā corp ſeu vas habēs foramen vnū verſus ſuperius z vnū verſ inferius . cū āt ponit in aqua ita q ī pte inferiori in qua ſunt multa foramina tāgat aquā tunc aer expirat p foramē ſupius Cum āt aqua deſcēdit p illa foramina tunc aer deſcēdit verſus inferius Sic volebat empedocles q cū ſanguis qui eſt in venis exundat ad exterius expellit aer et fit expiratō Cū autē mouetur ad interius ſequit aer z fit inſpiratō Vn̄ dixit ēpedocles q cū aialia reſpirāt z expirāt in oīb aialib canales carniū . i . vene in carnib exiſtentes deficiētes ſanguine quando ſcilicet nō ſunt plene ſed ptendūtur ſm corpa vſq ad vltima . i . vſq ad ſupficies corpoꝝ z pforata ſunt orificia venaꝝ ſeu vltime venaruz ſummitates ita q ſanguis poſſz exūdare per motum ad ſummitates illas et poſtmoduz ingredi ad inferius . z ſic tunc aeri parz duplex via vna p nares alia per poros ſiue p orificia venarū . et pter hoc cum ſanguis tener reuertitur ad inferius aer magno motu deſcēdit z tunc fit inſpiratō . cum autē iterū ſanguis exundat expellitur aer et fit expiratō Quod declarat p ſimile nam ſicut puella aliqua tenet clepſedrā que eſt de ere bene malleato et vult bibere cuz ea et manu ſua foramina claudit et obſtruit foramē ſuperius z ponit clepſedrā in aqua clara que eſt corpori delectabilis nō ingreditur clepſedrā aqua quia aer intus exiſtēs phibet aquam ingredi p foramina ſpiſſa donec remouerit manū z tunc aer crebre expelletur z aqua ſubintrabit cum eīm ſpiritus expellitur intrat aqua Et eodem mō ſicut clepſedra ſe habet cuz aqua poſita in ea ita q aer exiſtens in clepſedra ſit pfundatus in aqua . foramine tn̄ ſuperiori obſtructo cū manu . tunc aer anguſtatus phibz aquam exire p illa foramina vbi fit ſonus quidē mal ita q aer intus exiſtens extrema clepſedre obturet Et iſtud continget quamdiu foramen exterius clauditur manu cū autem foramen aperitur et aer egreditur aqua incipit ingredi Similiter eſt in propoſito nam ſanguis delectabilis cum exundat per venas et mēbra et cum iterum ad interius regreditur tunc fit rheuma et deſcendit motu quodam impetuoſo et fit inſpiratō . cum autem ſanguis iterꝝ exit expirat . z eodē mō fit poſtmodū Sic igit loqbat de reſpiratōne et iſpiratiōe Empedocles .

**Reſpirāt aūt queadmodū diximꝰ manifeſte reſpirātia per arteriā per os ſimul et per nares Quare ſiquidē de hac reſpiratōe dicit neceſſarium querere quomodo congruit dicta ratio cauſe . Videtur eīm cōtrariū accidēs . eleuātes quidem eīm locum queadmodū folles in erarijs expirant . attollere e aūt calidū rationabile Habere aūt ſanguinē calidū locū . Cōprimentes aūt et deponētes queadmodū ibi folles expirāt Verūtn̄ ibi quidē nō ſm idē ſuſcipiūt aerē . et iterū emittūt . reſpirātes aūt ſm idē Si aūt de ea que ſm nares dixit ſola . multū peccauit Nō eīm eſt reſpiratō nariū ppria ſed ſm canalem qui circa guttur . ſm q extremū palati in ore ſimul pforatis narib cedit . hoc quidē ſic ſpiritꝰ . hoc aūt p os ſilr exiēs et intrās Ab alijs qdē igit dicta de reſpiratōe , tales z tātas habēt difficultates**

Hic ɔn̄r predictam opinionē reprobat phus Pro q̄ pmittit manifeſtū eſſe ſicut dictū eſt q aialia reſpirāt p os z nares . z p arteriā ſimul . immo aliqua reſpirāt p arteriam z p os z nō p nares Quo ſic pmiſſo poſitōez empedoclis ſic reprobat . Si ēpedocles de reſpiratiōe iquirat ( q fit p arteriā ) dubitatiōez habz neceſſariā quō cauſa quā ipſe ponit de reſpiratiōe ſit ɔueniēs . q2 cōtrarium videt accidere Videmus eīm q cū aialia inſpirant pectus iflari et eleuari . z cū expirant deprimi ſicut fit in follib inflato et expirato aere z cū dictum ſit q animalia ſm eandē ptē expirēt et iſpirent aerē . iō vt apparet cōtrariū accidit illi qd dixit empedocles Dicebat eīm q cū aer inſpirat cōprimitur pectꝰ cū aūt expellitur eleuat Si aūt empedocles ſolū loquat de reſpiratiōe q fit p nares multū errauit . quia reſpiratō q fit p nares nō eſt ppria aialibus . ſed illa que ē p vocalē arteriā que ɔtinuat a pulmone vſq ad extremū palati in quo qdē eſt foramē et aer per os intrat et exit p nares Epilogādo . p . ɔcludit dicēs q dicta ab alijs de reſpiratiōe , tales habēt dubitatiōes z tātas ſic iā dictum eſt

**Qm̄ aūt dictū eſt priꝰ q viuere z aīe habitꝰ cuz caliditate quadam eſt igne enim operatur omnia.**

Poſtq̄ . p . reꝑbauit aliorꝰ opiniones de reſpiratione determinat nūc de ipſa ſm opinionem propriā . Et diuiditur pn̄s textus in duas partes . In prima repetit quedam determinata prius ſecūndo de ipſa pſequitur . Ibi Qm̄ aūt aialiū Prima ſubdiuidit in tres partes In pma repetit qd dictum fuit de neceſſitate calidi et loco Scdo repetit qd dictum eſt de corruptione calidi Ibi Corruptō aūt ignis Tertō repetit qd dictū eſt de neceſſitate reſpirationis . Ibi . Quare neceſſe fieri . Prima rurſus in tres ſubdiuiditur In prima repetit quod dictum eſt de neceſſitate calidi Secundo quod dictum eſt de loco Ibi Propter quod quidem . Tercio ponit quoddaz incidēs Ibi Alias quidem igitur . In prima dicit q cum dictum ē q aīa ē forma ſubſtātialis z habitꝰ z q ipa ē pncipiū viuendi manifeſtum q hoc non cōpetat anime niſi per cali/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ditatez Quod ꝓbat hoc mõ q: anima igne oĩa operatur Viuificare autez eſt opus aĩe. ergo ſine igne ⁊ ꝑ ɔñs ſine calido nõ viuificat corpus

Propter quod quidẽ in quo ṗmo loco ⁊ corporis et in qua prima loci huius parte ṗncipiũ neceſſariũ eſſe tale hic. et primã nutritiuã aĩam neceſſariũ exiſtere. Iſte aũt eſt medius locus ſuſcipiẽtis alimẽtum et ſcḋm quem emittũt ſuperfluum. exanguibꝫ quidem igitur innominatuz Sanguinẽ aũt habentibꝫ cor hec particula eſt Alimẽtum q̇dem eñ ex quo iam fiunt partes aĩalibus. ſanguinis natura ẽ. Sanguinis aũt et venarũ idem principiũ eſſe neceſſariũ. Alterius eñ gratia alterũ eſt vt vas et ſuſcipiens. ṗncipium aũt venarũ cor ſanguinẽ habentibus. Nõ eñ per hoc ſed ex hoc pertracte omnes exiſtũt. palã aũt hoc nobis ex anatomijs

Hic ɔñr repetit qḋ dictuz eſt de loco dicens ꝙ dictũ ẽ ꝙ anima indigeat in ſua operatõne caliditate ɔñr oſtendit in quo eſt hoc calidũ vt in loco Et vult in effectu hãc cõcluſionez Caliduz illud eſt in loco medio viui nutrimẽtuz ſuſcipientis Quã ꝓbat tali rõne Caliduz illud eſt in ea parte corpis vt in loco ṗmo in qua eſt ṗma virtus nutritiua ſeu primũ ṗncipiuz nutritiuuz. iſte autẽ locus eſt locus ſuſcipientis nutrimẽtuz medians inter locũ q̇ nutrimẽtuz ſuſcipit et locũ quo emittitur ſuperfluuz. Et ſubdit phus ꝙ in exãguibꝫ locus iſte ẽ innominat᷒. In habẽtibꝫ vero ſanguinẽ eſt cor Qḋ declarat q: vltimũ alimẽtũ ſeu benignuz ẽ ſanguis ex q̇ fiunt partes aĩalium. ſed ſanguinis ⁊ venaꝝ idẽ eſt ṗncipiuz eo ꝙ vene ſũt gratia ſanguinis ſicut vas eſt gratia cõtenti. ṗncipiũ autẽ venaruz in habẽtibꝫ ſanguinẽ eſt cor eo ꝙ vene nõ penetrãt cor ſed protenduntur a corde ad ſingulas partes. qḋ palã factuz ẽ nobis ɔſiderãtibꝫ anatomiã.

Alias quidem igitur virtutes aĩe impoſſibile exiſtere ſine nutritiua Propt̃ quã ãt cauſã dictum eſt prius in his que de anima. hanc autez ſine naturali igne. In hoc eñ natura collocauit ipſam

Hic ɔñr ponit phus qḋdã incidens videlicz ꝙ alie v̾tutes aĩe nõ pñt eſſe ĩ mortalibꝫ ſine nutritiua. ſed nõ econuerſo. ⁊ hoc ꝓpter cauſam dictã in libro de aĩa. nutritiua aũt ſine caliditate eſſe nequit et ſine igne. Immo natura collocat illam virtutem in ipſo igne ⁊ in loco ignis.

Corruptio aũt ignis queadmodũ dictuz eſt prius extinctõ et marcor Extinctõ quidẽ que a cõtrarijs. propter quod quidẽ ſubito que a cõtinẽtis frigiditate et ꝙ̄ꝫ celeriter extinguitur diſtractus. hec quidẽ igitur corruptio violenta. Similiter in animatis ⁊ in inanimatis. etenĩz organis diuiſo aĩali ⁊ cõgelato propter frigoris excellẽtiam moriũtur Marcor aũt propter multitudinez caliditatis: etenĩ ſi excedat quod in circuitu calidũ et alimentum ſi non accipiat corrũpitur qḋ ignitum nõ infrigidatũ. ſed marcorem paſſum

Hic ɔñr repetit qḋ dictũ eſt de corruptõne calidi. Et in effectu vult hanc cõcluſionem Sicut dictuz eſt duplex eſt corruptõ vna que dr̃ extinctõ que fit a ɔtrario. Alia q̇ dicitur marcor que fit a ſenectute. Quã ɔcluſionem manifeſtat. et primo quo ad ṗmam ꝑtem dicẽs ꝙ illa corruptõ que dicitur extinctõ fit a ɔtrarijs. ⁊ ꝓpter hoc videm᷒ ad ſenſum ꝙ calidũ cito corrũpitur a frigiditate cõtinentis cũ eſt excellens. ⁊ multũ cito corrũpitur cum caliduz detrahit̃ a frigido. ⁊ iõ manifeſtuz eſt ꝙ iſta corruptõ eſt violenta Et fit duobꝫ modis. vno mõ agẽdo in humiduz ⁊ igroſſando ipm̃ ⁊ ꝑ ɔſequẽs diminuẽdo ipſum. Alio mõ cũ frigidũ circũſtando caliduz fortificat ⁊ ipm̃ fortificatuz cõſumit humidũ qḋ erat eius ſubiectuz q̇ cõſumpto ɔſumitur etiaz calidum. Talis aũt corruptõ nõ ſoluz fit in inanimatis. ſed ⁊ in aĩatis. q: videmus ꝙ cum aĩal diuiditur in partes organicas ⁊ infrigidatur ꝙ ipm̃ moritur ⁊ ꝑtes aĩalis et calidũ Quo ad ſcḋam ꝑtẽ ɔcluſionẽ dictã ꝓbando dr̃ ꝙ illa corruptõ que dicitur marcor accidit ꝓpter multuz caliduz et excellens. cũ eñ calidum circũſtans humiduz eſt excedẽs ipm̃ humidũ. tunc ſi humiduz nõ recipiat alimẽtum corrumpit̃ calidũ nõ corruptõne q̇ dicitur extinctõ. ſed marcore ſiue ꝑ ſuffocatõez

Quare neceſſe fieri refrigerationem ſi debeat ſalutẽ adipiſci. hoc enim auxiliatur. ad hanc corruptionem.

Hic ɔñr phus repetit ⁊ recolligit qḋ dictũ eſt de neceſſitate refrigeratõnis Et duo facit. nã ṗmo oſtẽdit refrigeratõnis neceſſitatẽ. ſcḋo oſtẽdit modũ refrigeratõis diuerſum in diuerſis Scḋm ibi. Oñ aũt. Quãtũ ad primũ dr̃ ꝙ cũ dictum eſt ꝙ excellẽs calidum cauſa eſt corruptiõis calidi qḋ de neceſſitate requirit̃ ad vitã viuẽtiũ iõ neceſſe eſt fieri refrigeratõnẽ ſi calidum debeat ſaluari Si eñ nõ fiat refrigeratõ augmẽtat̃ caliduz. qḋ facit ad corruptõnẽ ipſius ſicut dictuz ẽ ṗus

Oñ aũt animaliũ hec quidez aquatilia. hec autem in terra faciũt conuerſationẽ. horum paruis quidem omnino ⁊ exãguibus facta ex continente aut aqua aut aere. infrigidatõ ſufficiẽs aut exilium corruptionis huius. Modicum eñ habentia calorem modico indigent auxilio propt̃ quod ⁊ breuis vite fere omnia talia ſũt Ad ambo eñ exiſtentia modica ſortiuntur inclinatione

Hic ɔñr tractat de mõ refrigerãdi diuerſoꝝ aĩalium Et primo in aĩalibꝫ nõ habẽtibꝫ ſanguinẽ. ſcḋo in habẽtibus ſanguinẽ. Ibi. Sanguinẽ autẽ habẽtibꝫ. Quantum ad ṗmuz itẽꝝ duo facit Nã ṗmo dat cauſam ⁊ modũ refrigeratõnis in nõ habẽtibꝫ ſanguinẽ Scḋo manifeſtat q̇dã ſuppoſita ṗus. Ibi Et ſanguinẽ Quãtuz ad ṗmũ rurſus duo facit. nã cũ quedam aĩalia ſint lõgioris vite quedã vero breuioris vite. iõ ṗmo declarat modum infrigidatõnis in aĩalibus breuioris vite. ſcḋo in animalibꝫ lõgioris vite Ibi Quecũꝗ autẽ lõgioris vite Dicit ergo ꝓ. ṗmo ſic ꝙ aĩaliũ quedam habitãt in aquis ⁊ dicitur aq̇tilia quedam terreſtria que ɔuerſatõnem habẽt in terra Iſtoꝝ inquã aĩalium ſiue aquatiliuz ſiue terreſtriuz que

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

parua ſunt et penitus ſine ſanguine ſufficiēter refrigerantur et cõtinēte ſiue fuerit continens aer ſiue aqua ita ꝙ ꝑ huiuſmodi infrigidationē adiuuatur calidum et in ipſis ſaluatur et nõ corrumpitur. Talia eñ animalia modicã habent caliditatem ideo modica indigēt infrigidatione et ꝓpter hoc omnia iſta animalia fere breuis vite ſunt et cito deficiunt Cum enim talia et ꝑcipiant vita et indigeant reſpiratione. vtrumqȝ ſortiuntur per modicam inclinationē. vitam quidem ꝑ modicũ calidum. et refrigerationē ꝑ ipm cõtinens Dicit aũt fere propter multa animalia talia ꝙ multum durãt pro eo ꝙ calidũ bene ꝓportionatum eſt humido

Queecũqȝ aũt longioris vite entonioꝝ. exangaia eñ ſũt omnia entonia his ſub diazomate diuiſum eſt. vt per ſubtiliorē exiſtētem particulam infrigidentur. Magis eñ exiſtētia calida ampliori indigent refrigeratione velut apes Apum eñ quedã viuũt ſeptē annis et alia aũt queecũqȝ ſonãt. vtputa furbones et melolonte et tectiges Eteni ſonuȝ faciũt ſpiritu velut aſtimatica. In ipſo eñ ſuccinctorio inſito ſpiritu eleuato et depreſſo et accidit ſm pelliculã fieri detractionem. Mouēt eñ locum hũc. queadmodũ reſpirantia deforis pulmonem. ⁊ piſces brãcias Simile eñ accidit ⁊ vtiqȝ ſi quis aliqua reſpirãtium ſuffocet os tenēs Etenim hoc faciet pulmone eleuationē hanc ſed his quideȝ nõ ſufficiētem facit talis motus refrigerationē illis aũt ſufficienter. ⁊ concuſſione ad pelliculã faciunt ſonum queadmodum diximus quale per calamos perforatos pueri quãdo ſuppoſuerũt pelliculam ſubtilem. per hoc eñ et tetiguȝ decantãtes cantãt. calidiores enim ſunt et diuiſum eſt ipſis ſuccinctoriũ Nõ cantãtibꝫ autē hoc eſt nõ ſciſſum

Poſtqȝ aſſignauit cãm refrigeratõis in aialibus que ſunt breuis vite aſſignat cãm infrigidatõis in aialibꝫ longe vite Et ꝑmo facit hoc. ſcđo manifeſtat qđã dicta. Ibi Et ſanguinē. Quãtum ad ꝑmũ dr ꝙ oia animalia entonia q̄ ſunt lõgioris vite ⁊ ſine ſanguine q̄ ſub diazomate diuiſa ſunt per quãdam pelliculã ſubtilem diuidētē. huiuſmodi aialia refrigerãtur ꝑ pelliculam illã Illa eñ particula ꝑmo infrigidatur et ꝑ illa alia vſqȝ ad illam parteȝ in qua eſt ꝑmũ ꝑncipium caliditatis. Et cũ iſta animalia ſint magis calida illis aialibꝫ de quibꝫ dictuȝ eſt q̄m ſunt lõgioris vite. ideo maiori indigēt refrigeratõe. Sũt aũt aialia talia ſicut apes q̄ ſeptē annis viuũt. et oia illa aialia q̄ motu ſuo quedã faciũt ſonũ ſicut furbones et melolõte et tectiges Faciũt autē talia aialia ſonũ ſpũ ſicut aſtimatica. et habēt in ipſo ſuccinctorio ſpm cõplãtatum Iſte autē ſpũs qñqȝ mouetur exteriꝰ ⁊ qñqȝ interius. ex quo accidit fieri depreſſionē et eleuatõnē talis pellicule Cũ eñ ſpiritus mouet̃ ad exterius. eleuat̃. et cũ mouet̃ ad interius depmit̃. ꝙ talia aialia mouēt ꝑtem iſtam. ſicut aialia que reſpirãt de foris. mouēt pulmonē eleuãdo et depmendo ſicut piſces brãcias mouēt depmendo ⁊ eleuãdo Et accidit ſimile in his aialibꝫ entonijs ſicut ſi quis aliqđ reſpirãtium aialiũ nitatur ſuffocare claudēdo os et nares. tũc eñ animal ſuffocãdũ eleuat pulmonē ⁊ pectus ꝓpter refrigeratõis indigentiã. qđ etiã videmus in epilenticis Similiter aialia entonia ꝓpter refrigeratõnē mouent ſuccinctoriũ. ſed ſub differētia ꝙ in aialibus reſpirantibꝫ talis motus nõ facit ſufficientē refrigeratõnem. in entonijs ãt facit ſufficientē In talibꝫ ergo aialibus et cõcuſſione ſpũs ad pelliculã cauſatur qđam ſonus vt diximus Sicut vidimus ꝙ cũ pueri apponũt ſubtilē pelliculã calamis ꝑforatis cauſant quēdam ſonũ Similiter iſta animalia ꝓpter motũ ſpũs ad pelliculam illã ſubtilē ex ꝑcuſſione faciunt quendã ſonum. et ꝑ iſtũ modũ illa aialia que dicũtur cetigines faciētia ſonũ ⁊ cãtantia cãtant. Talia eñ aialia calidiora ſunt alijs. et ideo motus ſpiritũ maior ē in iſtis q̄ in alijs et ideo talia ſonãt et cãtant Talia etiã aialia in ſuccinctorio diuiſa ſunt.

Et ſanguinē aũt habētiũ et pulmonē habētiũ. pauci aũt ſanguinis habētiũ et inanē. quedã horum multo tempore poſſunt ſine reſpiratione viuere. ꝙ pulmo eleuationē habet multã paucũ habet ſanguinem et humidũ. proprius eñ motꝰ ad multum tēpus ſufficit refrigerãs tandē eñ aut non poteſt ſed ſuffocantur nõ reſpirãtia. queadmodum dictum eſt prius. Marcoris autem que propter nõ refrigerari corruptio. vocatur ſuffocatio. et ſic corrupta ſuffocari dicimus. Quod autē non reſpirant entonia animalium dictum eſt et prius. Manifeſtum eſt aũt et in paruis animalibꝫ. puta muſcis et apibus. In humidis eñ multo tempore viuũt ſi non valde ſit calidum aut frigidum quãuis modicam habentia virtutem ſpiſſius exigunt reſpirare. ſed corrũpuntur hec Et dicuntur ſuffocari repleto ventre ⁊ corrupto humido quod in ſuccinctorio. propter quod in cinere demorata reſurgunt Et animalium autē que in humido queecũqȝ exanguia pluri tempore viuũt in aere ſanguinem habentibus et ſuſcipientibꝫ mare vtputa piſcibus propter habere eñ modicum calidum aer eſt ſufficiens ad multum tempus refrigerare. vtputa mallacoſtratis ⁊ polipodibus. non tamen in finem ſuſcipiunt ad viuere quia ſunt pauci caloris quoniam et piſciũ multi viuũt infra laticem. tamen inueniuntur fodientes. queecũqȝ eñ nõ totaliter habent pulmonem aut exanguem rarius indigent reſpiratione. De exanguibus quidem igitur ꝙ his quidem continens aer. his autem humidum auxiliatur ad vitam dictum eſt

Hic quedã dicta manifeſtat adijciendo qđdã incidēs manifeſtat aũt duo prius dicta. quorũ ꝑmum eſt ꝙ que/

dā aīalia reſpirātia diu poſſunt viuere ſine reſpiratione. hoc ergo manifeſtādo dicit. ꝙ qdā animalia ſanguinez ꝛ pulmonē habētia. pulmonē inqꝫ pauci ſanguinis poroſuz ꝛ cōcauum. diu eē poſſunt ſine reſpiratiōe ꝛ viuere. Cuiꝰ rō eſt qꝛ talia animalia paucā habēt caliditatez qꝛ paucū habēt ſanguinē. ꝛ qꝛ paucā hn̄t caliditatē modica idigēt reſpiratiōe vnde pulmo in talibꝫ poroſus eſt ꝛ cōcauitatē habet multam. ideo multū recipere poteſt de aere infrigidante calidū ꝛ diu retinere. Et qꝛ talia modicā habent caliditatē ꝛ pulmonem poroſum in quo multus aer recipitur. ideo talis ſic receptus eis ſufficit vt multo tēpore ſine reſpiratione viuere poſſint. qꝛ tamen finalit̄ talis aer infrigidare nō poteſt. ideo ſi nō reſpirēt aliū aerem ſuffocanť. ſicut dictū fuit ꝑus. Illa aūt corruptio que fit ex defectu infrigidatiōis dꝛ marcoꝛ ꝛ vocať ſuffocatio. cū em̄ animalia moriunť ꝓpter defectū īfrigidatōis. tūc dicimꝰ ea ſuffocari. Scd̄m autem manifeſtāduz eſt ꝙ ſcꝫ entonia aīalia nō reſpirant. hoc ergo manifeſtādo dꝛ ꝙ animalia entonia nō reſpirent manifeſtum eſt in muſcis ꝛ apibꝫ. poſſunt em̄ iſta aīalia diu viuere in humido qd̄ non eſſet niſi infrigidarenť ab humido. ſi aūt viuūt in humido ꝛ infrigidanť ab ipſo manifeſtū eſt ꝙ nō reſpirāt ꝛ dico ꝙ viuūt in humido calido vel frigido. ſi humidū non fuerit valde calidum vl̓ valde frigidū. quāuis em̄ talia aīalia modicā habeant caliditatē tamen ſi reſpirarent frequētius ꝛ citius reſpirarēt qꝫ poſſunt in humido. Sed qꝛ forſan aliqs diceꝛz ꝙ corrūpunť in humido qd̄ nō accideret ſi nō reſpirarēt. ideo dicit ꝙ non videnť ideo eſſe mortua ꝓpter defectum reſpiratiōis ſed qꝛ aqua ſubintrat ad iteriꝰ ꝛ humectat pelliculā ꝑ quam fit infrigidatio. cumqꝫ per hoc heberet calidū. ideo apparent mortua ſed non eſt ita. qm̄ ſi ponantur in cineribꝫ reſurgunt ꝛ viuunt. hoc autē non eſſet ſi fuiſſent mortua. Incidens autē quod adijcit eſt ꝙ quecūqꝫ animalia que viuūt in aqua ꝛ ſanguinē non habent. plus poſſunt viuere in aere qꝫ animalia que habitāt in aqua que ſanguinē habent ſicut ſunt piſces. Quia em̄ talia animalia modicū calidum habent ſufficit eis aer ad refrigerādū multo tempore ſicut ſunt animalia que dicūtur malocoſtrata ꝛ polipedes. finaliter tamen nō ſufficit infrigidatio facta per aerē vt poſſint cōtinuo viuere. immo finaliter ſuffocantur. Quia em̄ ſunt pauci caloris. modica indigent refrigeratione que fit per aerē. Qꝫ autē ſint aliqua talia manifeſtū ē. Quoniam inueniūtur multi piſces qui habitant ſub terra ꝛ ibi latēt q̄ a fodiētibus inueniunť. Uniuerſaliter em̄ que nō habēt pulmonez aut que habēt ſine ſanguine minus indigēt reſpiratione. Recapitulando autem poſt hec omnia dicit ꝙ de animalibꝫ non habētibus ſanguinem dictū eſt ꝙ quibuſdaz ſufficiēs fiat infrigidatō ꝑ aerez. qbuſdā vero ꝑ aquā ꝛ fit hoc modo auxilium ad vitam.

Sanguinē aūt habētibus et habētibus cor quecūqꝫ quidem ipſoꝝ habent pulmonem omnia ſuſcipiūt aerem et refrigeratōnē faciūt per reſpirare et expirare. Habēt em̄ pulmonē animalificantia in ipſis et nō de foris ſolū. Selachea aūt animalificant quidem ſed nō in ipſis et ouificātium pennata vtputa aues et ſolidota puta tortuce et lacerte et ſerpētes. Illa q̄dem igitur euemen ſanguinē habentem. Horuz aūt plurima et pulmonem habēt inanem. propter quod ꝛ reſpiratione vtūtur rarius. quēadmodum dictū eſt ꝛ prius. Utūtur aūt omnia ꝛ quecunqꝫ morātur et faciunt vitam in aquis. puta hydrorū genus et hirudinis ꝛ ranarū et cocodrillorum et tortuce et marine et terreſtres ꝛ boues marini. Omnia enim hec et talia pariunt in ſicco aut in humido extollentia caput propter reſpirationem

Poſtqꝫ phus determinauit de refrigeratōne ꝛ modo refrigerandi in aīalibꝫ non habētibus ſanguinem. In pte iſta tractat de refrigeratione et refrigerādi modo in animalibus ſanguinē habētibus. Et duo facit. Primo oſtendit que aīalia reſpirāt et q̄ nō. ꝛ de organis refrigeratōis ꝛ reſpiratōis q̄ ſcꝫ ſn̄t organa. Scd̄o determinat de ipā refrigeratōe. ibi De refrigeratiōe aūt. Quātū ad p̄mū iterū duo facit. nam primo facit qd̄ dictū eſt. ſecundo ſoluit quādam dubitationem. ibi Circa cocodea. Quātum ad primum rurſus duo facit. nā primo oſtendit que ſunt reſpirātia ſupponendo organa. Secūdo cum organa in reſpirādo ſunt ſicut pulmo ꝛ brancie oſtendit ꝙ nullum animal habet ſimul illa duo. ibi Simul autē pulmonē. Quo ad p̄mum iterum duo facit. Nam primo oſtendit que refrigerātur per aerem. Scd̄o que refrigeranť per aquā. ibi Quecunqꝫ autē brancias. Quantum ad p̄mum dicit ꝙ quecunqꝫ animalia habēt ſanguinem ꝛ coꝛ ꝛ pulmonem ſuſcipiūt aerem ad ſui refrigeratōnem per expiratōnez ꝛ inſpiratōnem. Pulmonē autē habent animalia animalificantia in ſeipſis ꝛ nō de foris. ſicut animalia quedam dicta ſelachea que ſolum exterius animalificāt. primo ouificātia in ſeipſis ſicut dicit phus in capitulo de hiſtorijs animalium. Similiter animalia ouificātia que pennata ſunt exterius habēt pulmonē ſicut aues ꝛ ſolidota ꝛ tortuce. lacerte. ꝛ ſerpētes. Et horum quidē ſcilicꝫ pulmonē habētium talis eſt differētia. qꝛ illa habēt pulmonem plenū ſanguine. Plurima aūt aliorū aīaliū pulmonē habēt inanez ꝛ ꝓpterea talia animalia rarius indigēt reſpiratōne ſicut priꝰ dictum eſt. Et ſubdit phus ꝙ multa ſunt animalia que vtuntur aere ad refrigeratōnem que habitāt in aquis ꝛ viuūt ibi. ſicut genus hydrorum. Hydrus em̄ eſt ſerpens qui cōuerſatur in aquis ꝛ tamē reſpirat. ꝛ q̄daz alia animalia que dicunť armides ꝛ rane ꝛ cocodrilli ꝛ tortuce marine ꝛ ſimiliter tortuce que in terra habitāt ꝛ boues marini. Oīa iſta quāuis nutrianť in aquis tamen pariunt in terra. In humido autē exiſtentia omnia iſta extollunt caput extra ipm̄ quādo indigēt reſpiratiōe

Quecūqꝫ autē brancias habent omnia refrigerātur ſuſcipientia aquam. Habent autē brācias genus vocatorum ſelacheorū et aliorum que ſine pedibus. Sine pedibꝫ autē piſces omnes. Etenim que habēt ſm̄ ſimilitudinem aliarū habēt. Pedes autez habētium vnuz habet brāciam viſorum vocatus cordilos. Similiter autem pulmonē ꝛ brancias nullū viſum vnqꝫ habens. Cauſa aūt qꝛ pulmo quidē gratia refrigerationis a ſpiritu eſt. Uidetur autē nomen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

accepiſſe pulmo propter ſuſceptionē ſpiritus. Brancias autē ad refrigeratiōē ab aqua. vnū autē ad vnum oportunum organū ⁊ vna refrigeratio ſufficiens omnibus Quare quoniā ꝓpter fruſtra nihil videmus faciētē naturā. duobus aūt entibus alterū vtiqꝫ eſſet fruſtra ꝓpter hoc hec quidē habēt brācias. hec aūt pulmonē ambo aūt nullū

Hic oſtēdit phs que animalia refrigerātur per aquā dicens ꝙ omnia animalia que brācias habēt refrigerantur per hoc ꝙ ſuſcipiūt aquam. habent autem brācias genus animaliū que dicuntur ſalachea ⁊ genus animalium quorūdam que ſunt ſine pedibus Sine pedibꝰ autē ſunt piſces omnes Illi enim piſces qui vidētur habere pedes habēt ipſos ad modum alarum. Ale eñ in piſcibꝰ ſunt ſicut pedes in greſſibilibus Inter animalia aūt que pedes habēt vnum eſt qđ habet brāciam ⁊ dicitur codrillos Et ſubdit iterū phus ꝙ nulliū animalium ſimul viſum eſt habere pulmonē ⁊ brācias Cuius ratio eſt qꝛ pulmo ē organum refrigeratōnis per qđ attrahitur aer ad refrigerandum cor in ſua caliditate. vnde pulmo nomē accepit a ſuſcipiēdo aerem ſeu ſpiritū. quod intelligēdū eſt apud grecos Brancie aūt ſunt inſtrumētum ꝑ quod attrahitur aqua ad refrigerādū cor in caliditate. manifeſtū eſt autē vnū organum primo ⁊ per ſe ad vnā oꝑatōnem oportunū eſſe. ⁊ ideo ex vnitate oꝑationis cōcludi poteſt vnitas organi. cū ergo vna refrigeratio ſufficiat omnibꝰ animalibus ab aere vel ab aqua. ⁊ cū natura nihil faciat fruſtra ſi autem eſſent duo organa vnum ſupflueret. manifeſtū ē ꝙ vnius animalis nō poteſt eſſe niſi vnū organū. ⁊ ꝓpter hoc quedā aīalia habēt brācias quedā pulmonē. nullum aūt habet illa duo ſimul

Quod autē ad eſſe quidem alimēto indiget animalium vnūquodqꝫ. ad ſalutem aūt refrigeratione eodem organo vtitur natura ad ambo hec. quēadmodum quibuſdam. Ligua ad ſapores ⁊ ad interpretationē ſic habentibus pulmonem vocato ore ⁊ ad alimēti operationem ⁊ ad expiratōnem ⁊ reſpiratōnem Non habentibus autem pulmonem neqꝫ reſpirantibus os quidē ad operationem alimēti. ad refrigerationem autē indigētibus refrigeratōne branciā exiſtit natura Qualiter quidem igitur dictorū organorum virtus facit refrigeratōnem poſterius dicemus Ad nō impedire autē alimentū ſimiliter reſpirātibꝰ accidit ⁊ ſuſcipiētibus humidum. Neqꝫ enim reſpirātes ſimul ſuſcipiunt alimētum alioquin accidit ſuffocari ingrediēte alimēto aut ſicco aut humido. ⁊ ad pulmonē per arteriam. prius eñ ponitur arteria iſophago per quam alimētum progreditur in vocatū ventrē Quadrupedibus quidem igitur ⁊ ſanguinem habētibus habet arteriā velut opculum epiglotū. auibus autē ⁊ quadrupedū ouificātibꝰ non ineſt. ſed concluſione idem faciunt ſuſcipiētia enim alimentum hec quidem claudūt. hec autē ſupponunt epiglotū. Progreſſo aūt hec quidem attollūt. hec aūt aperiunt ⁊ ſuſcipiūt ſpiritum ad reſpiratōnem. habentia autem brācias dimittētia ⁊ has humidū per os ſuſcipiunt alimentum. arteriam quidē eñ non habēt Quare hec quidem igitur nihil vtiqꝫ ledētur ab ea que humidi decidētia ſed in ventrem ingrediēte. propter quod velocem faciūt dimiſſionem ⁊ ſuſceptōnem alimēti ⁊ dentes acutos habēt. ⁊ oīa fere ſunt karkarotūda Nō eñ ꝯtingit cōminuere alimentū.

Hic cōſequenter phus remouet quoddā dubiū Dixit eñ ꝙ vnius oꝑatōnis nō poteſt eſſe niſi vnum organū crederet aliqs ꝙ natura nō poſſꝫ vti vno ad duo Hoc ergo remouēdo phus dicit ꝙ cū animalia indigēt alimēto ad eſſe. ⁊ reſpiratōe ad ſaluationem manifeſtū eſt ꝙ natura in ipſis eodē organo vtitur ad duo ſcꝫ ad eſſe ⁊ ad ſalutem ipſius animalis. Sicut eñ natura in quibuſdā animalibꝰ vtitur lingua ad duo ſcꝫ propter diſcretōnem ſaporū. lingua eñ diſcernimus ſapores. vtitur etiā ipſa et ad interpretādum ſiue ad loquēdum Ita in animalibus pulmonē habētibus natura vtitur ore ad duo ſcilicet ad alimēti ſuſceptōnem vel digeſtionem ⁊ ad expirationem ⁊ reſpiratione In animalibus vero nō habētibus pulmonem neqꝫ reſpirātibus vtitur ore ad ſuſceptōnem nutrimēti. ⁊ propter refrigerationem in his que refrigeratiōe indigēt vtitur brāchijs ſeu brāciarum natura Sed quomodo ꝟtus ⁊ natura organorum facit ad refrigerationē poſterius dicetur. Et ſubdit phs ꝙ propter hoc ꝙ natura vno organo vtitur ad duo nō impeditur in ſua operatione ita ꝙ oꝑatio vna ipſius nō impedit ipſum organū in operatōne altera. Quia animalia reſpirantia nō ſimul ſuſcipiūt alimentum ⁊ reſpirant. Quia ſi ſimul ſuſciperēt alimētum ſiue ſiccum ſiue humidum ⁊ reſpirarēt accideret animalia ſuffocari Quia cū ſuſciperent alimentum aliquid de alimēto ingrederetur per arteriā vſqꝫ ad pulmonē. Quia arteria primo locatur qꝫ iſophagus. ⁊ ꝓpter hoc in quadrupedibus habētibus ſanguinem arteria habet quoddam coopculum quod dicitur epiglotum ꝑ qđ cū alimentum attrahitur clauditur arteria vocalis ita ꝙ nihil de alimēto ingredi valeat per vocalē arteriam. cum aūt fit inſpiratō aut expiratō tūc aperitur. In auibus āt et in quadrupedibus que ouificāt nō eſt huiuſmodi epiglotum ſed illud quod faciūt per epiglotū. habentia ſcꝫ epiglotum. hoc ſine epigloto faciūt per cōcluſionem Cū eñ illa ſuſcipiūt alimētum cōcludunt arteriam. Illa autē que habēt epiglotum illa claudūt arteriam. ⁊ cum alimētum iam progreſſum ē ad interius amouēt epiglotum ⁊ inſpirāt aerem Alia vero apiunt ipam ⁊ ſuſcipiunt aerē ad infrigidādum Et hoc idem declarat in non reſpirantibus dicēs ꝙ animalia que brācias habent ꝑ illas aquā expellūt ⁊ per os ſuſcipiūt alimentum. talia enim animalia arteriā non habēt ⁊ ideo ſm partem illam non pñt ledi propter alimētum vel humidum cadēs. ſed alimentū ſtatim vadit ad vētrē. vnde auide ⁊ cito recipiūt alimē

tũ⁊ demittũt in ventrem ori ꝓpinquũ et ideo dentes habẽt acutos vt cito cibũ terere valeãt et ad vẽtrem mittere. ⁊ ideo parũ cibũ terunt ſed ipm ſtati deglutiũt. vnde fere omnia aĩalia aquatilia fere ſunt kakarodẽtia i. nõ potẽtia cõminuere alimẽtũ. ⁊ hoc eſt qd̕ ſubdit dicẽs. nõ em̃ poſſunt ꝯminuere alimentũ.

Circa cocodia autẽ aquatilium dubitabit vtiqꝫ quis. habꝫ em̃ ⁊ ibi ſm proportionẽ vtputa circa delphĩes et balenas. ⁊ aliorũ quecunqꝫ habẽt vocatũ canalẽ. hec em̃ ſine pedibꝯ quidẽ ſunt. habentia aũt pulmonem ſuſcipiunt mare Cauſa aũt huius qd̕ nunc dictũ eſt Non em̃ refrigerationis gratia ſuſcipiũt humidũ. hoc quidẽ em̃ fit ipſis reſpirãtibus. habent em̃ pulmonem. propter qd̕ ⁊ dormiũt extollentia os ⁊ ſtertunt delphini. Adhuc aũt ſi capiantur retibus cito ſuffocãtur. propter nõ reſpirare. ⁊ ſupernatãtia videntur talia in mari propter reſpirationem. Sed qm̃ neceſſariũ facere alimentum in humido. neceſſariũ ſuſcipientia humidũ dimittere Et propter hoc habẽt omnia canalẽ Suſcipientia em̃ aquam queadmodũ piſces ſm brãcias. hec ſm canalẽ remittunt aquã. Signum aũt et poſitio canalis. ad nihil eſt ſanguinẽ habentiũ terminatur Sed ante cerebrũ poſitiõeꝫ habet ⁊ demittit aquã. Propter idem autẽ hoc ſuſcipiũt ⁊ malakia aquã ⁊ malacoſtrata Dico autẽ puta vocatos carabos ⁊ cancros Refrigeratione quidẽ em̃ ipſorum nullũ exiſtit indigẽs pauci caloris em̃ eſt ⁊ exangue vnũquodqꝫ ipſorum Quare ſufficiẽter refrigerãtur a continente humido. ſed propter alimẽtum. vt nõ ſimul ſuſcipiẽtibꝯ influat humidũ. malacoſtrata q̇dẽ igitur velut cancri ⁊ carabi ſcd̕m aſpera amittunt aquam per epitigmata. Sepie aũt ⁊ polipodes per concauũ. que per ſuperuocatũ caput Scriptũ eſt aũt de ipſis per diligẽtiam magis in his que de animalibus hiſtorijs. De ſuſcipere quidem igitur. humidũ dictum eſt quod accidit propter refrigeratõnem. Et propter oportere ſuſcipere alimẽtũ ex humido ſm naturã exiſtẽtiã aquatilia aĩaliũ

Poſtqꝫ phus declarauit que animalia reſpirant ⁊ que nõ. et de organis infrigidatiõis In hac parte ſoluit quandam dubitatõnem Eſt autem dubitatõ quam proponit hec. Dictum eſt ſupra ꝙ animalia habẽtia brãcias refrigerãtur aqua Brãcias autem habẽt que ſine pedibꝯ ſunt propter hoc ergo dubitabit aliquis circa aĩalia que dicũtur cocodea in quibus omnibus inuenit̃ aliquid ꝓportionabile. vtputa circa delphinos ⁊ balenas. talia em̃ canalẽ habẽt per quã ꝓpellũt aquã attractam cum nutrimẽto nõ propter refrigerationẽ. iſta em̃ ſunt non habentia pedes. ſed pulmonẽ. et ſuſcipiũt aquam maris cuius oppoſitũ dicebatur. Quã dubitationem ſoluendo dicit phus ꝙ cauſa huius ꝙ ſcꝫ cocodea ſuſcipiũt mare eſt. qꝛ in talibꝯ animalibus oportet mare refrigerari ſi debeant ſaluari. Talia aũt nõ recipiũt aquam ꝓpter refrigeratõem. imo cũ aquam ſuſcipiũt cũ hoc reſpirant ⁊ pulmonẽ habẽt Et qꝛ pulmonẽ habẽt ⁊ reſpirãt ideo cũ dormiũt tenẽt caput extra aquam et ſtertiũt ſicut apparet in delphinis qd̕ non eſſet niſi reſpiraret. vnde ſi capiãt̃ rhetibꝯ ⁊ diu ſub aqua teneãtur ſuffocãtur qd̕ non eſſet niſi reſpiraret Cauſa aũt ꝓpter quam iſta animalia aquã recipiũt eſt qꝛ talia animalia viuũt in aqua ⁊ nutrimẽtum in aqua ſuſcipiũt Impoſſibile eſt aũt in aqua nutrimẽtum ſuſcipere quin recipiat̃ aqua. ⁊ iõ talia recipiũt aquã. recipiẽtia ãt aquã neceſſe illã dimittũt ⁊ hoc ꝑ canalẽ. cũ em̃ aquam ſuſcipiũt. per os (ſicut piſces per brãcias) poſtmodũ emittũt per canalẽ Q̈ aũt iſta animalia nõ ſuſcipiãt aquã ꝓpter refrigerationem probat a ſigno quia ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ canalis in his haberet aliquã cõtinuationẽ ad partẽ illam in qua eſt ſanguis ſcꝫ ad cor nũc autẽ nõ habẽt ſed ante cerebrũ habent poſitionem et per illã emittũt aquã. nõ ſuſcipiũt ergo delphinus et cocodea animalia aquã ꝓpter refrigerationẽ. Et ꝓportionabile inuenitur in quibuſdã animalibus. nã quedã animalia nõ reſpirãtia aquã ſuſcipiũt nõ propter refrigerationẽ ſed propter eãdẽ cauſam propter quã et alia animalia de quibꝯ dictum eſt ſcꝫ qꝛ talia habitãt in aquis ⁊ ſuſcipiũt alimẽtum in aqua ⁊ nõ pñt viuere ſine aqua Sũt autẽ hm̃õi aĩalia malakia malakoſtrata carabi ⁊ cãcri Cuius cã eſt qꝛ nullũ iſtorum indiget refrig eratõe qm̃ parum habẽt de caliditate Sunt em̃ ſine ſanguine ⁊ ideo ſufficiẽter infrigidãtur a cõtinente humido. Sed qꝛ recipiũt alimentũ in aqua ſimul aquã recipiunt. ſed cũ aquam emittũt malacoſtrata ſicut ſꝫ cãcri et carabi emittũt aquã per ꝑtem aſperã hoc eſt ꝑ epitigmata hoc eſt ꝑ cicatriceꝫ. Dicitur em̃ epitigma ab epi quod eſt ſupra ⁊ tigma quod ẽ cicatrix. hoc eſt ꝑ partẽ quandã eleuatã ſupra caput Sed ſepie ⁊ polipedes emittũt ipaꝫ per cõcauũ ſiue ꝑ canalem q̃ tendit ad caput De iſtis aũt animalibꝯ diligentius dictũ ẽ in libro de hiſtorijs animaliũ. Recapitulãdo ergo dicit ꝙ de ſuſceptõe aque dictũ ẽ videlicet ꝙ quedã ſuſcipiũt aquã ꝓpter refrigeratõem quedã ꝓpter alimẽtũ. cũ em̃ habitet in aqua nõ pñt ſuſcipe alimẽtũ q̃n et aquã ſuſcipiãt

De refrigeratõne aũt quo fit modo reſpirantibus et habentibꝯ brancias poſt hoc dicendũ Q̈ quidem igitur reſpirant quecũqꝫ animaliũ habent pulmonem prius dictum eſt. ꝓpter q̇d aũt hãc particulã habẽt quedã ⁊ ꝓpter quid habẽtia indigẽt reſpiratione

Poſtqꝫ oñt phus que aĩalia reſpirãt ⁊ que nõ ⁊ de organis infrigidatõis ⁊ de ſolutione cuiuſdã dubitationis Hic cõſequẽter ꝓ. determinat cãm ⁊ modum reſpirãdi Et duo facit. pͦ oñt quõ ⁊ qualiter fit reſpiratõ in aĩalibꝯ reſpirãtibꝯ habẽtibꝯ pulmonẽ. 2ͦ qualiter fiat in nõ reſpirãtibꝯ. ſ. in habẽtibꝯ brãcias. Scd̕m ibi Habẽtia auteꝫ coꝛ Quãtũ ad pͥmũ duo facit. pͦ mouet duas dubitatõnes 2ͦ ſoluit eas Scd̕m ibi Cã habẽdi Quo ad pͥmũ pmittit ordinẽ dicẽdoꝝ dicens ꝙ poſt ea q̃ dicta ſunt dicẽduꝫ eſt quõ ⁊ qualiter fiat infrigidatõ in aĩalibꝯ reſpirãtibꝯ ⁊ qualiter in nõ reſpirãtibꝯ ⁊ habẽtibꝯ brancias. Quo ſic pmiſſo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Quō fit reſpiratō in aialib⁹ hñtib⁹ pulmonē.

mouet phus duas q̄ſtiones dicēs ꝙ dictuȝ eſt ſupius ꝙ aialia q̄ habēt pulmonē reſpirāt. Sed dubiū eſt ꝓpter q̄d aialia habent pulmonē. ⁊ ſcđo dubiū ē ꝓpter q̄d pulmonē habētia indiget reſpiratione.

Cauſa habēdi quideȝ ꝙ honorabiliora aīalium pluri ſortita ſunt caliditate Simul eñ neceſſe ⁊ anima ſortita eſſe honorabiliori. honorabiliora eñ hec q̄ȝ natura plātarum. propter qđ ⁊ maxima habētia pulmonē ſanguinē habētem ⁊ calidum maiora q̄ȝ magnitudinib⁹. et puriſſimo ⁊ plurimo vſum ſanguine aīalium rectiſſimū eſt homo ⁊ ꝙ ſurſum ad totius ſurſum habet ſolū. propter tale habere hanc ꝑticulam Quare ſubſtātie ⁊ huic ⁊ alijs ponēduȝ eſt cauſam ipſam. quemadmodū quācūq̄ȝ aliam particulam. habēt quidem igitur gratia huius Eaȝ autem que ex neceſſitate motus cauſam ⁊ talia putare cōſiſtere animalia Quemadmodū ⁊ nō talia multa cōſtituta ſunt. hec quidē eñ de terra ampliori facta ſunt. puta plātarū gen⁹ Hec aūt ex aqua puta que aquatilium Volatilium aūt ⁊ campeſtrium. hec quidē ex aere. hec āt ex igne. Singula aūt in ꝓprijs locis habent ordinem ipſorum.

Hic ꝯñr ſoluit dictas queſtiones ⁊ p° p̄mam 2° ſcđaȝ Scđam ſoluit ibi. Propter quid. Quantū ad p̄mū duo facit. nā p̄mo facit qđ dictū eſt. ſecūdo excludit ſeu reprobat opinionē Empedoclis Scđm ibi Empedocles autē Soluēdo ergo primā queſtionē đr ꝙ cauſa propter quā quedam aīalia habēt pulmonē eſt. q2 aīalia honorabilia q̄ etiā perfectiora ſunt maiorē habent caliditatem. habētia eñ animā neceſſario habent caliditatē ſicut dictū eſt pri⁹ ergo que perfectiorē ⁊ honorabiliorē habēt animam plus neceſſario habēt de caliditate. vnde ⁊ aīalia plus habent de caliditate q̄ȝ plāte genus. q2 honorabiliora ⁊ ꝑfectōria ſunt Qđ etiā apparet. q2 ꝓpter hoc aīalia habētia pulmonē cū multo ſanguine ⁊ per cōſequēs cū multa caliditate ſunt maxima. i. abſolute alijs maiora. calidi eñ eſt extēdere Et iterū ꝓpter hoc homo habēs plurimū ſanguinem ⁊ ſubtiliorē ⁊ calidū ſubtilius. rectiſſimū eſt omniū aīaliuȝ ⁊ habet ſurſum ipſius ad ſurſuȝ vniuerſi. q2 pulmonē habet plurimi ſanguinis. vnde aīalia honorabiliora ⁊ ꝑfectiora maiorē habēt caliditatē. caliditas aūt maior nō eſt ſine plurimo ſanguine. plurimus vero ſanguis in pulmone eſt Quare multitudo calidi eſt cauſa ſubſiſtēdi hāc particulā. ſ. pulmonē ⁊ alias q̄ſcūq̄ȝ hñt gr̄a hui⁹ ſic ſt̄ arterie ⁊ ꝯſilia Sic ḡ pȝ ꝙ cā q̄re aīalia honorabiliora ⁊ ꝑfectiora habeāt pulmonē ē multitudo calidi Cā āt caliditat̄ i aīalib⁹ ꝓpter quā quedā aīalia ſunt calida ⁊ quedā nō ſunt talia ſed frigida ⁊ quedā humida (cā inq̄ȝ quā neceſſe eſt exiſtere ſi res ſit. q̄uis nō ꝓpter ipā ſit p̄ncipaliter res. cuiuſmōi eſt cā materialis q̄ eſt cā motus naturalis ⁊ maxime ſm antiquos) putāda ē eſſe corꝑa ſimplicia ex q̄bus p° ꝯponūtur aīalia a dñio Videmus eñ quedā q̄ ſt̄ terre a dñio. quedā q̄ aque. q̄dam aeris. ⁊ quedā ignis Terre a dñio ſunt plāte Aq̄ ſicut aquatilia Volatiliū aūt ⁊ cāpeſtriū q̄dā ſunt aeris. q̄dā ignis a dñio Unde videmus quedā aīalia ſub terra. quedā ſupra quedā in aquis. q̄dā vt plurimū in aere. Iſtarū aūt q̄litatuȝ cauſe in iſtis ſunt elemēta ex quib⁹ ꝯponuntur. ita ꝙ in his in quibus terra dominat̄ ⁊ qualitas eius etiā magis dominat̄. In quib⁹ aqua. qualitas aq̄. ⁊ ſic de alijs ⁊ q̄dlibet corꝑm mixtorū ordinē habet naturalē ad locū ꝓpriū quē hȝ v̄tute elemēti p̄dominātis in ipō ad quē locū mouet̄ ⁊ in quo quieſcit.

Empedocles aūt nō bene dixit hoc. dicens calidiſſima maxime ignē habentia plurimū animaliū aquatilia eſſe. fugientia exceſſum eius q̄ in natura caliditatis. vt quoniā frigido ⁊ humido deficiunt ſm locū ſaluantur. cōtraria exiſtentia. que eñ humidū calidū eſſe minus aere

Hic reprobat opinionē Empedoclis Et duo facit. nā p° facit qđ dictū ē. ſcđo ſoluit ratōnem Empedoclis ibi Sed qualia. Quātū ad p̄mū duo facit. nā primo ꝓponit opinionē. ſcđo eam duab⁹ rōnibus reprobat Secūdū ibi Totaliter Quantū ad p̄mū đr ꝙ. Empedocles nō bene dixit ꝙ aīalia aquatica ſunt calidiſſima ⁊ maxime a dñio ignis. ⁊ ꝙ ꝓpter exceſſum caliditatis fugiāt ad humiduȝ puta ad aquā. ⁊ ꝙ ꝓpter defectū in frigido ⁊ humido moueātur ad aquā velut ad locū in quo ſaluētur. ⁊ ꝙ ex eo ꝙ aqua eſt min⁹ calida q̄ȝ aer ideo aq̄tica ad aquā mouent̄

Totaliter quidē igitur incōueniēs quodam modo cōtigit factū vnūquodq̄ȝ ipſorū in ſicco permutare locū in humido. fere eñ et ſine pedibus plurima ipſoꝝ ſūt. dicens autē eam que a p̄ncipio ipſoꝝ conſtitutionē factā quidem eſſe in ſicco aīt. fugientia aūt venire. ad humidum Adhuc aūt neq̄ȝ videntur calidiora exiſtētia q̄ȝ cāpeſtria. hec quidē eñ exanguia omnino hec aūt pauci ſanguinis ipſoꝝ ſunt.

Hic cōſequēter reprobat opinionem Empedoclis et duo facit. nā p̄mo oſtēdit opinionē Empedoclis falſam eſſe duab⁹ rationib⁹. ſcđo ſoluit motiuū Empedoclis Secūdū ibi Sed qualia Quo ad p̄mum dicit ꝙ totaliter incōueniēter dixit Empedocles Qđ probat duabus rationibus. Prima ſm dictū Empedoclis omnia aquatilia facta ſunt in ſicco ⁊ deinde mouētur ad humidū vt contrarietate loci ad quem mutantur ſaluētur Sed iſtud incōueniēs manifeſtū eſt Plura eñ immo fere oīa ſunt ſine pedib⁹ quomō ergo cōtingit ꝙ primo facta in ſicco moueant̄ ad humidū. ex quo eñ nō habent pedes nō videt̄ poſſe aſſignari rō ad hoc ꝙ ſic moueātur. Scđa ratio q2 manifeſtū ē ꝙ animalia aquatilia nō calidiora ſunt campeſtrib⁹ Quia illa aīalia que ſunt calidiora plus habēt de ſanguine. illa ergo q̄ omnino ſunt ſine ſanguine aut paruȝ habēt. ſunt minus calida. cuiuſmōi ſunt aquatilia Aquatilia eñ nō habēt ſanguinē. aut modicū habēt

Sȝ qualia q̄dē oportet dicere calida ⁊ frigida ſm ſeipaȝ ꝯſideratōneȝ ſuſcipit De q̄ āt dixit Empedocles ſic q̄dē hȝ q̄ſitā rōnē. nō tñ ꝙ ait ille verū. habituū eñ exceſſus habētia loca cōtraria et tꝑa ſaluāt. Natura aūt in ꝓprijs ſaluatur maxime locis Non ē aūt idē materia aīaliuȝ. ex qua eſt vnūq̄dq̄ȝ et habit⁹ et diſpoſitōes ipſi⁹



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dico ãt puta ſi quid ex cera cõſtitueretur. natu
ra nõ vtiq̃ʒ in calida ponẽs ſaluaret. neq̃ʒ ſi q̃d
ex glacie. corrũpetur eñ vtiq̃ʒ cito ꝓpter ꝯtrari
uʒ. liq̃facit eñ calidũ q̃ð a ꝯtrario ꝯſtat Neq̃ʒ
ſi q̃d ex ſale aut nitro ꝯſtitueret non vtiq̃ʒ in hu
midũ ferens reponeret Corrũpit eñ humidũ a
ſicco ⁊ calido ꝯſiſtentia. Si igiť materia oĩbus
corpibus humidũ ⁊ ſiccũ rõnabiliter. q̃ quideʒ
ex humido ⁊ frigido ꝯſiſtentia in humido ſunt
etſi frigida erũt in frigido q̃ aũt ex ſicco in ſicco
Propter hoc arbores nõ in aq̃ naſcũtur. ſed in
terra. quãuis euiſdẽ rõnis eſt in aq̃ ꝓpter eẽ ipa
valde ſicca. queãdmodũ ſuper ignea ait ille Nõ
eñ ꝓpter frigidũ venit in ipm. ſʒ q: humidum
Nature q̃dẽ igitur materie in q̃ q̃deʒ loco ſunt
tales entes exiſtũt ⁊ q̃dẽ in aq̃ humide. q̃ aũt in
terra ſicce. q̃ aũt in aere calide Habit⁹ tñ q̃ q̃deʒ
excedẽtes caliditate ĩ frigido. q̃ ãt frigiditate in
calido poſiti ſaluanť magis Reduciť eñ ad mẽ
ſuratũ loc⁹ habit⁹ exceſſum. hoc q̃dẽ igiť optʒ
querere in locis ꝓprijs vniuſcuiuſq̃ʒ ſm ꝑmu
tatõẽs cõis tpis. habit⁹ q̃dẽ eñ cõtingit locis
ꝯtrarios eſſe. materiã aũt ĩpoſſibile Q: q̃dẽ igiť
nõ ꝓpter caliditatẽ nature. hec q̃dẽ aq̃tilia. hec
aũt cãpeſtria aĩaliũ ſunt. queãdmodũ Empedo
cles ait tãta dicta ſunt Et q: hec quidẽ nõ habẽt
pulmonẽ. hec autem habent

Hic ꝓñr ſoluit rõnem Empedoclis dicens q̃ Empe-
docles in ꝯſideratione ſua ꝓpoſuit dicere qualia ſunt cali
da ⁊ frigida ſm ſe ⁊ ſm ſuam naturã Sed nõ dixit verita
tẽ de his que ſunt calida ⁊ frigida ſm ſe ⁊ ſimul de his q̃
ſm accidens accipiũtur. Unde illud q̃ð dixit Empedo.
ſcʒ q̃ res a qualitatibꝫ ꝯtrarijs ſue nature ꝯſeruẽtur in lo
cis ꝯtrarijs vt ſi fuerint excellẽter frigida ꝯſeruẽtur in ca
lidis. ⁊ ſi fuerint excellẽter calida preſeruẽtur in frigidis
verũ ẽ de qualitatibꝫ accidẽtalibꝫ. ſed non ẽ verũ de natu
ralibꝫ qualitatibꝫ Q: aũt ſua ratio vel dictũ ſuũ non ꝯclu
dat de qualitatibꝫ naturalibus ꝓbat. p. dicẽs q̃ qualitas
naturalis q̃ cauſať ex natura iporũ aĩaliũ. ſic̃ ex qualitati
bus elemẽtorũ. aĩalia materialiter ꝯſtituẽtũ. non ẽ eadeʒ
cũ qualitate accidẽtali q̃ diciť diſpoſitio vel habitus que
cauſať ab aliqua cã extrinſeca Quia habẽtia qualitates ac
cidẽtales q̃ dicũtur vel diſpoſitiõẽs vel habit⁹ ſaluantur
in locis ꝯtrarijs. ſed habẽtia qualitates naturales ſaluãť
in ꝓprijs locis. Uerbi grã ſi materialiť ex terra aliq̃d ꝯſti
tuereť nõ ſaluareť illud in calido loco ĩmo in illo poſitum
corrũpeť. vel ſi aliq̃d ꝯſtitueretur ex glacie nõ ſaluabiť in
loco calido. imo ꝓpter ꝯtrarietateʒ calidi cito corrũpetur
Corpa nãq̃ʒ q̃ coagulãť a frigido a calido diſſoluũť Uel
ſi natura ex ſale ⁊ nitro faceret vel ꝯſtitueret aliq̃d. non
poneret ipm in humido q: corrũpeť. que eñ coagulantur
a calido diſſoluũť a frigido ſicut dꝫ quarto methaurorũ
Unde nitrũ ẽ quoddã genus ſalis a calido coagulabile
ſicut vniuerſaliť ſal Sic ergo appeꝫ q̃ qualitates natura-
les in ꝓprijs locis ſaluãtur. in ꝯtrarijs ꝟo nõ. Quia propť
ſi qualitas naturalis corpis animalis ſit calidũ ſaluatur
aĩal in calido loco. ſi frigidũ ſaluatur in loco frigido. ſi ſic-
cũ in loco ſicco ſi humidũ in loco humido Ex quo ĩfert. p
corollariũ dicẽs q̃ q: dictũ eſt q̃ diſpoſitõnes naturales
ſaluentur in locis ꝯſimilibꝫ. q: ſcʒ arbores creſcũt in terra
in qua ẽ ſimile eis. tñ ꝓpter eadem rõnẽ ꝓpter quã Empe
docles poſuit de alijs viuẽtibus q̃ mouebãť ad aquam
deberet dicere de plãtis Sũt eñ ſm ipʒ plãte calidiſſime
⁊ multũ habẽt de calido quare deberẽt moueri ad aquã
Nec valʒ ſi q̃s dicat q̃ ſcʒ moueãtur ad terrã q: frigida ẽ
terra. q: cũ plante ſint calidiſſime ⁊ ſicce deberet moueri
ad humidũ. terra aũt nõ eſt humida. ſic̃ piſces q̃ ꝓpter ſic
citatẽ ⁊ caliditatẽ quã habebãt mouebanť ad frigiditatẽ
⁊ humiditatẽ ſm Empedoclem Cõcludit ergo. p. ſolutõ
nẽ predictã dicẽs q̃ diſpoſitiõẽs naturales q̃cũq̃ʒ inſunt
corpibus ex ſuis ꝑncipijs materialibꝫ tales ſunt quales
ſunt diſpoſitõẽs loci naturalis in quo naturaliť eſt corp⁹
vt q̃litas naturalis corũ q̃ ſunt aquee nature ex ſua ma-
teria ẽ humida ⁊ frigida. q̃ terree frigida ⁊ ſicca. q̃ aeris
calida ⁊ humida ⁊c̃. ⁊ in tali loco aque vel terre vel aeris
ſaluanť naturaliter Sed res tales hñtes naturales quali
tates ſeu diſpoſitõẽs illis ꝓportionatas diſpoſitõẽs acci-
dẽtales hñt. q̃ habẽt ſe oppoſito modo. vt que excedunt
in caliditate. in frigido loco ſaluanť. ⁊ que in frigiditate. ĩ
calido ſaluanť. locus eñ ꝯtrarius reducit exceſſum diſpo
ſitõis accidẽtalis ad ꝓportionem Ex quo ſequitur corol
larie q̃ q: qualitates naturales aĩalium conſimiles ſunt
ſuis naturalibus locis ideo ſequitur ex hoc q̃ quales ſiť
qualitates naturales corporum mixtorum oportet que
rere ex diſpoſitione naturaliũ locorũ Tales eñ ſunt qua-
les ſunt qualitates locorum ſm permutationem. ita q̃ ſi
mutentur qualitates loci per tempus cõtinue mutantur
qualitates naturales locati. Non ſic autẽ de qualitatib⁹
accidentalibus quia tales ſaluãť in locis contrarijs Sũt
eñ contrarie locis qualitates accidẽtales, naturales ve-
ro cõtrarias eſſe ẽ ĩpoſſibile. Recapitulando dicit q̃ tan
ta dicta ſunt ꝯtra Empedoclem q̃ ſcilicet propter calidi-
tatẽ naturalẽ iſta ſũt aq̃tilia. illa cãpeſtria ſic̃ Empedocles
dixit. ⁊ dictũ ẽ etiã q̃ q̃dã habẽt pulmoneʒ q̃dã nõ habent.

Propter quid aũt habẽtia ſuſcipiũt aerem
reſpirãt et maxime ipſorũ quecũq̃ʒ habent ſan
guinem habẽtem Cauſa reſpirandi quidẽ pul
mo inanis exiſtens. et plenus ſiringis et maxi
me vtiq̃ʒ ſanguinem habens hec particula vo
catorũ viſcerum Quecunq̃ʒ itaq̃ʒ habẽt ſangui
nem habentem ipſum celeri quidem indigent
reſpiratione propter paruam eſſe inclinationẽ
animali ignis. Intra autem ingredi per omne
propter multitudinem ſanguinis ⁊ caliditatis
hec autem ambo. aer quidem poteſt facile face
re. propter habere eñ ſubtile naturam per om
ne celeriter penetrans refrigerat. aqua autem
contrarium. Et q̃ maxime reſpirant habentia
pulmonem habẽtem ſanguinem ex his palam
Q̃ð eñ calidi⁹ ampliori ĩdiget refrigeratiõe.

Oſtẽſo propter quã cauſam quedam animalia habẽt
pulmonem Hic cõſequẽter declarat ꝓpter quam cãm ha
bẽtia ipſum reſpirãt Et diuidiť in duas partes In prima

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infrigidatio fit in habentibus brancias

oñt cām quare habētia pulmonem reſpirāt. In ſcđa oñt qualiter ad reſpiratõnem ſequiť infrigidatio caliditatis cordis Scđm ibi Simul aūt Quātum ad primū dicit ꝙ cū dictū ſit ꝓpter quam cām quedā aīalia habēt pulmonē dicēdū eſt ꝯſequēter ꝓpter quam cām habētia pulmonē reſpirāt ⁊ maxime que habent pulmonē habentem ſanguinē plurimū Cāʒ aūt illius reddēdo dicit ꝙ cauſa illiꝰ eſt. qꝛ pulmo ſꝫm naturā ſuam eſt poroſus ⁊ eſt plenus ſyringis. puis venis. ⁊ inter ꝑtes que vocanť viſcera multū habet ſanguinē habentē multam caliditateʒ. quapropter indigēt aīalia pulmonē habentia reſpiratione celeri. qꝛ pꝰuam habent inclinatõem ad eſſe ⁊ ad durationē ꝓpter facilem ꝯſumptionē humidi ⁊ ſubtilitatem. ⁊ qꝛ pulmo ſanguinem intra habet per totum. indiget ⁊ refrigeratõe ꝑ totum. ⁊ ideo indiget reſpiratõe corporis talis quod cito penetrare poteſt ad intra per totū ⁊ per motum ſuuʒ īfrigidare Iſta aūt oīa poteſt facere ipſe aer. penetrat em̄ celeriter ꝑ totū interiꝰ ꝓpť ſubtilitate eiꝰ. cuiꝰ ē penetrare. ⁊ refrigerare pōt frigiditate ſua Nō ſic auteʒ aqua poteſt quia cū groſſa eſt non celeriter penetrat. nec per totum etiam ſubintrat. etſi ſubintraret per totū magis corrūperet calidum ꝗ͞ refrigeraret. ⁊ ideo habentia pulmonem rationabiliter reſpirāt aerem. Illa autem animalia que habent pulmonem multi ſanguinis indigēt multa reſpiratione propter caliditatē Quia animalia que plus habent de caliditate magis indigent reſpiratione. huiuſmodi āt ſunt aīalia habentia pulmonē multi ſanguinis

Simul ħ aūt et ad principiū caliditatis que in corde progreditur ſpiritus de facili Quo autem modo cor colligationem habet ad pulmonem oportet contemplari ex anatomijs et hiſtorijs circa animalia ſcriptis. Refrigeratione quidem igitur totaliter indiget animalium natura propter collocationē anime in corde. hāc autem faciunt per reſpirationem quecunqꝫ nō ſolum habent cor ſed etiam pulmonē aīaliū

Hic cōſequenter oſtēdit phꝰs qualiter ex reſpiratiõe ſequať infrigidatio caloris. ⁊ duo facit. nam primo oſtendit qualiter fiat infrigidatio in animalibus nō habentibus brācias. ſcđo oſtendit quomodo fiat in habentibus brācias Scđm ibi Habentia autem cor. Dicit ergo phꝰ quātum ad ꝓmum ꝙ manifeſtum eſt ſimuliter ꝙ per reſpiratõem aeris calor cordis (in quo corde eſt caliditatis principium) cito poteſt infrigidari. quia aer cito poteſt peruenire ad cor Aer enim per pulmonē attrahitur. pulmo autem colligationem habet ad cor. Protēdiť em̄ q̄dā vena a pulmone ad cor. ⁊ iō aer a pulmone ꝑ venas illas ꝓcedit ad cor Q̄ʒ aūt pulmo colligatõem ad cor habeat manifeſtū ē ex anatomijs. ⁊ ex libro de hiſtorijs aīalium Recapitulādo ꝗ͞ poſt hec đr ꝙ manifeſtū ē ex dictis ꝙ vnūqđqꝫ aīaliū indigeat refrigeratõne ſꝫm ſuā naturaʒ ⁊ hoc ꝓpter caliditatē anime q̄ aīa ē in corde. hec aūt fit ꝑ reſpiratõeʒ in aīalibꝫ q̄ nō ſolū hn̄t cor ſʒ etiā pulmonem

Habētia aūt cor. pulmonem aūt nō queadmodum piſces propter aquatilem ipſorū naturam aqua faciūt refrigerationem per brancias Quō aūt habet poſitio cordis ad brancias. ad viſum quidē ex anatomijs oportet cōtemplari ad certitudinē aūt ex hiſtorijs. Vt aūt in ſumma dicatur et nūc habet hoc modo. Videbitur quidē em̄ nō eodē modo habere poſitionē cor cāpeſtriū animaliū et piſcibꝫ. Habet autē eodē modo Qua em̄ viuūt capita ac cor acutū habet Q̄m aūt nō eodē modo capita viuūt cāpeſtribꝫ aīaliū et piſcibꝫ. ad os cor acutū habʒ Tēdit aūt ex extremitate cordis canalis. quaſi vena ⁊ neruꝰ ad mediū ſꝫm ꝙ cōtigūt inuicē oēs brācie Maximꝰ q̄dē igitur iſte eſt. hic autē et inde chorde ꝓtēdūť et alteri in extremitate vniuſcuiuſqꝫ brāciaꝝ ꝑ quas refrigeratio fit ad cor decurrēte ſemꝑ aqua per brācias.

Hic ꝯn̄r aſſignat cām ⁊ modū infrigidatiõis in hn̄tibus brācias Et duo facit. nā pº facit qđ dictū eſt 2º aſſignat ꝯuenientiam inter reſpirātia ⁊ nō reſpirātia aīalia. Scđm ibi Eodē aūt modo Quātū ad ꝓmū anqꝫ oñdat intētionē ꝓponit ꝑambulū dicens ꝙ in habentibꝫ brācias brācie ſic ſe habent ſic pulmo in hn̄tibus pulmonē. qꝛ pulmo hʒ colligātiam quādā ad cor qđ ē ꝓncipiū ⁊ fons caloris. ⁊ brancie ſiliter quādā hn̄t colligātiaʒ ad cor. quō aūt brācie ſe hn̄t ad cor ⁊ econuerſo pōt appere ex anatomijs ⁊ hiſtorijs aīaliū. Etſi alicui videatur ꝙ cor nō habeat eādē poſitionē in cāpeſtribꝫ ⁊ piſcibꝫ. manifeſtū tn̄ ē ꝙ q̄modolibet eodē mō ſe habeant. qꝛ cor ⁊ in iſtis ⁊ in illis poſitū eſt in medio ſupiori ⁊ īferiori. ⁊ oīa aīalia dirigūt acutū cordis ⁊ eius orificiū ad ꝑtē illā ſꝫm quā capita vniūtur alijs mēbris ſcʒ ad collū. ſiliter ⁊ ad caput vt a caliditate effluente orificio cordis frigiditas cerebri exiſtētis in capite mitigeť Et ſiliter ꝑ ipam cerebri frigiditatē mitigeť aliqualiť calidū cordis. Sʒ qꝛ non oīno vno mō ſe hn̄t capita ad alias ꝑtes in piſcibꝫ ⁊ cāpeſtribꝰ. co ꝙ in piſcibꝫ capita magis deprimūtur ꝗ͞ in alijs aīalibꝰ iō nō eodē mō videnť ſe habere cor in piſcibꝫ ⁊ in cāpeſtribꝰ In piſcibꝫ em̄ videť cor habere acuiē ꝟſus os qđ magis depmiť Quo ſic ꝑmiſſo oñt ꝓpoſitū dicēs ꝙ ab extremitate cordis ꝓtendiť canalis q̄dā q̄ ē ſic vena vł neruꝰ ad mediū qđ ē inter ipm cor ⁊ caput vbi coligatõem hn̄t oēs brācie Iſte aūt neruꝰ in medio maxie vnꝰ ē ⁊ colligatõeʒ hn̄s ad circūferētiā totā orificij cordis ita ꝙ ab vtraqꝫ ꝑte cordis vene ⁊ nerui ad iſtđ mediū ꝯiūgūť ⁊ ibi fiūt vnū Ab ħ aūt ꝓtēdūť alie vene vł nerui ad extremitates oīʒ brāciaꝝ. ⁊ iō infrigidatis brācijs ꝑ aquā īfrigidāť capita illaꝝ venaꝝ ⁊ illis īfrigidatis īfrigidāť ꝯn̄r ꝑtes alie illaꝝ ⁊ ſic vſqꝫ ad illā canalē vn̄ oriūť frigiditas ꝓtēdiť. ⁊ ſic illa canali īfrigidata refrigerať cor ꝑ aquā decurrētē ſꝫm ſubſtātiā ꝑ alteratõem factā ab ipſa

Eodē āt mō reſpirātibꝫ thorax ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ moueť frequēter ſuſcipiētiū ſpm̄ ⁊ emittētiū. vt brācie piſcibꝫ Et reſpirātia q̄dē ī pauco aere ⁊ eodē ſuffocāť velociť em̄ vtrūqꝫ ipſorū fit calidū Calefit em̄ ſanguis attractꝰ vtrūqꝫ. calidꝰ āt exiſtēs ſanguis ꝓhibet refrigeratõnē ⁊ nō potētiū mouere reſpirātiū q̄dē pulmonē. Aquatiliū āt brācias ꝓpter paſſionē aut ꝓpter ſenectutē. tūc accidit mors

Hic aſſignat ꝯuenientiā inter reſpirātia ⁊ nō reſpirātia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

triplicē dicēs ꝙ p̄mo ꝯueniūt ꝙ ſic in aīalibꝫ reſpirātibꝰ pectꝰ eleuat̄ ⁊ deprimitur cū expirāt ⁊ inſpirāt ſic in piſci bus brancie cū emittūt aq̄ꝫ eleuant̄. dep̄munt̄ autē cū at trahūt aquā. 2° ꝯueniunt q᷑ reſpirantia in pauco aere eo dē cito moriūtur. q᷑ aer ille inſpiratꝰ cito caleſit eo ꝙ ſan guis ſua caliditate calefacit ipꝫ. cū eīm ſanguis ſit calidꝰ prohibet refrigerationē ⁊ iō moriunt̄. ſiliter piſces in eadē aqua ⁊ pauca ſuffocāt̄ q̄uis nō ita facile. Tertō ꝯueniūt in hoc ꝙ aliqñ reſpirantia nō p̄nt mouere pulmonem nec piſces brācias qđ accidit ₰pter paſſionē aliq̄ꝫ vel ₰pter ſe nectutē ⁊ tunc accidit mors ₰pter defectū infrigidatiōis

# Incidūt dubia Primū

Quare ignis cineribꝫ cooptus diu durat Solutio Quia cineres diſcōtinuitatē habēt. ⁊ ideo aer circūſtans bene p̄t ſubintrare ita vt carbones ₰pter defectū refrige ratiōis nō extinguūt̄. vnde ſi apponat̄ ſup carbones ſuffo catoriū ita ꝙ nulla reſpiratō poſſit ptingere ad ip̄os cali dū reflectit̄ in ſeip̄m ⁊ fortificatur. fortificatū aūt reſoluit humidū ſubtile ⁊ ꝯſumit ip̄m ⁊ remanet groſſum qđ eſt ineptū ad nutriendū ignem. ipſo aūt humido ſubtili reſo luto ⁊ ꝯſumpto ꝯſumitur ignis ꝓut ē in materia aliena q᷑ tale humidū ē ignis fomētū

# Secundum dubium eſt

Quare aīalia habētia ſanguinē cor ⁊ pulmonē ſuſcipiāt neceſſario ad ſui refrigeriū aerē Solutō Quia aīalia hm̄ōi multā habent caliditatē ₰pter quā multa indigēt refrigeratōne Nō p aquam Tū q᷑ ſi fieret p aquā hoc ac cideret ſic in piſcibus q᷑ p̄mo aliqua ps aīalis infrigida ret̄ ⁊ deinde alia pars vſqꝫ ad cor pgrediendo. Sꝫ hoc mō neq̄t fieri ifrigidatō cū non ſit ſufficiēs Aut fieret ita ꝙ aqua ingrederet̄. Sed h̄ nō q᷑ aq̄ nimis ē frigida imo ingroſſaret̄ humidū ⁊ p ꝯſequens extingueret̄ calidū Nō fit ergo refrigeratio p aquā ſed p reſpiratōem ⁊ inſpira tōnē aeris. Tū q᷑ aīalia hm̄ōi ₰pter multitudinē calidi indigēt veloci refrigeratōe. quapropter oꝫ eā fieri p id qđ cito penetratiuū ē ad interius. hm̄ōi aūt ē aer. rōne eīm humidi ſubtilis penetratiuꝰ ē aer ptotū interius

# Tertium dubium eſt

Quare q̄dā aīalia foris aīalificāt. q̄dā ₰o intꝰ Solutō Hoc ē iō q᷑ quedā aīalia calidū habēt modicū ſm̄ quāti tatē ſui corpis ita ꝙ nō ſufficiat ad digerēdū nutrimētū neceſſarium aīalibꝰ hm̄ōi ⁊ fetui ſi aīalificarent in ſeipis ₰pterea primo in ipſis ouificāt. deinde aīalificāt extra vt ſtatim fetꝰ accipiat extra nutrimētum

# Quartum dubium eſt.

Utrū delphini reſpirent Solutio ſic Quia cū dormi ūt tenēt caput extra aquā ⁊ ſtertūt. hoc autē nō eſſet niſi reſpirarēt Tñ delphini videtur aliqñ ſupnatare qđ ideo ē q᷑ reſpiratione indigēt Et ideo ꝯtingit ꝙ cū mouet̄ ad fundū maris ₰pter nutrimētū. indigētes reſpiratōne ve lociſſime rurſus mouet̄ ad ſupficiē aque ⁊ ₰pterea q̄nqꝫ ip̄etu ſui aſcēſus nauē ſubuertūt Et eoꝝ frequēs apparē tia in ſupficie aque ſignū ē tēpeſtatis Cuius cā eſt q᷑ tpe tēpeſtatis ſurgūt exalatōnes de fundo maris q̄ ſunt cā tēpeſtatis ⁊ tūc excitat̄ calidū in delphinis. ⁊ generāt̄ ſpi ritus calefaciētes eos. vñ eſtuātes illis. frequētiꝰ ad aq̄ ſupficiem p reſpiratōis refrigerio mouētur

# Quintum dubium eſt.

Utrū aīa ſit collocata in corde. Solutio Per eſſentiā eſt vndiqꝫ equalit̄ in corpe. ſꝫ per poteſtatē inequalit̄. nā ſm̄ vnā partē poteſtatis eſt in vna ⁊ ſm̄ aliam ptē in alia Dicit̄ ḡ a pho eſſe in corde nō quaſi ſubſtātia aīe ſit ibi ſo lū. ita ꝙ nō alibi. ſed hoc modo. q᷑ virtꝰ aīe ſm̄ quā opa tur eſt p̄mordialiter in corde ⁊ ab eo ad alia mēbra dele gat̄ ⁊ ptendit̄ mediāte ſpiritu a corde diffuſo

## Scđs tractatus.

Et quidē igitur omibꝫ animalibus cōmune viuere. generatio et mors Modi aūt differūt ſpecie. Nō eīm indifferēs corruptio. ſed habet ali quid cōmune. Mors eſt hec quidē violenta hec aūt ſm̄ naturā Violēta quidē qñ principiū extra fuerit Secūdum naturā aūt quando in ip ſo et partis cōſiſtentia ex p̄ricipio tali ſed nō ad uēticia aliqua paſſio. plātis quidē igitur abau ſis. In animalibus autē vocatur hec ſenectus Eſt aūt mors et corruptio omnibꝫ. ſimiliter nō impfectis. his aūt aſſimilatim quidē alio autē modo. Imperfecta autem dico vtputa oua et ſemina plantarum quecunqꝫ ſine radice.

Poſtq̄ꝫ in precedēti tractatu determinatū ē de infrigi datōe tam in aīalibꝫ pulmonē habētibꝫ q̄ꝫ in habētibꝫ brā cias. In hoc 2° tractatu phus tractat de morte ⁊ vita et de iuuentute ⁊ ſenectute Et diuidit̄ in duo ca. In p° aſſi gnat cām iſtoꝝ. in 2° aſſignat ratōes ⁊ definitiōes eoꝝ Ibi Generatio Primū ſubdiuidit̄ in duas ptes In p̄ma pte diſtinguit mortē In ſcđa cām mortis aſſignat ibi Oi bus quidē igitur Prima rurſus ſubdiuidit̄ in duas. In p̄ma diſtinguit mortē. in ſcđa oſtendit ꝙ nō eodē modo inuenit̄ mors in oībꝫ Ibi Eſt aūt mors Quātū ad p̄mam ptē dt̄ ꝙ mors ⁊ generatio ſunt coīa quidē oībus aīalibꝫ Coīa dico cōmunitate generis. Modi aūt corruptionū dr̄ñt ſpecie Qđ probat dupliciť Prio ſic. q᷑ mors nō ē in differens ſm̄ ſpeciem licet ſit vna ⁊ eadē ſm̄ genus vnde mors diuiditur q᷑ q̄dam eſt violēta ⁊ quedā naturalis Uiolenta eſt cuius p̄ncipiū eſt ab extra. naturalis vero cuius principium eſt vt in toto vel in partis conſiſtentia propter corruptōnē eīm ptis poteſt totū corrūpi propter principiū corruptōnis exiſtēs in illa parte licet non ſit ali qua paſſio ab extrinſeco. ⁊ talis corruptio in plantis. dici tur abauſis In aīalibus vero vocatur ſenectus Secūdo probat idē ſic q᷑ mors nō eſt eadē in pfectis ⁊ iperfectis animalibꝫ. nam licet mors ſit eadē ſm̄ genus in perfectis animalibꝫ tamen in ipfectis non eſt ſm̄ rationē vnam ali quo modo cū ea que eſt in perfectis Cuius ratio eſt quia mors ſumit rationē ab illo a quo generatio. generatio aūt ratōnē ſumit a ſubſtātia ergo etiam mors Si ergo aīalia viuentia pfecta ⁊ impfecta nō ſint eiuſdem rationis nec mors i ipſis erit eiuſdē rōnis Ueruntamē i ipfectis iuenit̄ ſm̄ eādē rōnē ſm̄ quādā aſſimilatōnē ⁊ ₰portōnē ipfecto rū ad pfecta Impfecta aūt genita ⁊ corupta q̄ꝝ gr̄a mors ⁊ generatio dicunt̄ pfecte ⁊ ipfecte ſunt ſic oua ⁊ ſemina q̄rūcūqꝫ plātaꝝ i q̄bꝫ nō ſt̄ radices i actu ſꝫ i potētia tm̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De cauſa mortis. et deſitionis ipſius calidi

Omnibꝫ quidē igitur corruptio fit propter
calidi alicuiꝰ defectū. Perfectis aūt in quo ſub
ſtātie pricipium. Hoc aūt eſt quēadmodū dic
tū eſt prius in quo ſurſum et deorſū copulātur
plantis quidē medium vitulaminis et radicis
Animalium aūt quidē habētibus ſanguinem
cor. exanguibꝫ aūt proportionabile Horꝫ autē
quedā virtute multa pricipia habēt. nō tamen
actu. ꝑpter quod ꝛ entoniorꝫ quedā diuiſa viuūt
et ſāguinē habētium quecūqꝫ nō vitalia valde
ſūt multo tēpore viuūt ablato corde ꝛ puta tor
tuce et mouētur pedibꝫ adhuc exiſtētibꝫ tortua
libus propter nō componi naturā ipſorū bene
ſimiliter entonijs

Hic cōſequēter aſſignat cām mortis Et duo facit pri
mo oſtēdit ꝙ mors accidit ꝑpter defectū calidi. ſcḋo oſtē-
dit quomodo accidit iſte defectus calidi. ibi Principium
aūt vite. Quātum ad ꝑmum dicit ꝙ mors accidit ꝑpter
defectū calidi. omnia eñ animalia ſm naturam corrūpū
tur ꝑpter defectum calidi Cuius ratio eſt qꝛ omnia quan
dam caliditatem habēt quam neceſſe eſt ſaluari ſi debeant
viuere ita ꝙ ad corruptiōem illius calidi neceſſe eſt ipſa
corrūpi. ſed animalia perfecta corrūpuntur propter defe
ctū calidi in parte principali vbi eſt principium ſubſtātie
ſcꝫ ipſa anima. ꝛ propter ꝑticipationem calidi cuiuſdam
in illa parte ꝑncipali inueniūtur viuere. ergo propter cor
ruptionē eiuſdem in eodem principio corrūpuntur. Hu-
iuſmodi aūt principiū eſt particula media ad quam con-
iūguntur ſurſum ꝛ deorſum. Ut in plantis mediū radi-
cis ꝛ vitulamis eſt particula huiuſmodi In animalibus
vero habētibus ſanguinē cor. in exanguibus proportōna
bile cordi. Et ſubdit pħus ꝙ tale ꝑncipium in quibuſdaꝫ
inuenitur multū ſm virtutem. licet actu ſit vnum. ꝛ ideo
vnum animal actu. ē plura ſm virtutē. Et ideo animalia
entonia multa. habentia talia ꝑncipia virtute. diuiſa in
multa. viuūt. ꝛ quedam etiaꝫ habētium ſanguinē que nō
optime cōſtituta ſunt nec multū vitalia. viuūt adhuc ab
lato corde ita ꝙ pars que aufertur cum corde viuat ꝛ ſit
animal. relique vero partes inueniūtur moueri puta pe-
des ꝛ quibus pedes ſunt coniuncti. hoc autem accidit
eis quia non ſunt optime compoſita ꝛ maxime vna ſicut
dictū eſt ꝑus ꝛ ſunt ſimilia quantū ad hoc entonijs.

Pricipiū aūt vite deficit habentibꝫ cū nō re
frigeretur calidum. ꝛ cōmunicās ipſi. et quēad
modū eñ dictum eſt frequenter contabeſcit ip
ſum a ſeipſo. Quando igitur his quidē pulmo
his aūt brācia indurata fuerit propter tempo
rum longitudinē. deſiccatis his quidē brācijs
his autē pulmone et factis terreſtribꝫ non poſ
ſūt has ꝑtes mouere. neqꝫ eleuare. neqꝫ ſimul
ducere. tandē facta incenſione. marceſcit ignis
propter quod et paruis paſſionibus aduenien
tibus in ſenectute velociter moriuntur. propter
paucum eñ eſſe calidum velut plurimo euapo
rato in multitudine vite. ſiqua vtiqꝫ moleſtia fi
at particule. cito extinguitur. Quēadmodum
eñ momētanea et perua in ipſo flāma exiſten-
te propter paruū motū extinguitur. propter qḋ
et ſine triſticia eſt que in ſenectute mors. Nulla
eñ violenta ipſis paſſione contingente moriū-
tur Sed inſenſibilis anime abſolutō fit omni-
no Et infirmitatum quecūqꝫ faciunt pulmoneꝫ
durum. aut naſcētijs aut ſuperfluitatibus. aut
caliditatis egritudinalis exceſſu. quēadmodū
in febribus ſpiſſum ſpiritum faciūt propter nō
poſſe pulmonem longe tollere ſurſum et dimit
tere Tādem aūt quādo nō amplius potuerunt
mouere moriūtur expirātia

Hic conſequēter aſſignat cauſā defectus calidi ſeu ꝑn
cipij dicens ꝙ primum pricipiū vite. ſcꝫ anima deficit vi
tam habētibꝫ cum nō refrigeratur calidū et ipſum cor cō
municans et habēs in ſe calorem. Sicut eñ ſupra dictū
eſt calidū corrūpitur marceſcendo propter hoc ꝙ corrū-
pit humidū. qḋ eſt ſubiectū eius. hoc aūt fit propter de
fectū refrigerationis Accidit aūt iſte defectus ſic In ha-
bētibus eñ pulmonē. pulmo eſt inſtrumētum reſpiratio-
nis. in nō reſpirātibus brancie. cuꝫ ergo propter tempo
ris longitudinē pulmo ꝛ brancie indurate fuerint ex con
ſumptione humidi in eis ita ꝙ fiūt terreſtres. tunc aīalia
nequeūt iſtas partes leuare. ſunt eñ taliter alterate inep
te ad motū ꝛ tunc facta quadā intenſione calidi vł inten
ſōne propter defectū humidi corrūpitur humidū natura
le qḋ erat ſubiectū ipſius calidi quo corrupto corrūpitur
calidum ꝛ per cōſequens accidit mors. Et iſtud decla-
rat ex duobꝫ qꝫtum ad hoc ꝙ dictum eſt mortem cauſari
ex defectu calidi. Primo qꝛ ꝙ mors accidat ex defectu
calidi ideo cōtingit ꝙ in ſenectute modicis exiſtentibus
paſſionibus inducitur mors. quia in ſenectute viuentia
modicū habent calidum eo ꝙ calidum cōtinuum agit in
humidū ipſum conſumendo. quanto autem plus conſu-
mitur de humido. tāto calidum amplius debilitatur Et
qꝛ in ſenectute ꝑpter temporis diuturnitateꝫ humidum
fere conſumptum eſt ideo calidum eſt paucum. Si er-
go fiat aliqua parua moleſtia ꝑticule que eſt inſtrumētū
refrigeratōis ipſis ſenibus ſtatim ſenes moriuntur. quo
eñ exiſtente calido ꝛ momentaneo propter modicum cō
trarium corrūpitur ipſum. ſicut videmus ꝙ parua flam-
ma exiſtens in humido propter ꝑuum motum vēti extin
guitur Et quo infert. p. corollarium dicēs ꝙ animalia in
ſenectute modico facto motu cōtrario faciliter moriūtur
ꝛ propter hoc mors ſenuꝫ eſt ſine triſticia. Quoniā dolor
accidit ex occurſu ꝛ cōcurſu cōtrarij violentā paſſionē in-
ferentis ꝯtra naturalem inclinationē rei. ideo ſine dolore
moriūt ꝛ fit oīno ſeparatio aīe qḋāmō inſenſibiliter Scḋo
declarat qḋ dictū ē qꝫtū ad h. ſ. ꝙ mors ꝛ defectus calidi
accidūt ꝑpt īduratōem pulmonis vel brāciaꝝ. dicēs ꝙ bñ
dcm̄ eſt ꝙ defectꝰ calidi ꝛ mors accidāt ꝑpt īduratōnem
pulmonis ꝛ brāciaꝝ eo ꝙ īfirmitates faciūt pulmonē du
rū ꝛ ineptū ad motū qḋ accidit vł ꝑpt adnaſcētiā aut ꝑpt
ſupfluitatē humiditatis vł caliditatis ſic accidit in febri
bꝰ accidētibꝫ ex ſpū ꝛ humoribꝫ groſſis q̄ cito mortē īdu
cūt qꝛ pulmone vł brācijs īduratis ꝛ ieptis ad motū nō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pn̄t eleuari aut deprimi ad attractionē refrigeratõnis. H autem nõ facto non accidit refrigeratõ propter quod calidum ſuffocatur ⁊ animalia moriūtur vltimo expirādo Expiratõ enī eſt vltimo motus in ipſis

Generatõ quidē igiť eſt prima ꝑticipatõ in calido nutritiue anime. vita aūt māſio huius Iuuētus aūt ē prime refrigeratiue ꝑticule augmētatio. Senectus aūt huius detrumētū. actiue aūt horū medium. mors aūt ⁊ corruptõ violenta quidē calidi extictio et marcor. Corrūpetur aūt vtrīqꝫ propter ambas has cauſas. Que autē ſm naturā eiuſdē hui⁹ marcefactio propter tēporū lōgitudinē facta et ꝑfectiſſima. plantis q̇dem abauſis. in animalibꝫ autem vocatur mors. Huius aūt que q̇dem in ſenectute mortis marcedo particule ꝓpter impotētiā refrigerandi a ſenectute Quid q̇dem eſt generatio et vita et mors. et propter quas cauſas inexiſtūt animalibus. dictū eſt Palam aūt ex his et ꝓpter quam cauſā reſpirantibꝫ quidem animaliū ſuffocari accidit in humido. piſcibus aūt in aere His quidē enī per aquā refrigeratio fit. his aūt per aerem quorū vtroqꝫ priuātur permutātia loca. Cauſa itaqꝫ motus his quidē branciarum. his aūt pulmonis quibus eleuatis et depoſitis hec quidē et expirant et inſpirāt. hec autem ſuſcipiunt humidum et emittunt. Adhuc aūt cōſiſtētia organi hunc habet modū

Hic cōſequēter in hoc ſecūdo capitulo aſſignat rationē iſtorū Et ſubdiuiditur in tres ꝑtes. In prima aſſignat ratõnē ſeu diffinitõem generatõis et vite. In ſecūda aſſignat rationē iuuētutis et ſenectutis. Ibi. Iuuentus aūt. In tertio aſſignat rationē mortis. Ibi. Mors aūt Quātum ad primā partem dicit ꝙ generatio de qua ſermo ſm ꝙ contracta eſt ad certā naturam viuentium. eſt prima participatio nutritiue anime cum calido ſibi proportionabili. Vita aūt dicitur eſſe manſio ſeu permanētia huius ſcꝫ anime. Iuuentus ē prime refrigeratiue ꝑticule augmentatio. Senectus vero eſt detrimentum illius particule. Status autē dicitur tūc mediū in quo nec deficit nec proficit Mors ſcꝫ violēta eſt extinctio calidi ſiue marcor Fit enī mors propter vtrāqꝫ cauſam. extinctõ enī calidi fit a frigido. ⁊ cum ſic extinguitur calidū moriť viuens. Alio modo fit violēta mors corruptõne que eſt marcor. ⁊ fit ꝑ fortificatõeꝫ calidi corrūpentis ſuum ſubiectum humidū ⁊ per cōſequens ſeipm̄ conſumentis. et ſic calidū extinguitur marceſcēdo. Mors aūt naturalis eſt marcefactõ calidi naturalis propter lōgitudinem tēporis facta ⁊ perfectiſſima. Et iſta marcefactõ in plantis dr̄ abauſis In animalibꝫ autem mors naturalis. Mors vero illa que accidit in ſenectute eſt marcefactio calidi in parte refrigeratiua propter impotētiam refrigerādi que accidit in ſenectute propter lōgitudinem tēporis. Recapitulando ergo poſt hec omnia dicit phūs ꝙ nūc dictum eſt quid eſt generatõ. quid mors. ⁊ propter quas cauſas iſta inſunt animalibꝫ. manifeſtuꝫ etiaꝫ eſt ex dictis ꝓpter quā cauſam animalia reſpirātia ſuffocātur in humido. et propter quā cauſam piſces ſuffocātur in aere. Quia animalibꝫ reſpirātibus fit infrigidatio per aerem piſcibus vero per aquam Cū aūt reſpirantia ponuntur in aqua et piſces in aere nullū illoruꝫ habēt vnde fit eis refrigeratõ ſufficiēs. ⁊ ideo propter defectum infrigidatõis moriuntur ⁊ ſuffocātur Manifeſtum ergo eſt ex dictis ꝙ cauſa infrigidatõis in animalibꝫ eſt motus brāciarum in habētibꝫ brācias. ⁊ mot⁹ pulmonis in habētibꝫ pulmonē. pulmone enī eleuato habētia ipſuꝫ īſpirāt. depreſſo aūt ipſo expirāt Similiter eleuatis brācijs piſces ſuſcipiūt aquā et depreſſis emittūt. Et preterea manifeſtum eſt ex nunc dictis ꝙ ſubſiſtētia organi hunc habet modū q̇ dictus ē

## Incidūt dubia Primū

An mors ⁊ generatio cōia quedam ſint omnibꝫ animalibus Solutio Sic ſm genus. ſpē aūt differūt. generatio enī eſt via in ſubſtātiam ⁊ ideo rationē et ſpeciem ſumit a ſubſtātia genita ad quaꝫ eſt. Mors vero eſt via a ſubſtātia. priuatõ autem ſpeciem ſumit ex habitu. ideo corruptõ ratõem et ſpeciem ſumit ab eo qd̄ corrūpiť. Si ergo cōſiderētur animalia vnius ſpeciei generatio taliuꝫ eſt vna ſm ſpeciem et ſimiliter corruptõ taliū Si differāt ſpecie et cōueniāt genere. ſpecie etiā differūt generatões taliū ab inuicem. ⁊ ſimiliter corruptões taliū ad inuicem genere cōueniūt et hoc ſm gradus maioris vel minoris cōmunitatis Et hec quidem dicēdo. et vnitas generatõnis et mortis dicitur eſſentialis. accidētaliť aūt variant generatões q̄ eiuſdē ſpeciei ſt̄ penes naturale ⁊ violētū.

## Secundum dubium eſt

Hic ꝯn̄r phs mouet dubitatōem circa mot⁹ inaiatorum. Et diuidit̄ in duas ptes. In pma mouet dubitatione de motu locali. In ſcđa mouet q̄ ad alios motus. Scđa ibi. Utrꝝ in mouendo. Quātū ad pmū dr ꝙ circa inaiata q̄ mouent̄ dubitabit aliq̄s. vtrꝝ in ipis oib⁹ ſit aliq̄ ps q̄ſcens ſicut ē in aialib⁹. Et vtrꝝ habeant aliqđ extrinſecū imobile affixū q̄ſcens a q̄ appellit̄ neceſſario Quā dubitatōem ſoluēdo dr ꝙ ipoſſibile ē ꝙ inaiata ſicut ignis aut terra ⁊ alia inaiata habeāt in ſe aliqđ q̄ſcens. q2 nō hn̄t in ſe pncipiū ſui mot⁹. ſꝫ hec oia ab alio mouent̄ ⁊ nō a ſeipis ſicut aialia. Inaiata em̄ tota ſunt ꝯtinua ⁊ eiuſdē nature in toto ⁊ in ptib⁹. In talib⁹ āt impoſſibile ē vnā ptē moueri nō mota alia. ⁊ iō inaiata non hn̄t aliqđ q̄ſcens in ſeipis. nec etiā hn̄t inaiata aliqđ extrinſecū imobile ⁊ affixū ⁊ q̄ſcens a q̄ moueant̄. q2 hoc cōpetit aialib⁹. Aialia em̄ oia neceſſario hn̄t in ſeipis aliqđ q̄ſcens. ⁊ etiā extra ſe. ad qđ ꝓpulſent̄. Un̄ mouent̄ aialia motu ex pulſu ⁊ tractu cōpoſito. In motu āt pulſus ipellunt aliq̄d a ſe. ⁊ in motu tract⁹ trahūt aliq̄d ad ſe vel ad aliud. ⁊ iō oportꝫ ꝙ ſit aliqđ fixū extra. Si aūt hmōi fixū extra ſupius pmū dabile ſit qđ oino ſit imobile imanifeſtū ē nūc ex iſto tractatu. ali⁹ em̄ de hoc ſmo ē puta in. viij. phicorꝫ. Naturalia āt inaiata nō mouentur motu pulſus ⁊ tractus ſicut aialia. g̃ nō hn̄t pncipiū ſui motus imobile neceſſario fixū. vt hmōi Qꝫ āt oia aialia q̄ mouent̄ a ſe habeāt aliqđ pncipiū extra q̄ſcens ad qđ pulſa mouent̄. oñdit phs in reſpirantib⁹ ⁊ expirātib⁹. dicens ꝙ nō refert in illis ſiue magnā molem ꝓijciant ſiue paruā. ſicut ſunt ſternutantia ⁊ tuſſientia. ſꝫ em̄ in talib⁹ oportet eē aliqđ fixū. Si em̄ moueat pedē aliq̄s. q̄ſcit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# An in motu inanimatoꝝ ſit aliquod quieſcēs.

tibia.ſi pedem ⁊ tibiam moueat quieſcit coxa ⁊c̄. Silr̄ in expirantib⁹ opoꝛ꜍ intus aliquid quieſcere.

Utrū aūt in mouente ſeipm̄ ẜm locū ſolo opoꝛtet aliquid manere. aut etiā in alterato ipo a ſe ipſo ⁊ augmentato. De generatōe aūt ea que a ꝓncipio ⁊ coꝛruptōe altera ratio. Si eñ eſt qđ quidē dicimus ꝓmus motus generatōis ⁊ coꝛruptōis. hec cā q̇dem vtiq꜍ erit ⁊ alioꝛum foꝛte motuū omniū. quēadmodum autē in toto ⁊ in aīali motus ꝓmus iſte cū ꝑficiatur. Quare ⁊ augmentationis ſiq̇dem fit ipm̄ ſibiipſi cā ⁊ alterationis. ſi aūt nō. non neceſſe. Prime aūt ⁊ augmentatōes ⁊ alteratōes ab alio fiunt ⁊ ꝑ alteras. Generationis aūt ⁊ coꝛruptōnis nequaꝗꝫ poſſibile eſt ipam cām eſſe ſibiipſi nullam. ꝑexiſtere eñ opoꝛtet ei qđ mouetur mouens ⁊ generans ei qđ generat̄. Nihil aūt ꝓus eſt ipſum ſeipſo. De aīa q̇dem igit̄ ſiue moueatur ſiue nō et ſi mouet̄ quō mouetur ꝓus dictū eſt in determinatis de ipſa.

Hic ꝯſiter ph̄s mouet dubitatōnem de alijs motib⁹ ꝗ̄ motu locali in aīatis repertis dicēs. Utrū ſoluꝫ in motu locali aīalis ſeipm̄ mouentis requirat̄ aliqđ fixū q̇eſcens et nō in alijs motib⁹. ſicut in motu alteratōis augmentationis. De generatōe vero ⁊ coꝛruptōne q̄ fit a ꝓncipio intrinſeco alteratio eſt. q꜠ ẜm generatōem q̄ eſt a ꝓncipio intrinſeco adquiritur eſſe. ⁊ ideo nō p̄t eſſe ꝙ aliquid tali motu ſeipſum moueat. Si aūt generatio ſit ꝓmus mot⁹ erit cauſa alioꝝ motuū. q꜠ ꝓmuꝫ in vnoquoq꜍ genere eſt cauſa alioꝝ. ⁊ ſiliter eſſet in toto vniuerſo. Si eñ eſſet generatio primus motus in celo. eſſet cauſa motus localis nūc aūt non eſt ſic. qm̄ generatio eſt finis motus alterationis preſupponentis motum localem. ideo generatio nō p̄t eſſe ꝓmus motus in celo. Tamē ſicut motus localis eſt ꝓmus in vniuerſo. ita generatio in aīali cū generat̄ ꝓmus motus eſt. dico via generatōnis. q꜠ via perfectionis motus localis eſt ꝓoꝛ. Uel aliter p̄t exponi. videlꝫ ſi in toto generatio eſſet primus motus. ſic totum eſſet generatum. ſic eñ in aīali cum generat̄ generatio eſt ꝓmus motus. Hanc dubitatōem ſoluit. ⁊ ꝓmo ꝗ̄tum ad alterationē ⁊ augmentatōem. ſecūdo ꝗ̄tum ad generatōem. ibi Generās aūt. Soluit aūt ſub ꝯditōe ꝗ̄tum ad augmētatōem ⁊ alteratōem. dicens ꝙ aīalia habeant in ſe ꝓncipiū ſue alteratōis. Et huius rō eſt. q꜠ augmentuꝫ fit aliquo aduenientē qđ ꝯuertit̄ in ſubam ⁊ menbꝛ̄ ei⁹ qđ dr̄ nutriri. nutrimentū aūt in ꝓncipio eſt ꝯtrariū. ⁊ ideo oꝫ ipm̄ digeri. hoc aūt fit ꝑ alteratōem. alteratio ꝟo non fit niſi aliqua ꝟtute inexiſtente. ſi aūt aīalia habeāt in ſe ꝓncipiū ſue augmentatōis opoꝛ꜍ vt habeant in ſe ꝓncipiū alteratōis. ꝗ̄ ſi aīalia a ſe augmētent̄ ⁊ a ſe alterent̄. ꝓme tn̄ augmentatōnes ⁊ alteratōnes fiunt ⁊ ab alijs cauſis et ab aliquo ꝓncipio ſicut apparet in embꝛione. alteratio eñ q̄ fit in materia ex qua generat̄ aīal non eſt a ꝓncipio intrinſeco ſed extrinſeco. et verū eſt ꝙ aīalia mouent̄ iſtis motib⁹ a ſe que hn̄t ꝓncipiū iſtoꝝ motuū in ſe. illud autē ꝓncipiū q̇eſcens eſt. ⁊ ideo in motu alteratōis ⁊ augmentationis eſt aliqđ fixum ⁊ ſtans qđ vel eſt virtus aīe q̄ alterat ⁊ augmentat in alterata ⁊ augmētata ſaltē illa alteratiōe qua alterat ꝑ ſe. vel ſi q̇dē vna ps alterat̄ a ſeipa ꝓmo. fixū eſſꝫ illud altera ps in qua virtus erit alterādi. q̄ tn̄ nō alterat̄ illa alteratōe ẜm illū gradū. Quātū ad generatōem vero ſoluit ꝓdictā q̄ſtionē dicēs ꝙ nihil p̄t moueri a ſeipo motu generatōis. Cui⁹ rō eſt. q꜠ ſicut dictuꝫ eſt generās ex hoc generat q꜠ eſt mouens. eſt aūt mouēs ex hoc ꝙ eſt actu. quare opꝫ generās eſſe actu. qđ auteꝫ generat̄ eſt in potētia ⁊ eſt in fieri generatōis. ꝗ̄ nihil p̄t ſe mouere iſto motu. aľs eñ idem eſſꝫ ꝓus ſeipo ⁊ poſteri⁹ et cā ſuiipſius. q̄ ſunt impoſſibilia Et q꜠ ꝓmū ꝓncipiuꝫ motus in aīali eſt aīa. crederet aliq̇s ꝙ ipe vellet dicere q̄ modo aīa mouet̄ ſi mouet̄. ⁊ ideo dr̄ hoc remouēs ꝙ ſiue aīa moueat̄ ſiue nō et ſi moueat̄ qualiter moueat̄ dcm̄ eſt in libꝛo de aīa vbi dictum eſt de ipſa. ⁊ ideo nihil hic de hoc determinat.

## Incidūt dubia Primū

dubiū eſt Quod eſt ſubiectū huius libꝛi Solō. Aīal ẜm ꝙ mobile eſt a ſeipo. Pꝛo quo aduertēdū ꝙ vt ph̄s iij. phy. dr̄. Necē eſt volentē ꝯſiderare naturā ꝯſiderare motū qui eſt nature actus. q꜠ ignoꝛato motu necē eſt naturam ignoꝛari. Unde etiā ꝓpter hoc natura ꝑ motū def̄init. ⁊ ꝯſiderantē de motu opꝫ cōſiderare de naturalib⁹ eo ꝙ naturalia ſunt illa que hn̄t intra ſe ꝓncipiū motus. Et hoc ſub dr̄ntia. q꜠ quedā hn̄t intra ſe ꝓncipiū ſui motus paſſiuū. ſicut oīa naturalia. ſiue ſint naturalia a natura particulari ſiue a cōi ⁊ vlī. qualis eſt in celeſtib⁹. Quedā ꝟo hn̄t in ſe ꝓncipiū actiuū ſui motus. ⁊ nō ſolū paſſiuū. ſicut aīata. Et q꜠ motus eſt varius nō oīa hn̄t eq̄liter ſui motus ꝓncipiū. ſed quedā hn̄t ꝓncipiū motus nutritionis ⁊ augmētatōis. diminutōis alteratōis. ſine motu locali. vt aīata aīa vegetatiua. Quedā cuꝫ motu locali. ſicut aīalia. ⁊ hoc ſub dr̄ntia. q꜠ quedā ſunt que mouent ſe motu ſyſtoles ⁊ diaſtoles. vt aīalia impfecta. quedā vero cū hoc mouētur ꝓgreſſiue vel de loco ad locū. ſicut aīalia ꝑfecta. Motu aūt generatōis ſimplr̄ ⁊ totalis non mouet aīatū qđcūq꜍ ſeipm̄. Cuius rō eſt. q꜠ illud qđ generat eſt ens in actu. illud aūt qđ generat̄ eſt in pura potentia. ⁊ fit in actu ꝑ generatōis finē. cū ergo idē neq̄at eſſe in actu ⁊ in potētia ſeq̇t̄ ꝙ nō poterit qđcūq꜍ aīatū ſeipm̄ motu gn̄atōis mouere. dixi gn̄atiōis totalis. q꜠ cuꝫ aīata ſeſe nutriāt. ⁊ cū nutritio ſit q̇dā ꝑtialis generatio. pꝫ ꝙ ſe partialiter generēt. ſed nō totali generatōe Uerū ꝓpꝛie et imediate aīalia nō mouent ſe motu ad formā. vt circa octauū phy. dici ſolet. Augmētatōe eñ ſicut ⁊ nutritiōe agit ipm̄ nutritū vel auctū in nutrimentū nutriēs ⁊ augens. vn̄ nō p̄t aīal ꝓ ſua volūtate ꝑ virtuteꝫ aīe nutrire vel extendere ſe. ſed ꝑ calorē naturalē coꝛpis ſubſeruientem aīe aſſimilat nutrimentū ſibi ⁊ auget̄ nutriēdo ⁊ augendo. ⁊ q꜠ in hoc ſibi incoꝛporādo agit dr̄ ex ꝯſequēti ſe ad formā mouere. Dicit̄ mediate. q꜠ mediante motu locali ſe mouet alterando Et q꜠ de alijs motib⁹ puta nutritionis ⁊ augmentatōis ⁊ alteratōnis dcm̄ eſt in libꝛo de aīa. ideo de motu locali dicenduꝫ nūc. quō aīal ſe mouere dicat̄. ⁊ hoc quidē non in ſe abſolute. ſed ꝗ̄tum ad virtutēs. partes ⁊ oꝛgana quib⁹ ꝑficit̄ Sed q꜠ ſupius dictum eſt ꝙ ps ſubiectiua ꝓncipalis coꝛpis mobilis nō eſt ſubiectū alicui⁹ libꝛi paruoꝝ naturaliū poſſet alicui videri ꝙ aīal mobile ꝓgreſſiuo motu nō ſit ſubiectū. Ad qđ dicē



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p̄t ꝙ iſti libri poſteriores oēs quos p̄ manibꝰ habemus nō ſunt libri paruoꝝ naturaliū. imo libri ſunt phyſicales p̄ncipales. licꝫ minus p̄ncipales reſpectiue. ſcꝫ ad libꝝ de vegetabilibꝰ ⁊ plantis. ⁊ ad librum de animalibꝰ.

Et ſi dicat̄ ſufficienter in libro de aialibꝰ de motu ꝓgreſſiuo determinat̄. Dōm ꝙ verū eſt particulariter ſm ꝙ vnūqdqꝫ genus aialiū ꝓpriū hꝫ motū actū ⁊ oparōnem. ſed hic fit mentio de his ſm ꝙ ꝯueniūt aiali in cōi ⁊ non ſm vnūqdqꝫ genus aialium

# Secundum dubium eſt

Que eſt paſſio huius ſcie Solō. mobilitas ꝓgreſſiua ſeu motus ꝓgreſſiuus. Pro quo aduertendū ꝙ aialis motus tripl'r eſt ꝯſiderabilis. Primo mō in ſe ⁊ abſolute Scdo mō q̄ꝫtum ad drn̄tias motus. Tercio mō q̄ꝫtum ad organa. Primo mō de eo fit mentio hic ⁊ in tercio de aīa. Sed differēter. nā in tercio de aīa agit̄ de ipo ꝓut p̄ncipaliter dependet ab aīa. hic aūt vt p̄ncipaliter dependet a corpe. vn̄ in tercio de aīa parū dr̄ de motu ſm ꝙ ab inſtrumentis corporeis dependet. ⁊ de ipſis corporeis inſtrumētis queadmodū fit in hoc libro. in quo oſtendit̄ q̄modo in omi motu aialis oporteat aliquā pt̄ē quieſcere et alia hmōi. De motu vero ſm drn̄tias ſuas ⁊ ſm ꝓpriā eaꝝ rōnē. ſic determinatur in libro de generatōe aialium Quātū vero ad ptes ⁊ organa determinat̄ de ipſo in libro de ꝓgreſſu animalium

# Tercium dubium eſt

An aīal dicat̄ mouere ſe. qꝛ aīa mouet corpus Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ actus ⁊ opatōes ſunt ſuppoſitoꝝ. aīa aūt nō eſt ens in actu ſed actus. nec corpus eſt ens in actu. ſed eſt materia informata p̄ aīam. Solō. aīal mouet ſe tanq̄ꝫ diuiſibile in ptem mouentē ⁊ ptem motā eſſentiales ⁊ integrales. Sed differēter. qꝛ aīal nō mouet ſe rōne ptiū eēntialiū quaſi ille ſint mouens ⁊ motū. vt ꝓbat argumētū. ſed ſolū ſunt id quo aīa mouet ⁊ mouet̄. Partes aūt integrales in aīali hn̄t ſe ſimpl'r ſicut mouēs ⁊ motū quod. Eſt eñ vna ps id qd̄ mouet reſpectu alterius que eſt id qd̄ mouet̄. vn̄ eſt deuenire ad p̄mā ptē aialis integralē q̄ eſt mouens imobile ab alia pte integrali. cuiuſmodi ē cor vel aliqd̄ cordi ꝓportōabile. Sꝫ nihilominus illa ps p̄ma mouens diuidit̄ in ptem mouentē eſſentialē q̄ eſt aīa. et partē eſſentialē motā. ſcꝫ ipm materiale cordis.

# Quartum dubium eſt.

An vna pte aialis mota necēe ſit aliā q̄ſcere. Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ videmꝰ ꝯtrariū. totū eñ crus ꝯtingit ſil' moueri moto pede Preterea. mota tibia in motu ꝓgreſſiuo mouet̄ ⁊ coxa. ⁊ mota manu mouet̄ etiam arūdo brachij Solō. ſic. vel ſimpl'r vel ab illo motu quo alia mouet̄. vel ſi moueat̄ illo motu. oꝫ tñ q̄ſcere a q̄litate motus ptis q̄ in ea mouet̄ puta a velocitate motꝰ. Et p̄ h̄ pꝫ ſolutio ad ſcdm. Ad p̄mū dōm ꝙ nō repugnat duas ptes ſil' in rōne vnꝰ ꝯtinui moueri. ſed qn̄ accipiūtur vt due ⁊ vna hꝫ ſe vt mouens ⁊ appellens. ⁊ alia vt appulſa tūc nō pn̄t ſil' p̄ oīa moueri vt dcm̄ eſt.

# Quintum dubium eſt.

An eadē rōne extra celū opteat eē aliqd̄ fixū ſicut in aiali Solō. eſt eadē rō cōis ſed nō ꝓpria Primū pꝫ. qꝛ opꝫ ꝙ ſit aliqd circa qd̄ mouet̄ reſpectu cuius ſe habeat aliter nūc et p̄us. Illud aūt eſt q̄ſcens vel non mouet̄ eadē ſpē motus. vel nō tanta velocitate. ⁊ ſi illud q̄dē moueatur aut erit ꝓceſſus in infinitū. aut erit deuenire ad aliqd qd̄ oīno imobile eſt. Scdm pꝫ. qꝛ aīal mouet̄ impellendo et trahendo. impellendo q̄deꝫ a ſe ad aliud. g̃ oꝫ ꝙ aīal ſup̄ aliqd̄ figat̄. nō in ſe. g̃ extra req̄rit aliquod a quo appulſuꝫ pellat. in motu aūt tractus fit motus ab alio in ipm. q̄re opꝫ aliqd aliud eſſe fixū. ſic aūt nō mouet̄ celū niſi q̄ꝫtuꝫ ad ſimilitudinem.

# Sextum dubium eſt.

Utꝝ ſi motor celi moueret terrā circa cuꝰ q̄etē motꝰ celi firmat̄. celū ipm corrūperet̄ Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ celū nō eſt corruptibile ꝓpter defectū ꝯtrarij ⁊ materie de contrario in ꝯtrariū mobilis. Solō. ſic. qꝛ ſi motor celi moueret terrā extra mediū. ꝯtingeret celū maiori motu moueri q̄ꝫ quo natū eſt moueri. celū eñ natū eſt moueri q̄ſcēte terra. motus aūt q̄ mouet̄ celū ⁊ cū hoc ignis aer aqua ⁊ terra maior eſſet eo quo ſolū celū mouet̄ q̄ſcēte terra. et ita motor celi faceret maiorē motū q̄ꝫ ſit celū natū moueri. Hoc aūt accn̄te ⁊ illo poſito diſſolueret̄ ꝓportio motꝰ ad mobile determinata. ⁊ ita motus ⁊ mobile vt hmōi corrūperent̄. ſicut eñ motor eſt cā celi. ita ⁊ eē. ſi g̃ motor celi mouendo ſit maioris ꝟtutis vt ſuppoſitū eſt q̄ꝫ terra in q̄ſcendo. diſſolueret̄ celū ⁊ motus eius Ad rōnem dōm ꝙ impoſſibile eſt celū corrūpi p̄ ſe. qꝛ nō eſt de numero coꝝ q̄ nata ſunt corrūpi. vt ꝓbat obiectio. nō eſt tñ impoſſibile ex ſuppōne ex caſu poſito

# Septimum dubium eſt

An verū ſit dcm̄ Homeri ꝙ ſi oēs dij ⁊ dee laborent apprehēdere Iouē nō poterūt ipm mouere a celo ad terrā Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ eſt ꝯtra veritatē fidei Preterea. oē verū vero ꝯſonat. g̃ cū dictū h̄ Homeri fidei repugnet falſum eſt. ⁊ tanto falſius q̄ꝫto ꝟitati maiori magis repugnat. Motꝰ eñ eſt dei filius ad terrā p̄ humane nature aſſumptōem. Preterea dixit Plato ꝙ ſummꝰ deꝰ mouetur ⁊ dij ceteri placant̄ ſacrificio capitis agnelli Solutio. ſic. vt dr̄ p̄ hꝫ in l̄ra. qꝛ eñ primus motor eſt imobilis eo ꝙ p̄mꝰ motor. ideo nulliꝰ deoꝝ vel dearuꝫ ꝟtute moueri pt. qd̄ aūt nō ſolū ꝯuenit ex eo qꝛ p̄mus motor ē cui repugnat a p̄ori moueri. ſed etiā ex eo qꝛ infinite ſube abyſſus eſt. vbiqꝫ exiſtēs p̄ eēntiā p̄ſentiā ⁊ potētiā. Imobilis g̃ manēs dat cūcta moueri. ⁊ ꝓpterea a dijs ꝑfectis ſup̄ioribꝰ intelligētijs neqꝫ ab impfectioribꝰ ⁊ inferioribꝰ q̄ dicūtur dee dr̄ imobil' a celo ad terrā Ad rōes Ad p̄mā dr̄ ꝙ ꝟitas phī nō eſt ꝟitati fidei ꝯtraria ſꝫ cōſona. qꝛ nō mutatōe dei ſed creature dr̄ ad terrā deſcendiſſe. et hoc gentile Platonis dictū p̄ſidū eſt de nūero coꝝ q̄ parū fidelis aduertit. Uerū fidelis dr̄ p̄mū deuꝫ vel deos mobiles non ꝓprie dicto motu. ſed metaphorico vel intellectuali q̄ mouet̄ appetitꝰ ab appetibili quo placari moueri dicitur

Qm̄ aūt inaīata oīa mouent̄ ab altero. de p̄mo aūt moto ⁊ ſp̄ moto ſm quē motū mouet̄. et q̄uo mouet p̄mū mouēs determinatuꝫ eſt p̄us in his q̄ de p̄ma phīa Reliquū eſt conſiderare q̄uo aīa mouet corpꝰ ⁊ qd̄ p̄ncipiū motꝰ aialis

Alioꝝ eñ ꝑter totius motū ꝙ aīata cā motꝰ ꝙ cūqꝫ nō mouenť ab inuicē. qꝛ offendūt ad inuicē. ꝓpter qꝺ ⁊ finē hñt oēs ipoꝝ motus etem̄ ꝙ aīatoꝝ. oīa em̄ aīalia ⁊ mouēt ⁊ mouenť gratia alicuiꝰ. ꝙre hoc eſt ipſis oīs terminus qꝺ cuiꝰ gratia motus

¶ Poſtqꝫ pħs in ꝓcedēti tractatu determinauit ꝙ in aīali qꝺ mouet oꝫ eſſe aliqꝺ ꝗeſcens extra ⁊ intra ad qꝺ ap-pulſum mouet. In hoc ſcꝺo tractatu determinat de ꝓncipijs ⁊ mō motꝰ ꝙ fit in aīalibꝫ. Et diuidiť ꝓma ſui diuiſione in duo capl'a. In ꝓmo determinat de cauſis ⁊ ꝓncipijs motꝰ volūtarij. ⁊ ꝙliter fit ab illis ꝓncipijs. In ſcꝺo determinat de cauſis ⁊ ꝓncipijs motꝰ inuolūtarij. ꝙliter fit ab illis ꝓncipijs. ibi. Mouenť aūt ⁊c. Primū rurſus ſubdiuidiť in duas ꝑtes. In qꝛ ꝓma ꝓmittit intentōem In ſecūda exeꝗtur eā. ibi Videmꝰ aūt. Quātū ꝗ ad ꝓmā ꝑtē dt. ꝙ cū dictū ſit ꝙ oīa inaīata moueanť ab alio. et ꝙ̄o ꝓmū motū ſempiterno motu dicať moueri. ⁊ ꝙ̄o ꝓmū mouēs moueat. ⁊ h̄ in ꝓma phyſica. h̄ eſt. viij. phy. ⁊ etiā ꝓmo celi. Reſtat nunc reliquū ꝯſiderare ꝙ̄o aīa mouet corpꝰ. ⁊ ꝗd eſt ꝓncipiū motꝰ ipſius aīalis ſiue ꝓncipale ſiue inſtrumētale ꝙ ꝑficiť motꝰ aīalis. Cām aūt huius aſſignādo dt. qꝛ ꝑ h̄ ꝙ de aīa tractatur ꝙ̄o corpꝰ mouet tractať etiā de motibꝫ alioꝝ inaīatoꝝ mobiliū. ꝓ tanto qꝛ ea ꝙ aīata ſunt ſicut aīalia ſunt cā motꝰ alioꝝ. excepto tñ motu totiꝰ. ſcꝫ celi. Aīalia eñ ꝙ ſeipa mouēt nō ſꝫ cā motꝰ celi. ſꝫ potiꝰ ecōuerſo. Sūt ꝗ aīalia cā motꝰ alioꝝ ꝙ ſcꝫ nō mouenť ad inuicē naturaliter ex ſe. ſed eoꝝ ꝙ offendūt ad inuicē. ſicut ea ꝙ mouenť motu ꝓiectōis tractionis ⁊ pulſionis. ⁊ qꝛ motꝰ inaīatoꝝ dependēt ab aīalibꝫ ideo ſicut motus aīalis finē hꝫ. ꝙ habito ceſſat. ita ⁊ oīm alioꝝ inaīatoꝝ motꝰ. cū in motū aīalis in finē ordinētur Cū ꝗ motꝰ inaīatoꝝ fit ab aīalibꝫ ⁊ in ipſa vt in finē ordinētur. ideo cū motꝰ aīaliū fit ꝓpter finē ꝙ eſt gr̄a cuiꝰ aliqꝺ fit. ⁊ ꝙ adepto ceſſat motꝰ. ⁊ cū motꝰ aīaliū ſit ab aīa dicendū eſt ꝙ̄o aīa mouet corpꝰ. ⁊ ꝙ̄o corpꝰ mouet. et ita dcm̄ eſt de alijs ꝓncipijs motꝰ aīalis vt inſtrumētalibus. qualiter ſcꝫ motus fiat per iſta.

Videmꝰ aūt mouētia aīal intellectū ⁊ phātaſiā ⁊ electōem ⁊ volūtatē ⁊ ꝯcupiſcentiā Hec aūt oīa reducunť in intellectū ⁊ appetitū. etem̄ phantaſia ⁊ ſenſus intellectui eūdē locū habēt iudicatiua em̄ oīa. Dr̄nt autem ꝺm cās in alijs dictas Volūtas aūt ira ⁊ ꝯcupiſcētia oīa appetitus. electio aūt cōis intellectui ⁊ appetitui.

¶ Hic ꝓſeꝗtur pħs intentōem ſuā Et duo facit. ꝓmo facit qꝺ dcm̄ eſt. Scꝺo ꝯpat aīal ad ciuitatem ad eūdē tiā dictoꝝ ibi. Exiſtimādū aūt Circa ꝓmū duo facit. qꝛ ꝓncipioꝝ motꝰ aīalis ꝗddā eſt ꝓncipale. aliud ꝟo inſtrumentale. Primo ꝗ determinat de ꝓncipalibꝫ ꝓncipiātibus motū in aīalibꝫ. ⁊ ꝙ̄o fit ab illis. Scꝺo determinat de ꝓncipijs ⁊ cauſis inſtrumētalibꝫ ibi. Quēadmodum. Circa ꝓmū iterū duo facit. Primo determinat de ꝓncipijs ꝓncipalibꝫ motꝰ volūtarij ꝙ ſunt ⁊ ꝗt ſunt. Scꝺo oñt ꝙ̄o motꝰ fiat ab illis. ibi Om̄ aūt itelligēs Quo ad ꝓmū iterū duo facit. ꝓmo eñ determiat de ꝓncipio mouente moto. Scꝺo determinat de ꝓmo mouēte imobili. ibi Quare mouēs ꝓmū Quo ad ꝓmū dt ꝙ ea ꝙ mouēt aīal ſunt iſta. intellectꝰ. ſenſus. phantaſia. appetitꝰ. volūtas. ꝯcupiſcētia. ⁊ electio. ꝙ tñ oīa reducūtur ad duo. ſcꝫ ad intellectū ⁊ appetitū. Sūt eñ ꝗdā inter hec ꝙ mouēt ꝑ modū iudicātis. ſicut intellectꝰ ſenſus ⁊ phātaſia. ꝗdā āt ꝑ modū iclinātis. vt volūtas ⁊ ꝯcupiſcētia. Quo aūt dr̄nt ſenſus phātaſia ⁊ itellectꝰ dcm̄ eſt ī alijs. puta ī libo de aīa. Volūtas aūt ⁊ ꝯcupiſcētia in h̄ ꝯueniūt ꝙ ad appetitū ꝑtinēt. Electio aūt cōis eſt appetui ⁊ intellectui.

Quare mouet primū appetibile ⁊ qꝺ intellectuale nō eſſe intellectuale. ſed qꝺ operabiliū finis. ꝓpter qꝺ tale eſt bonoꝝ qꝺ mouet ſed nō om̄e qꝺ bonū. Inqꝫtū em̄ gratia huiꝰ aliud. ⁊ inqꝫtū eſt finis eoꝝ ꝙ alteriꝰ alicuiꝰ gr̄a exiſtūt ſic mouet. Opꝫ aūt ponere ⁊ apparēs bonū boni locū habere ⁊ delectabile. apparēs em̄ ē bonū

¶ Hic ꝯñter pħus determinat de mouēte imobili. Et duo facit. ꝓmo eñ oſtēdit qꝺ dcm̄ eſt. Scꝺo īfert ex dictꝭ tria corollaria. ibi Itaqꝫ palā. Quātū ad ꝓmū in effectu vult hāc ꝯclonem. Mouēs imobile ꝙ mouet aīal eſt appetibile ⁊ intellectuale bonū. Quā ꝓbat ſic Dictū eſt ꝙ intellectus ⁊ appetitꝰ ſꝫ duo mouētia aīal. illa aūt mouenť ab appetibili ⁊ intelligibili bono. ꝗ ꝓmū mouēs aīal eſt appetibile ⁊ intelligibile. Bonū dico. qꝛ intellectuale vt hmōi nō mouet appetitū ⁊ intellectū. ⁊ ꝑ ꝯñs nec aīal qꝛ intelligibile ſpeculatiuū non mouet appetitū. qm̄ mouet intellectū ſub rōne veri cognoſcibilis. ſed intellectuale bonū qꝺ mouet intellectū practicū qꝺ eſt opabiliū finis Verū nō oē bonū eſt mouēs hmōi imobile. qꝛ bonum in vli nō eſt hmōi. ſed in ꝑticulari. cuiꝰ gr̄a exiſtit operatio actualis ipſius agētis a bono hmōi ſub rōne finis moti. non tñ opꝫ illud bonū eſſe verū ⁊ exiñs bonū. ſed ſufficit ꝙ ſit apparens. opꝫ em̄ ponere apparens bonū habere locū boni in mouēdo etiā bonū apparēs delectabile. apparens em̄ bonū aliquo mō bonū eſt

Itaqꝫ palā qꝛ eſt ꝗdē vt ſilr̄ mouet qꝺ ſꝑ mouet a ſꝑ mouēte. ⁊ aīaliū vnūqꝺqꝫ Eſt aūt vt aliter ꝓpter qꝺ. ⁊ hoc ꝗdē ſꝑ mouet. Aīalium aūt motꝰ hꝫ terminū. ſempiternū aūt bonū ⁊ qꝺ vere ⁊ ꝓmo bonū. ⁊ nō aliqn̄ ꝗdē. aliqn̄ aūt nō diuiniꝰ ⁊ honorabiliꝰ aliqlit ee ad alterū. Ex ꝗdē igiť ꝓmū nō mouet motū. appetitꝰ aūt ⁊ appetitiuū mouet. vltimū aūt motoꝝ nō neceſſe mouere aliqꝺ. Manifeſtū aūt ex his etiā qꝛ rōnabiliter latio vltima factoꝝ in his ꝙ fiunt. Mouet em̄ ⁊ ꝓcedit aīal appetitu. aut electōe alterato aliquo ꝺm ſenſum aut phantaſiam

¶ Hic ꝯñter infert ex dictis tria corollaria. quoꝝ ꝓmū eſt. Eſt ꝗddā mouentiū ſe qꝺ ſilr̄ter vniformiter ⁊ ſemꝑ mouet ab eo qꝺ eſt mouens ſemꝑ ⁊ vniformiter ſe hñs. Quoddā aūt eſt vt vnūqꝺqꝫ aīaliū qꝺ nō mouet ſꝑ vniformiter. ſed aliter. qꝛ nō vniformiter neqꝫ ſꝑ. cū aīalium motꝰ irregularis eſt terminū hñs. Et rō huiꝰ eſt. qꝛ mouente ⁊ mobili ſilr̄ ſe hñtibꝫ. hꝫ ſe ⁊ ſilr̄ motꝰ. diſſilr̄ter vero ſe hñtibꝫ ſilr̄ hꝫ ſe diſſilr̄ motus. cū ꝗ qꝺdā eſt mouēs ſeipm qꝺ mouet a bono appetibili vniformiter ſe habente



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcꝫ a bono ſempiterno vero ⁊ p̄mo qđ vniformiter ſe hꝫ ⁊ nō aliqñ q̄dē ſic ⁊ aliqñ aliter ſicut aliud bonū. ğ tale bonū p̄mū qđ eſt diuinius ⁊ honorabilius oĩbꝫ poſterioribus hꝫ ſe vniformiter ad alterū. ſcꝫ ad mobile. ⁊ ita ſequitur vniformis motus. Secūdū correlariū eſt. appetibile bonū q̄ mouet̄ aíal nō nc̄cario mouet̄. imo p̄t eſſe imobile. Cuius rō eſt. qꝛ appetitus ſeu appetitiuum mouet vt mouens motū. appetibile vero vt vltimū mouentiū. vltimū aūt motoꝝ nō eſt neceſſe moueri ab aliquo alio. Tercīū correlariū eſt. motus localis in aíalibꝫ eſt vltimū motuū via generatōis. Cuius rō eſt. qꝛ aíal mouet̄ ⁊ ꝓcedit localiter ꝑ inclinatōem appetitus aut ꝑ electiōem. facta aliqua alteratōe in ꝑtibꝫ corꝑis. vel ꝑ ſenſum exteriorem. vel ꝑ phantaſiā. cum eſt ſenſus alterat̄ ꝑuenit alteratio vſqꝫ ad phantaſiā. phantaſia aūt alterata mouet̄ intellectus ⁊ ſequit̄ appetitus inclinatio. quo facto alterat̄ aliq̄ pars corꝑis que p̄mo mouet̄. ⁊ tunc mouet̄ aíal. Et ita manifeſtū eſt motū localē eſſe finē alteratōnis. et q̄ ſit vltimus motuū qui fiūt in aíali. et hoc via generationis qꝛ via perfectionis eſt primus

**Quoniā aūt intelligens qñqꝫ quidem operatur. quādoqꝫ aūt non operatur. ⁊ mouet quandoqꝫ aut nō mouet. Videtur ſimiliter accidere ⁊ de immobilibꝫ intelligētibꝫ et ſyllogizātibꝫ**

Oſtenſo de p̄ncipijs ⁊ cauſis p̄ncipalibꝫ motꝰ aíaliū declarat ꝯñter qualiter motꝰ ꝓcedat a p̄ncipijs alijs inſtrumentalibꝫ. ⁊ qꝛ duo ſunt p̄ncipia. ſcꝫ intellectꝰ ⁊ appetitꝰ ideo p̄mo oſtēdit q̄ñ intellectus practicus mouet. Secūdo q̄ñ appetitus mouet. et ſm hoc diuiditur in duas partes. ſecūda tangit̄ ibi. Vltima q̄dē. Quātum ad p̄mū duo facit. nā p̄mo ꝯparat intellectū practicū ad ſpeculatiuū ſm ꝯuenientiā p̄mo. ⁊ ſecūdo ſm dr̄ñtiā. ſcđm ibi. Sed ibi q̄dem theorema. Quātum ad p̄maꝫ dicit. q̄ in hoc ꝯueniūt ⁊ ſimiliter ſe habent q̄ ſicut intellectus practicus aliquādo operatur. hoc eſt. intelligit. ⁊ quādoqꝫ nō operatur. id eſt non intelligit. ſic etiam intellectus ſpeculatiuus. Et videtur ſimiliter hoc accidere ⁊ in imobiliter intelligentibꝫ. hoc eſt tam quo ad p̄mam operationem intellectus qua ſimpliciter ſine diſcurſu apprehenditur aliq̄d. ⁊ in ſyllogizātibꝫ hoc eſt diſcurrētibꝫ de noti notitia ad ignoti notitiam

**Sed ibi quidem theorema finis. cum enim duas propoſitiones intellexerit concluſionem intellexit et compoſuit. hec autēꝫ ex duabꝫ propoſitionibꝫ ꝯcluſio fit operatio.**

¶ Hic ꝯſequēter ꝯparat iſtos duos intellectus ad inuicem penes differentiam. Circa quod duo facit. p̄mo ꝓponit differentiam Secūdo manifeſtat eam ꝑ exemplū ibi Vtputa. In p̄ma dicit in effectu q̄ cūiis ꝯuenientia ſit inter intellectum ſpeculatiuū ⁊ practicū. differunt tamen ex parte finis. quia finis intellectus ſpeculatiui eſt ꝯſideratio. cum intellectus ſpeculatiuus accipit duas ꝓpoſitiones. eas ordinando ſm modū ⁊ figuram ex quibꝫ ſtatim ſequitur concluſio cognita. Finis aūt intellectus practici eſt operatio. Cum eñ intellectus practicus accipit propoſitiones duas. non concludit ꝯcluſionem ſed opus. vt dꝫ ſecūdo metaphyſice.

**Vtputa cuꝫ intellexerit. qꝛ omni homini ambulandum. ipſe autem homo ambulat confeſtim. Si autem q̄ nulli nunc ambulanduꝫ homini. ipſe autē homo ſtatim quieſcit. et hec ambo facit ſi non aliquid prohibeat aut compellat faciendi inibi bonum. domus autem bonū facit domum ſtatim.**

¶ Hic conſequēter declarat exemplariter quod dictum eſt. Et duo facit. In primo oſtendit qualiter intellectus practicus aliquando vtitur duabus propoſitionibus. Secundo oſtendit qualiter ſupponit vnam inferens operationem ex alia ſola expreſſa. ibi. Quemadmodum autem. Prima rurſus ſubdiuiditur in duas In prima oſtendit qualiter intellectus practicus vtitur duabus propoſitionibus. In ſecunda oſtēdit vnde ſumitur ratio illarum. ibi Propoſitiones autem. Et quia intellectus practicus ſicut ſpeculatiuus quandoqꝫ per vnū ſyllogiſmum venit in concluſionem. quādoqꝫ per duos ſyllogiſmos. ideo primo oſtendit quomodo accidit ꝑ vnuꝫ ſyllogiſmum. Secūdo quomodo per duos ſyllogiſmos hoc accidit. Secūdum ibi. Tegumenta Quantum ad primum declarat exemplariter q̄ intellectus vtitur duabus propoſitionibus. dicens ſicut cum intellexerit q̄ omni homini eſt ambulandum. et ipſe eſt homo. ſtatim ambulat. Si autem intelligat q̄ nulli homini ſit ambulandum et ipſe eſt homo. ſtatim intelligit q̄ ipſe quieſcit Et iſtud ſicut dictum eſt accidit ſi non impediat aliquid vel extra ipſum aut in ipſo. vt ſi intelligat q̄ faciendū ſibi bonū. ⁊ domus eſt bonū quoddā. ſtatim facit bonū

**¶ Tegumento indigeo. veſtimentuꝫ autem tegumentum. veſtimento indigeo. Quo indigeo faciendum. veſtimento indigeo. veſtimentum faciendum. ⁊ concluſio veſtimentum faciendum operatio eſt. Operatur autem a principio. ſi veſtimentum erit neceſſe hoc primū Si autē hoc ⁊ hoc. ⁊ hoc operatur ſtatum. qđ quidem igitur operatio manifeſtum**

¶ Hic oſtendit qualiter intellectus practicus deuenit in concluſionis notitiam per duos ſyllogiſmos. dicens q̄ aliquando non poteſt intellectus practicus deuenire ad operatōeꝫ percipiendā per vnū ſyllogiſmū. ſed per duos et tūc facit duos ſyllogiſmos. Verbi gratia. tegumento indigeo. veſtimentū eſt tegumentū. ergo veſtimento indigeo. Tūc vlterius arguit. quo indigeo faciendum eſt. veſtimento indigeo. ergo veſtimentum faciēdum eſt. et ſequitur operatio. ⁊ ſic procedit ab eo quod primo intendit vſqꝫ ad illud ex quo incipit operatio. Verbi gratia. ſi veſtimentum erit neceſſe eſt hoc eſſe primo. ſcꝫ pannum ſi pannus erit. oportꝫ eſſe pecuniā. ⁊ ita procedēdo vſqꝫ ad illud ex quo incipit opatio. ⁊ ſi illud ſit ī poteſtate nr̄a opamur. ⁊ ſic manifeſtū eſt q̄ q̄ obtenta ſit opatio

**Propoſitōes aūt factiue ꝑ duas ſpēs fiūt. ꝑ bonū et per poſſibile.**

¶ Hic oſtendit ꝯſequenter a quo ſumit̄ ratio propoſitionū practicaꝝ et a quo determinat̄. ⁊ dꝫ ꝓpoſitiones in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſyllogiſmo practico debent determinari per bonū ⁊ poſſibile. Sicut em̄ in ſyllogiſmo ſpeculatiuo ꝓpoſitiones terminanꝫ per ratione͂. ſic in practico per bonū ⁊ poſſibile. et iſta duo oꝑtet cōſiderare in om̄ibus ꝓpōnibus. Cuꝫ em̄ per rōcinatione͂ deuentū eſt ad aliqꝺ niſi illud ſit bonum ceſſat intellectus. Si aūt fuerit bonuꝫ. nō tn̄ ſibi poſſibile ceſſat. ⁊ ideo ſi debeat ſequi oꝑatio oꝑtet iſta duo conſiderari. ⁊ ꝙ ſit bonū et ꝙ ſit poſſibile

Quemadmodū aūt interrogantiuꝫ quidam ſic alteram propoſitione͂ eam que manifeſta neqꝫ intellectus inſiſtens cōſiderat nihil. Puta ſi ambulare bonū homini ꝙ ipſe homo. iam non immoraꝫ. ꝓpter quod et quecūqꝫ non rōcinantes operamur. velociter operamur. Cum em̄ operatus fuerit aut ſenſu ad id quod cuius gratia aut phātaſia aut intellectu quod appetit ſtatim facit. pro interrogatione em̄ aut intelligentia appetit⁹ fit ⁊ operatio. Potabile mihi cōcupiſcentia dicit. Iſtud aūt potabile ſenſus dixit aut phantaſia aut intellectus ſtatim bibit Sic quideꝫ igitur ad moueri et operari animalia impetum faciunt.

¶ Hic oſtendit qualiter aliquādo ſupponit vnā ꝓpoſitionem ſicut manifeſtā. ⁊ alteram ſolum exprimit. Dicit ergo. Sicut in ſpeculabilibus interrogantes non accipiunt duas ꝓpoſitiōes ſed vnā. ⁊ alterā que manifeſta e͂ ſupponunt. ita ꝙ intellectus non reſiſtat illi. Sic eſt in practicis. vbi intellectus practicus vnā exprimit vel cōſiderat actu. ⁊ aliam quia manifeſta eſt dimittit. Sicut ſi intelligat ꝙ ambulare ſit bonuꝫ homini. ⁊ circa hanc ꝙ ipſe ſit homo. non immoraꝫ quia manifeſtū eſt ſed ſtatim cōcludit concluſione͂. Quod declarat ex effectu dicens. ꝙ ꝗa in ſyllogiſmo practico non accipitur vna ꝓpoſitio. ſed ſupponiꝫ multotiens. freque͂ter fit error. ſicut in ſpeculabilib⁹ cum non accipitur minor ꝓpoſitio vel maior. quia creditur eſſe manifeſte vera cum non ſit vera multotiens fit error. Sic ergo in practicis fit error. quia illa ꝓpoſitio nō accipitur que ſupponiꝫ ſicut manifeſta. Unde ꝗcunqꝫ opera operantur nō deliberantes cito operanꝫ. Cum em̄ deuenit homo vel per ſenſum vel ꝑ intellectū vel phantaſiā ad aliquid quod operanduꝫ eſt. ꝓpter illud gratia cuius fiunt alia. ⁊ in qꝺ fertur appetitus. ſtatim operatur. vt ſi cōpiſce͂tia dicat ꝙ potandū eſt. ſi ſenſus vel intellectus dicat. hoc eſt poſſibile. licet nō ſm̄ certitudine͂ deliberet ſtatim bibit. Sic ğ aīalia faciūt impet⁹ ad mot⁹ ⁊ oꝑatōeꝫ

Ultima ꝗdem cauſa eius quod eſt moueri appetitu exiſte͂te. hoc aūt facto aut ꝑ ſenſuꝫ aut ꝑ phantaſiā ⁊ intellige͂tiā. Appetentiū aūt operari. hec ꝗde͂ ꝯcupiſcentiā aut irā. hec aūt ꝓpꝫ appetitū aut volūtate͂. hec ꝗde͂ faciūt. hec āt agūt

¶ Hic ꝯñter oſtendit ꝗre mouet appetitus que eſt cauſa ꝓxima. Et dicit ꝙ vltima cā ꝓxima ipſius motus eſt appetitus. q̄ rō non mouet niſi ſm̄ ꝙ determinata eſt ꝑ appetitū. vt d̄r. ix. metaphi͂ce. ⁊ nō ꝑ quecūqꝫ appetitū ſed per appetitū exiſtente͂ in actu ⁊ nō in pote͂tia. q̄ nihil agit niſi ſm̄ ꝙ eſt in actu. Fit aūt appetitus in actu vel per ſenſus vel phantaſiā vel per intellectum. appetitus vero eſt principium operationis. appetitus aūt ꝗdam eſt cōcupiſcibilis ⁊ ꝗdam iraſcibilis. ⁊ ideo quedā fiunt ꝑ concupiſcentiā. ⁊ quedā per iraꝫ. ꝗdam aūt ꝑ appetitū intellectualem ſeu per voluntateꝫ. Ea ergo que faciunt aliquid vel agunt ꝓpter appetitū agunt ⁊ faciunt

Quēadmodū aūt antomata moueñꝫ modico motu facta ſolutis ſtrebilis ⁊ pelle͂tib⁹ inuice͂ ſtrebilas ⁊ currus que͂ ꝗd inſidet mouet ip̄m in rectū. ⁊ iteꝝ circulo moueꝫ. eo ꝙ inequales habeat rotas. minor em̄ quaſi centrū fit quemadmodū in horologijs ſic ⁊ aīalia moueñꝫ. habe͂t em̄ organa talia ſanaqꝫ neruoꝝ naturā ⁊ cā que oſſiū. hec ꝗdem vt ibi lignū ⁊ ferrū. nerui aūt vt ſtrebile ꝗbus ſolutis ⁊ remiſſis mouentur.

¶ Poſtqꝫ philoſophus determinauit de principijs ⁊ cauſis principalibus mot⁹ ⁊ quomodo ex illis dependet motus. Hic ꝯſequenter determinat de principijs et cauſis organicis motus que ſunt partes animalis. et quia inter iſtas partes eſt deuenire ad vnaꝫ principalem que primo mouetur a principio mouente principali que ⁊ mouet alias. Ideo ſubdiuiditur pars iſta textus in duas. In quarum prima determinat qualiter mouetur pars organica prima a mouente primo principali. In ſecūda oſte͂dit que eſt illa pars que primo mota eſt ⁊ vbi. ⁊ qualiter moueat alias. ibi Primū aute͂ mouens. Prima rurſus ſubdiuiditur in duas. Et quia artificialia ſunt poſteriora naturalibus. poſteriora autem natura cuꝫ ſint nobis magis nota et prius qꝫ alia ideo declarat intentum ſuum per ſimile in artificialibus. ⁊ primo compat artificialia ad animata ſm̄ conuenientiā quantū ad motum a principali mouente. ſecūdo facit idem ſm̄ differentiā. Secundū ibi. In antomatis. Quantū ad primū aduertendū ꝙ artificialium quedam habent principiū ſui motus immanifeſtū nobis vt antomatica. id eſt que videntur eſſe ex ſe mota. Antomatica em̄ dicūtur quaſi a ſe mota. Alia vero habe͂t pͥncipium ſui motus manifeſtū magis ſicut currus. Quo notato dicit phūs ꝙ ſicut antomatica. id eſt ea artificialia que videntur in ſe habere principiū ſui motus ſicut horologium modico motu mouetur ſolutis ſtrebilis. id e͂ vinculis a primo mouente. ⁊ vna ſtrebila aliam pellente et trahente inuicem per virtute͂ eiuſde͂. ⁊ ſicut currus ab eo qui inſidet equo mouetur puta ab auriga per hoc ꝙ mouet equū trahente͂ ſuo motu lignū ad quod eſt ligatus. Lignū autem trahit axim currus. quo tracto per equū moueñꝫ medioli ſm̄ circulū. ⁊ per ꝯſequens rote maiores que ſunt in extremitatibus colligate ad mediolos per radios inchilmoꝝ. id e͂ in horologijs mota minori rota mouetur maior. ita ꝙ in tali motu eſt cōſiderare illum qui inſidet ſuꝑ equū ſicut pͥncipalis motor. ⁊ lignū ad qꝺ ligatus eſt ⁊ axim ⁊ mediolos ⁊ rotas. Sic eſt etiaꝫ in motu aīmalis. moueꝫ em̄ animal facta extenſione ⁊ retractione neruoꝝ. ſunt em̄ in animali partes ꝓportionabiles eis que currunt ad motum currus. Unū eſt in animali aliquid qꝺ ꝓportionatur ei qui inſidet. ſcꝫ anima. ⁊ eſt quod ꝓportionaꝫ eq̄ qui trahit mouet ⁊ moueꝫ. et hec e͂ pars prima organica que mouetur. ⁊ habet virtute͂ mouendi alias partes. Ligno ad qꝺ ligaꝫ equus. ꝓportionanꝫ oſſa. Stre-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

blis autē q̄bus ligat̄ equus ꝓportionant̄ nerui. Sicut eñ extenſis chordis ſeu vinculis ⁊ retractis mouet̄ currus. ita extenſis neruis ⁊ retractis mouetur animal

In automatis q̄dem igit̄ ⁊ curribus non eſt alteratio. etiā ſi fiant minores que intra rhete ⁊ iterū maiores etſi circulo idē moueat̄ In aialibus pt idē ⁊ maius ⁊ minus fieri et figure ꝑmutari augmentatis ꝑtibus ꝓpter calorem et ſpiritum ⁊ frigiditatem ⁊ alteratis

¶ Hic ↄſequenter aſſignat ph̄s drñam inter motū iſtorum q̄ mouent̄ ꝑ artē ⁊ motū aialis. ex illa ſiq̄dem differentia apparet modus motus organi moti. ꝑmo a mouēte principali dicens. ꝙ ↄ̄uis motus aialis ꝓportionetur motui currus ⁊ coꝝ artificialiū que vident̄ habere principiū ſui motus intra ſe ſicut horologiū. tñ differūt. q2 automata ⁊ currus nō mouent̄ ꝑ alteratōem. et dato ꝙ minor rota ſicut mediolus fieret maior. nō tñ moueret̄ ꝑ alterationē. etiā ↄ̄uis idem mediolus factus maior vel minor circulariter moueret̄. Nō ſic aūt eſt de motu aialis. Immo in aiali fit eadē ꝑs maior ⁊ minor. et ꝑmutat̄ eius figura facta extenſione vel retractione in ꝑtibus. Fit autē iſta retractio et extenſio ꝑtibus alteratis diuerſimode ꝑ calorē ⁊ ſpūm. Cum eñ ſpūs diffundit̄ ⁊ dilatat̄. mouet̄ ſm extenſionē. cū aūt retrahit̄ ſpūs ⁊ retrahit̄ menbrum. Fit aūt hmōi retractio a frigido. Et per hunc modum fit motus brachij. cum eñ ſpūs extendit̄ brachiū extenditur. ⁊ cū retrahit̄ ⁊ brachiū retrahitur

Alterant aūt phantaſie et ſenſus et meditationes. Senſus eñ ſtatim ſunt alterationes q̄dam exiſtentes. phantaſia aūt et intelligētia habent reruꝫ virtutem. Aliquo eñ modo ſpecies intellecta calidi aut frigidi aut delectabilis aut triſtabilis talis exiſtit qualis quidē et reꝝ vnaq̄q3 propter quod tremūt ⁊ timent intelligētes ſolum. hec aūt oīa paſſiones et alterationes ſūt Alteratis autē in corꝑe. hec q̄dem maiora. hec aūt minora fiunt. Ex aūt modica ꝑmutatio facta in ꝑncipio multas et magnas facit drñas de inceps nō in magnū velut gubernaculo ſm aliquid modicum tranſpoſito. magna prorefit diſpoſitio. Adhuc ſm caliditatē aut frigiditatē aut ſm aliā aliquā talē paſſionē cum fiat alteratio circa cor. ⁊ in hoc ſm magnitudinē in ſenſibili ꝑte multā. multā facit corꝑis drñam in ruboribꝫ ⁊ palloribꝫ ⁊ tremoribꝫ ⁊ timoribꝫ ⁊ hoꝝ cōtrarijs. Principiū q̄dē igit̄ queadmodū dictū eſt motus q̄d in oꝑabilibꝫ ꝓſeq̄bile ⁊ fugibile ex ncc̄itate āt ↄſeq̄t̄ meditatōi et phātaſie ipoꝝ caliditas ⁊ frigiditas. triſtabile ei fugibile. delectabile aūt ꝓſeq̄bile. ſ3 latet circa modica accidens hoc. Sūt āt triſtabilia ⁊ delectabilia omnia fere cum frigiditate aliqua ⁊ caliditate Hoc aūt palā ex paſſiōibꝫ. audacie eñ ⁊ timores ⁊ ad venerea motus ⁊ alia corꝑalia triſtabilia ⁊ delectabilia. hec q̄dē ſ3 ꝑtē cū caliditate aut frigiditate ſunt. hec aūt ſm totū corpꝰ Memorie āt ⁊ ſpēs q̄ſi idolis vtētes his. aliq̄ñ aūt minus aliq̄ñ aūt magis cauſe eorundē ſunt Quare rōnabiliter iam cōdita ſunt que intus ⁊ que circa ꝑncipia organicaꝝ partium permutātia ex cōdenſatis humida et ex illis humidis compacta et mollia et dura ex inuicem

¶ Hic ↄñr ph̄s declarat ſcd̄am ꝑtē dicte drñe. ⁊ duo facit. ꝑmo declarat q̄ ſit cā alteratōis ad caliditatē et frigiditatē. ſcd̄o declarat q̄liter iſtis ↄcurrētibꝫ mouet̄ aimal. ibi. His aūt. Quo ad primū oñdit ꝙ ſenſus et phātaſia et intellectꝰ alterāt corpus ad caliditatē ⁊ frigiditatē Et q2 ſpēs exñs in ſenſu vel phātaſia vel i intellectu videt̄ habere modicā virtutē in alterando. declarat q̄liter modico motu facto fit alteratio in ꝑtibꝫ remotis. Dicit g̃ ꝙ ꝑncipia alterātia corpus q̄ntū ad caliditatē ⁊ frigiditateꝫ ſūt ſenſus phātaſia ⁊ intellectus q̄ntū ad actus eoꝝ ſeu meditatiōes. Qđ ꝓbat duabꝫ rōnibꝫ. Quaꝝ ꝑma eſt. q2 in ſenſibꝫ ſtatim fiūt alteratōes a ſenſibilibꝫ. Phātaſia aūt et intellectus fiūt in actu ꝑ formas a ſenſibilibꝫ deriuatas ꝑ q̄s hñt reꝝ ſenſibiliū virtutes. Aliq̄ mō eñ ſpēs calidi vel frigidi aut alicuius delectabilis vel triſtabilis ſenſibil̄ talis eſt q̄lis eſt reꝝ ſpēs in exteriori ſenſu ⁊ q̄ñlibet talis eſt q̄lis eſt forma rei ſenſibilis. ⁊ ꝓpter hoc ↄtingit ꝙ ad ſolam apphenſionē alicuius triſtabilis vł terribilis ſtatim tremūt hoīes ⁊ timent. dato ꝙ nihil videāt de terribili ſ3 ꝙ ſolū intelligāt. ⁊ ſili mō alie paſſiones fiūt in homibꝫ q̄les omēs cū alteratione fiūt. Ex quo infert ph̄s ꝙ alteratis ſic ꝑtibꝫ q̄ ſunt in corꝑe q̄dā fiūt maiores ⁊ q̄dam minores. Si eñ fiat alteratio ad caliditatem fiūt maiores Si aūt ad frigiditatē fiūt minores ꝑ ↄdenſatōem. Ex q̄ infert ph̄s ꝙ modica ꝑmutatio in ꝑncipio infert magnaꝫ diuerſitatē in ꝑtibus. Quod oñdit. q2 manifeſte ad ſenſum videmus ꝙ gubernaculo nauis modice trāſlato ſm poſitōem ſeu ſitū magna fit trāſpoſitio nauis ad dexterā vel ad ſiniſtrā. Cor aūt eſt principiū in aiali. modica ergo facta alteratione in corde vel circa cor ad caliditatē vł frigiditatem aut ſm aliquā aliam paſſionē. magna et multa fit diuerſitas in partibus exterioribꝫ cordi influentialiter ſubditis. puta ad ruborē vel pallorem. ad tremorem vł timorē. ⁊ ad horum cōtraria. Secunda rō que tangit̄ ibi. Siq̄dem igitur. ſic formari poteſt. Primū principiū in operabilibꝫ eſt appetibile ſeu fugibile. Appetibile q̄deꝫ principiū proſequutionis et fugibile principium fuge. et hec duo neceſſe eſt meditari anteq̄3 moueant. Meditationē vero ⁊ phātaſiā coꝝ neceſſario ſequūtur caliditas et frigiditas. Illud eñ quod eſt appetibile eſt delectabile fugibile vero triſtabile que inferūt meditanti caliditatē ⁊ frigiditatē. licet hoc immanifeſtū ſit quādo delectabile et triſtabile inferunt modicas paſſiones. ſed quando magnas inferunt tunc ſequunt̄ meditationes ⁊ phantaſias eorum caliditas ⁊ frigiditas. Manifeſtū eñ eſt ꝙ delectabilia oīa et triſtabilia fere cum caliditate et frigiditate ſunt. quod palam eſt ex paſſionibus. Audacie enim ⁊ timores et motus ad venerea et alia corporalia triſtabilia et delectabilia fiunt cum caliditate et frigiditate ſm partem corporis. vel ſm totum. et idem faciunt ſpes et me-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Qualis et in qua pte ſit virtus motiua determiate

morie. qꝛ ſpẽs delectabiliũ ꝛ triſtabiliuꝫ alterãt corpus ad caliditatẽ vel frigiditatẽ. ꝛ hoc aliqñ magis ꝛ aliquã do minus. Ex qbus cõcludit ꝙ partiũ corporis alteratione hmõi facta quedã extendunt ꝛ quedã cõtrahũtur vt cũ facta fuerit ad caliditatẽ (cuius eſt extendere) partes extendunt. quãdo aũt ad frigiditatẽ (cuius eſt condenſare) partes cõdenſantur. nõ ſolũ que ſunt intus. ſed etiã ptes ille que extra ſunt organice. de facili eñ a diſpoſitione in diſpõem permutant. ita ꝙ condẽſantur ꝛ humefiunt ꝛ fiunt dura ꝛ mollia ex inuicem.

His aũt accidentibꝫ ſm hunc modũ et adhuc paſſiuo ꝛ factiuo talẽ habentibꝫ naturã. qualẽ in multis locis diximus quãdo contingit vt ſit hoc quidẽ factiuũ. hoc aũt paſſiuum et nihil deficiat ipſoꝝ vtrũqꝫ coꝝ que in rõne cõfeſtim hoc quidẽ facit. hoc aũt patitur.

¶ Hic ꝯſequenter declarat qualiter his cõcurrentibꝫ mouet animal. Primo facit hoc. ſecundo infert correlarium. ibi. Propter hoc. Quantũ ad primũ dt ꝙ accidentibus his que dicta ſunt ꝛ ſm modũ qui dictus eſt. et iteꝝ actiuo ꝛ paſſiuo exiſtentibus talibus qualia dicta ſunt ſepe in alijs. puta ꝙ actiuũ ſit in diſpoſitione in qua natũ eſt facere. ꝛ paſſiuũ in illa in qua natum eſt pati. et nihil deficiat ratione actiui ꝛ paſſiui. de neceſſitate hoc agit ꝛ illud patitur. ꝛ ſm hoc proportionabiliter intelligitur animal ſm partẽ vel ſm totum moueri

Propter hoc aũt ſimul vt eſt dicere intelligit quia ambulandũ ꝛ ambulat ſi nõ aliquid impediat alterũ. Organicas eñ ptes preparãt idonee paſſiones. appetitus aũt paſſiones. appetitũ aũt phantaſia. hoc aũt fit aut ꝑ intellectum. aut ꝑ ſenſum Simul aũt ꝛ cito qꝛ paſſiuũ et factiuũ coꝝ que ad inuicem ſm naturam

¶ Hic ꝯñter infert correlariũ ꝙ pñte actiuo ꝛ paſſiuo neceſſario fit actio ꝛ paſſio Accidit eñ hoc cũ aliqs intelligit qꝛ ambulandũ eſt. ꝯſequẽte volũtate. ſtatim vt eſt dicere ambulat ſi nõ ſit impedimentuꝫ. Et dt vt eſt dicere qꝛ nõ ſtatim mouet ſp. Cõtingit eñ aliqd deficere. vel ex pte aĩe vel ex pte organoꝝ. Mouentur eñ qꝛ paſſiones idonee. ſ. calidũ ꝛ frigidũ ꝑparãt ptes organicas ꝛ paſſiones appetitus appetitũ ꝛ phãtaſiã. phãtaſia aũt fit ꝑ ſenſum vel ꝑ intellectũ. Sil' ꝫ cito cũ intelligit qs qꝛ ãbulandũ eſt mouet. Actiuũ eñ ꝛ paſſiuũ iſtoꝝ que ad inuicem ſunt ordinata ſm naturã pñtiũ ſunt. ꝛ in diſpoſitõne in qua hoc natũ eſt agere. illud vero pati.

Primũ ãt mouẽs aĩal neccẽ ẽẽ in aliq̃ pñcipio

¶ Poſtqꝫ phs determiauit qualiter pmũ mouẽs organice mouet a pñcipali mouẽte. in iſta pte oñt in q̃ pte extriñs pmũ mouẽs pñcipale mouet pmũ organice motũ. Et diuidit in duas ptes. In pma phs oñdit in q̃ pte pmuꝫ mouẽs. i. virtus aĩe ſit ſituatũ. ꝛ in ſcda oñdit qd ꝛ q̃le eſt primũ mouẽs organice. ibi Scdm rõem. Prima ſubdiuidit in duas ptes. In pma ꝑponit ꝙ eſt in aliq̃ pte. In ſcda requirit q̃ eſt illa. ibi Iũctura. In pma dt ꝙ pmũ mouens ipſum aĩal puta virtus ſeu potẽtia aĩe q̃ immediate mouet neceſſario eſt in aliqua pte corpis. qꝛ eſt virtus in corpe.

Iunctura aũt qꝛ qdem eſt huius qdem pñcipiũ. huius aũt termiatio dcm̃ eſt. ꝑpter quod eſt qdẽ vt vno. eſt aũt vt duobꝫ vtit natura ipa. Cũ eñ moueat. hinc neceſſe hoc qdem qeſcere ſignoꝝ extremoꝝ hoc aũt moueri. qd eñ quieſcens optet appelli qd mouet dictũ eſt prius

¶ Hic oñdit in q̃ pte corpis ſit. ꝛ tria facit. primo declarat qualẽ optet eſſe ptẽ in q̃ eſt ꝟtus aĩe motiua. ſcdo dt ꝙ nõ eſt in extremis ptibꝫ nec in iũcturis. tercio declarat in q̃ pte exiſtit determiate. ꝛ qꝛ magis videt virt' motiua in iũctura ẽẽ. iõ pmo declarat quõ iunctura ſe habeat ad motũ. 2º cũ dt Mouet qdẽ igit. oñdit q̃lis eſt ps in qua eſt pma ꝟtus motiua. ſcdm ibi. Qm̃ aũt ꝯtingit. terciuꝫ ibi. Qm̃ aũt ſilr ſe hꝫ. Quantũ igit ad pmũ dt. ꝙ ſupius dcm̃ eſt ꝙ iũctura eſt pñcipiũ vnius ptis ꝛ termin' alterius. ꝛ iõ natura vtit aliqñ vt vno. ꝛ aliqñ vt duobꝫ. Qm̃ eñ tota ps mouet in qua eſt iũctura vel qeſcit tunc natura vtitur ea vt vno. cum aũt vna pars qeſcit ꝛ alia mouet tunc vtit ipſa vt duobꝫ. ꝛ quãdo vna ps mouet neceſſariũ eſt ꝙ altera qeſcat. qꝛ dictũ eſt ꝙ om̃e qd mouet oportet appelli alicui quieſcenti.

Mouet quidẽ igit ꝛ nõ mouet extremũ brachij. ei' ãt q̃ in cubito iũcture. hoc qdẽ mouet et mouet qd in ipo toto moto. Necẽ ãt ẽẽ aliqd imobile qd vtiqꝫ dicim' potẽtia qdẽ vnũ ẽẽ ſignũ operatõne ãt fieri duo. q̃re ſi aĩal eſſet brachiũ. hoc vtiqꝫ alicubi eſſꝫ principiũ aĩe mouẽs

¶ Hic oñdit q̃lis eſt ps in q̃ eſt pmũ mouẽs. ꝛ ꝯclõnem inferẽs ex dictis dt. ꝙ extremũ brachij nõ mouet ſꝫ mouet. qꝛ extremũ brachij nõ eſt pñm alteri' ſicut iũctura ſꝫ eſt termin'. ꝛ iõ nõ mouet. ſꝫ iũctura q̃ in cubito aliqd eſt In ea eñ ẽ aliqd qd mouet ꝛ aliqd qd mouet. Et ꝯſilr ẽ in toto aĩali in q̃ eſt aliqd qd mouet ꝛ aliqd ꝑ qd mouet. Et ꝯſilr accidit in toto aĩali ẽẽ aliqd qd mouet. ꝛ aliqd q̃eſcẽs ꝛ imobile. qd vtiqꝫ qdeꝫ eſt vnũ potẽtia ſeu ꝟtute. opatõe vero ꝟo duo. qꝛ illud vnũ in ſe eſt pñm mot' ꝛ qetis. ꝛ ita duo ẽ in opatõe. Ex qbꝫ manifeſtũ eſt ꝙ ſi totuꝫ brachiũ ẽẽt aĩal ꝙ in eo ẽẽt aĩa mouẽs. Et ita necẽ ẽ pmã ptẽ q̃ ẽ pm mouẽs ẽẽ vnã ſubiecto. ſm opatiõem ꝟo plẽs

Qm̃ aũt ꝯtingit vt ad manũ habere aliqd ſit inaiatoꝝ puta ſi moueat baculũ in manu. manifeſtũ qꝛ nõ vtiqꝫ erit in neutro extremoꝝ aĩa neqꝫ in extremo eius qd mouet neqꝫ in altero pñcipio. etem̃ lignũ hꝫ ꝛ pñcipiũ ꝛ finẽ ad manum Itaqꝫ ꝑpter h̃ ſi nõ ꝛ in baculo mouẽs ab aĩma pñcipiũ ineſt neqꝫ in manu Silr eñ hꝫ ꝛ extremũ manus ad carpon ꝛ hec ps ad cubitum

¶ Hic ꝯñr oñdit ꝙ talis ps nõ ẽ iũctura neqꝫ in aliq̃ extrema. Et duo facit. pmo oñdit qd dcm̃ ẽ. ſcdo remouet qdda dubiũ. Scdm ibi Nihil eñ differũt. Quãtũ ad pmũ ꝑponit intẽtionẽ ſuã di. ꝙ ꝯtingit aliqd inaiatoꝝ ſic ſe hr̃e ad manũ ſicut man' ad iũcturã manus. vt ſi manus moueat baculũ. Sicut eñ man' mouet baculũ ſic ꝟtus in iũctura man' mouet manũ. ſi ꝫ in neutro extremoꝝ baculi eſt aĩa. nec in extremo pñº in q̃ tãgit manũ nec in alio aĩa mouẽs nõ eſt in extrema pte man'. nec in alia in q̃ tangit carpon. Et hoc qdẽ intentũ ſic ꝑpoſituꝫ ꝑbat. p. di. ꝙ ſicut bacul' ſe hꝫ ad manũ ſic manus ad cubitũ. quia ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cut baculus principiū habet ⁊ finē ad manus. et manus
ſiliter ad carpon ⁊ cubitū. ⁊ ſicut baculus mouet̃ a virtu/
te exiſtente in manu. ita manus mouet̃ a virtute exñte in
carpon ⁊ cubito. tñ manifeſtū eſt ꝙ virtus baculum mo/
uens nō eſt in aliq̄ extremitate baculi. nec in coniunctio/
ne manus ad baculū. ſed magis in manu. quare nec ſimi
liter virtus mouens ꝑmo manū erit in aliqua extremita
te manus nec in iunctura ꝓxima. ſed in aliquo ſuperiori

Nihil em̄ differūt que ſunt adnata ab his q̄
nō. fit em̄ queādmodū auferibilis ps baculus.
neceſſe igit̃ in nullo eſſe ꝑncipio. q̄d eſt alterius
terminatio. neq̃ ſi q̄d eſt alterū illa magis extra
velut extremi baculi in manu ꝑncipiū. hui⁹ āt
in carpon. Si āt neq̃ in manu q̄ ſuperius ad/
huc ꝑncipiū neq̃ hic. Adhuc em̄ manēte cubi
to mouetur totum quod deorſum continuū

¶ Hic dñr phs remouet dubiū. rōem iā tactā vlterius
deducēdo. Aliqs em̄ poſſet dicere ꝙ nō eſt ſile. q̄a man⁹
eſt ps adnata ipi carpon. ſed baculus nō eſt adnat⁹ ma/
nui. Hoc g̃ remouēs Areſto. dī ꝙ q̄ntū ad ꝓpoſitū illa
que ſūt adnata nō differūt ab his q̄ nō ſunt adnata. Ba
culus em̄ eſt ſicut ps auferibilis. manus vero eſt ps non
auferibilis ſm naturā a carpon. ſed ſicut cōtinuat̃ natu/
raliter manui mote. ſic quandā cōtiguitatē hab3 ad ba/
culū motū in actu. Cum ergo in nullo extremo baculi ſit
virtus mouēs ipſum. manifeſtū eſt ꝙ ſiliter virtus ꝑtem
aliquā mouēs non eſt in ꝑncipio aliq̄ alterius ꝑtis ad qđ
principiū terminat̃ ps illa. puta virtus motiua non eſt in
extremo brachij ad quod terminat̃. Si em̄ ſit aliquod ex
trinſecū magis ab homie quod tamē a manu moueat̃ ex
tremū habens in ipſa ſicut baculus motus extremū h3 in
manu. virtus mouēs ipm nō eſt in extremo man⁹ ad ba
culū ſed ſuꝑius magis. Siliter ſi manus mota termine
tur ad carpon brachij. virtus mouens ipſam non erit in
ipſo carpon. ſicut nec mouens baculū in extremo manus
ſed ſuꝑius magis eodem mō ſe habet de extremo brachij
reſpectu cubiti. cōtingit em̄ totū inferius ad cubitū mo
ueri virtute exiſtente in ſuperiore cubito

Qm̄ aūt ſilr ſe habet a ſiniſtris ⁊ a dextris et
ſimul ꝯtrarijs mouent̃ vt nō ſit hīn q̄eſcendo. ſꝑ
dextrū moueri ſiniſtru3 neq̃ in eo ꝙ hoc illud.
ſemꝑ aūt in ſuꝑiori amboꝝ pricipiu3. neceſſe in
medio principiū eſſe aīe mouētis. amboꝝ enim
extremoꝝ mediū vltimū. Silr aūt h3 ad motus
hoc ⁊ ad eos q̄ deſurſum et deorſum. puta eos
qui a capite ad caput ad eos q̄ a ſpina habenti/
bus ſpinā Et rōnabiliter aūt hoc accidit. etem̄
ſenſitiuū hoc dicim⁹ eſſe. q̄re alterato propter
ſenſum loco q̄ circa principiū. ⁊ ꝑmutatione ha
bita. ſimul ꝑmutantur extenſe et conducte ꝑtes
vt ex neceſſitate ꝓpter hoc fiat motus in aīalib

¶ Hic cōſequenter declarat in qua ꝑte exiſtit Et primo
oſtendit ꝙ principiū mouens eſt in medio ſuꝑioris et in
ferioris anterioris ⁊ poſterioris. ſecūdo oſtendit ꝙ illa ps
in qua eſt principiū mouens eſt diuiſibilis. ibi Mediam
aūt corꝑis. tercio oſtendit ꝙ nō cōſiſtit in tota illa parte.
ſed in medio eius. ibi Sed adhuc cōtingit. Quantū ad
primū probat intentū ſuū per duas rōnes. Quarū ꝑma
partitur ſm ꝙ oñdit ꝑmo principiū mouens eſſe in me/
dio dextri ⁊ ſiniſtri. ⁊ ſecūdo oſtendit ꝙ ipſum principiu3
eſt in medio inferioris ⁊ ſuꝑioris Q3 ſit in medio dextri
et ſiniſtri ꝓbat in effectu ſic Quādo aliqua duo ſimul mo
uent̃ vel cōſimili motu vel cōtrarijs oꝑtet principiū mo
tus eoꝝ a quo ſimul mouent̃ eſſe in aliquo ꝑori ⁊ diuerſo
ad illa. mouens em̄ eſt ꝑus moto. ⁊ diuerſum ab eo. Cō/
tingit aūt dextrum ⁊ ſiniſtrū ſimul moueri etiā motibus
cōtrarijs. non ita ꝙ ſiniſtrū moueat̃ ⁊ dextrum quieſcat.
vel ecōtra. ſed ſimul ergo neceſſe eſt eſſe principiū motus
in aliquo prioꝝ. hoc aūt eſt mediū dextri ⁊ ſiniſtri. quare
principiū aīe mouens eſt in medio. Q3 aūt prius ſit me/
diū patet. quia vltimū dextri ⁊ ſiniſtri medium eſt eoru3.
illud aūt vltimū eſt in quo eſt principiu3 mouens. quare
principiū mouens eſt in medio. Et dicitur vltimu3 illud
partiū exterioꝝ eſſe diuerſum. quia medium comparatū
vni extremoꝝ habet ratōnem alterius. Q3 aūt ſit in me/
dio ſuperioris ⁊ inferioris ꝓbat ſiliter ſicut prius. dicens
ꝙ iſtud quod dictū eſt ſilr ſe habet ad motus oīm ꝑtium
et ſilr ad motū ſuperioris ⁊ inferioris. ſicut ſunt caput et
ſpina dorſi in habentib; eam. Sicut em̄ dcm̄ eſt quando
aliq̄ duo ſimul mouent̃ oꝑtet ꝙ ꝑncipiū mouens ſit in ali/
quo ꝑori qđ eſt diuiſum. hoc aūt eſt mediū. Oꝑtet enim
mouēs eſſe cōiunctū cū mobili. ⁊ ita mouens vnū eſt cum
